CL. JC. MATTHÆI WESENBECII TRACTATUUM ET...

Matthäus Wesenbeck, Jeremias Reusner

CL. JC.

MATTHÆI WESENBECII

TRACTATUUM ET RESPONSORUM POSTHUMORUM,

Quæ vulgò

CONSILIA JURIS

appellantur,

PARS SEPTIMA, ET ULTIMA

Jam primùm post mortem Auctoris publicata,

Cui accessêre Summaria ac Notabilia, cum Indice duplici, uno Consiliorum, altero Rerum ac verborum locupletissimo,

PER

JEREMIAM REUSNERUM, U. J. DOCTOREM, & in Academia VVittebergensi Professorem Publicum.

1 6 3 0.

Cum Gratiâ & Privilegio Cæsareæ Majestatis.

VVITTEBERGÆ,
Sumptibus Heredum SAMUELIS SELFISCHII,
Typis JOBI WILHELMI FINCELII.

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

JOHANNI GEORGIO,

Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium,

Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Comiti de Marcâ & Ravensburg, Domino in Ravenstein &c.
Domino meo Clementissimo.

Uod de Q. Mutio Scævola Augure memoriæ proditum est, Domum nimirum illius totius propè civitatis Romanæ oraculum fuisse habitum, quippe cujus janua & vestibulum maximâ quotidie consulentium frequentiâ, & maximorum hominum splendore celebrabatur: idipsum de quovis bono Jurisconsulto, quodq; is commune totius Reip. bonum sit, verè dici posse existimo. Sive enim ipsum Reipubl. statum contemplemur, cujus potestatem ac amplitudinem in sacris, sacerdotibus & magistratibus consistere Ulpianus docet, cujusq; summa lex salus Reip. est, quæ efficit, ut beata sit civium vita, Resp. opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla & virtute honesta, ecquis dubitabit, quin hæc omnia bono Jurisconsulto debeantur? quippe ad cujus officium omninò pertinet jura, leges ipsaq; judicia condere & custodire, unde & Juris Conditores, & Auctores Juris, & legum latores ac custodes legum, æquè ac magistratus, passim in Jure nostro nominantur Jurisconsulti: qui jus dicere ac reddere, judicia tam publica quam privata rectè constituere docet, & si ipsemet forte Judiciis civitatum non præsit, neve in subselliis Judicum reperiatur, ipsos tamen magistratus instruit, quomodo pacem publicam tueri, cives in officio continere, maleficia pro imperio coercere, & cives ad munera capessenda invitos cogere possint & debeant: quin & illis, per quos contra hostes defenditur Respublica, si qua vis aut pernicies ab his immineat, è penu sua saluberrima depromit præcepta, quò illa maturè bello ac armis reprimatur, ut sic foris & domi feliciter ac beatè civitas vivere possit.

Imprimis verò in tuendo singulorum privato jure occupata est ICti opera, ubi non minus in commune utilem & bonum se exhibet.

Tribus autem cujusq; jus privatum æstimare possumus, vitâ, famâ & bonis: quæ quidem in se diversa, ita tamen vinculo quodam connexa sunt, ut homines uno, sine consortio alterius, vix commodè uti queant. Nam vitam & famam paribus passibus ambulare tralatitium apud nostros est: bona verò, si Phocylidi credimus, vita sunt, & quasi secundus sanguis hominis: ut sæpè homines ad vitam quàm bona profundenda promptiores videas. Et vita quidem si periclitetur, intentatis assassiniis, veneficiis, aut injustis accusationibus: aut si lædatur corporis incolumitas pulsatione & vulneribus: statim paratæ sunt boni ICti operâ leges sacratissimæ, quæ has res fieri vetant: ac si contrà factum sit, pœnam & judicium constituunt.

Quod si verò fama & existimatio vel dignitatis status probris & conviciis, famosis libellis aut picturis, similibusve factis pulsetur, an non magno bono & commodo ei tunc fides & dexteritas boni JCti futura est, qui remedia ad has tuendas jure prodita rectè & prudenter adhibeat? Crudelis enim in seipsum, crudelis in conjugem & liberos, crudelis in agnatos & necessarios, crudelis deniq; in collegas & concives est, qui famam & existimationem suam negligit.

Cara deniq; homini prudenti bona sunt à Deo Opt. Max: parentum curâ, propinquorum voto, amicorum largitione, proprio deniq; sudore & labore donata, parta, quæsita, vel etiam querenda. In hisne dispendium aliquod faciat, aut jure suo, quod deberi sibi existimat, sine justa causa quis privetur, annon rursus hîc fides & opera boni ICti maximè utilis & necessaria ipsi futura est? Nec enim privatus quilibet per se rectè, ut decet, & commodè causam suam judicio tueri atq; peragere potest, qui nullâ Juris cognitione aut scientiâ instructus est, præsertim si adoptionum, tutelarum, alluvionum, circumluvionum, servitutum, luminum, parietum, stillicidiorum, usucapionum, testamentorum, substitutionum, hereditatum, agnationum, gentilitatum, successionum, contractuum deniq; & obligationum omnis generis abstrusionum jura in judicium deducantur: in quibus sæpè non de facto, sed de jure & æquitate certatur, maximè si, ut fit, in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum aut obligationum formulis, adeoq; in medio Jure civili versandum sit. Hisce & aliis infinitis casibus, quibus ea, quæ homini à naturâ vel fortunâ tributa sunt, infestari sæpissimè solent, consilio & auxilio boni ICti frui posse, non exigua divinæ bonitatis, humanæq; felicitatis pars est. Qui, ut quisq; opis suæ maximè indiguerit, ita ei facilè possit opitulari; monere errantes; docere imperitos; explicare hærentes; consulere circumventis; cavere præcipitantibus; patrocinari desertis; tueri bonos; ulcisci improbos, prohibere injurias; vim coercere; lites deniq; ipsas æquabiliter moderateq; cognoscere; easq; rectè & facilè disceptare atq; componere: eoq; ipso testatum faciat omnibus, se bono publico natum & edoctum quàm optimè

optimè mereri cupere de toto genere hominum: quò commune bonum esse queat totius communitatis humanæ.

Hujusmodi bonum JCtum inter alios Academia nostra VVittebergensis ante aliquot annos fovit in Amplissimo, Clarissimo & Consultissimo Viro, Dn. MATTHÆO VVESENBECIO, Professore celeberrimo, qui non tantum pro Cathedrâ cupidæ legum Juventuti abdita Jurisprudentiæ reseravit, & per legitimos tramites ad veram illius cognitionem illos perduxit; sed & domi forisque vivâ voce in causis sæpè dubiis patrocinia desiderantibus præstitit, adeoque ad exemplum Triboniani similiter eloquentiæ & legitimæ scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicare audivit, adeoq; optimam legum gubernationem laudabiliter extendere, simulq; laudabili, vitæque hominum necessario advocationis officio ritè defunctus est.

Inprimis verò scriptis Reip. utilem operam præstare, & in negotiis ambiguis informationem petentibus fidelia, candida & salutaria consilia impertiri promptus erat. Nam inter alia ingenii sui monumenta, & Consiliorum sive Responsorum Juris haud exiguum reliquit numerum, quæ partim Juridicæ nostræ Facultatis, partim proprio nomine ad consultationem Summorum Principum, Comitum & Baronum, illustrium Civitatum, Nobilium & aliorum conscripsit, quo velut alter Scævola, gloriosæ vocis confisus munimine laborantium spem, vitam & posteros defendere, suæq; defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa erigere & fatigata reparare solitus fuit, adeoq; reipsâ ostendit domum suam non tantum Civitatis hujus, sed totius Germaniæ oraculum fuisse.

Illorum Responsorum seu Consiliorum Semicenturiæ sex hactenus editæ sunt; & prior quidem centuria ab ipsomet primùm Autore, deinde ab illius Genero D. Martino Colero, sequentes tres partes ab aliis, sexta verò Pars & semicenturia à me ante annos aliquot publici Juris facta est. Quia verò plurima adhuc Responsa videbam residua, quæ facti singularitate, materiarum ubertate, tractationis elegantiâ & Decisionum utilitate cum reliquis non certarent modò, sed pluribus illa parasangis anteirent, illa in honorem Collegii nostri & ipsius etiam Auctoris, præcipuè verò utilitatis publicæ juvandæ causa, in manus sumere & elaborare decrevi. Dolendum autem erat, Virum eruditissimum tantâ obscuritate & ἀταξίᾳ literas pinxisse, ut vel manus ipsius peritissimi descriptores in singulis paginis hallucinati sint; accessit blattarum injuria, & compactorum incuria, qui integras sæpè sententias in autographo vel depaverant vel resecaverant, quo factum est, ut ægrè sensum Auctoris assequi potuerim, sed perpetim Oedipo divinatore, aut certè restitutione propriâ, opus habuerim. Plurima etiam nondum ad umbilicum perducta, vel satis erant elaborata, ut proprio Marte illas lacunas supplere debuerim, & re ipsâ deprehenderim, parti huic, non ob materiarum vilitatem, sed elaborationis difficultatem, ultimum

 locum

locum reſervatum eſſe. Superatis autem omnibus hiſce difficultatibus, Notabilia, ſeu, ut vocant, ſummaria è quovis Reſponſo elicere, illiq; præfigere, tùm Indicem rerum atq; verborum locupletiſſimum conficere, adeoq; editionem hanc adornare curæ mihi fuit.

Cogitanti verò mihi quem Operis hujus Patronum præcipuè ſeligerem, ſtatim Illuſtriſſimæ Celſitudinis veſtræ ſplendor animum meum irradiavit. Nam cum priores Centurias Summis Imperii Romani Monarchis & Principibus, proximam quoq; Celſitudinis Veſtræ Sereniſſimo Dn. Parenti nunquam ſatis laudato, Electori Sacri Imperii Potentiſſimo, Nutritio Academiæ hujus munificentiſſimo &c. Domino meo Clementiſſimo, conſecratas viderem, ecquem alium tantis Heroibus adjungerem, niſi qui ut Imperii & ditionum, ita quoq; virtutum Heres eſt meritiſſimus, quemq; ſapientiâ Imperatorem Maximilianum II. gubernationis felicitate Imp. Rudolphum II. doctrinâ & eruditione, ſapientiſſimos ac literatiſſimos quosvis Imperii Principes: Juſtitiæ verò, Prudentiæ, Fortitudinis & Clementiæ laude Sereniſſimum Dominum Parentem, Dominum noſtrum Clementiſſimum, relaturum confidimus, & certò nobis pollicemur.

Suſcipiat itàq; Illuſtriſſima Veſtra Celſitudo ſerenâ fronte, dextrâq; Clementiſſimâ, hanc erga Veſtram Celſitudinem ſubjectionis meæ teſſeram, meq; & mea ſtudia Sereniſſimâ Clementiæ ſuæ aurâ fovere clementiſſimè dignetur.

Quod ipſum non modò ſummæ Clementiæ, atq; optimi-maximi beneficii loco habiturus & deprædicaturus, ſed & omnem moturus ſum lapidem, ut Celſitudo Veſtra intelligat, ſe ingens hoc Clementiæ ſuæ τεκμήριον in hominem neq; indignum neq; ingratum contuliſſe.

Deus Optimus Maximus Veſtræ Celſitudini felicitatem largiatur perpetuam, eandemq; multis annis ſalvam præſtet atq; incolumem, in harum Provinciarum multorumq; hominum ſalutem certiſsimam. Dabantur VVittebergæ è Muſæo meo, Anno æræ Chriſtianæ M. DC. XXX. III. Non. Martii, quo ante hos ipſos Quadraginta quinq; annos Celſitudinis Veſtræ Sereniſsimus Parens, Dominus meus clementiſsimus, fœlicisſimè in lucem editus eſt: cui vitæ longævitatem, valitudinis incolumitatem, conſiliorum ſalubritatem, ſucceſſuum in regimine fœlicitatem, omnemq; proſperitatem animitus voveo.

Illuſtriſsimæ Veſtræ Celſitudinis

Subjectiſsimus

JEREMIAS REUSNERUS
U. J. D. & Prof. Publ.

SEPTIMÆ



SEPTIMÆ ET ULTIMÆ PARTIS TRACTATUUM SEU RESPONSORUM MATTHÆI VVESENBECII

INDEX.

CCCXXXII. de

Matthæi

Matthæi Wesenbecii
TRACTATUUM,
Quæ vulgò
CONSILIA JURIS
APPELLANTUR,
PARS SEPTIMA.
Consil. CCCI.
DE DOMINIO.

SUMMARIA.

I. Quæstionis,

Rationum Dubitandi.

1. *In Dominio & districtu Principis quæ sita, sunt ipsius.*
2. *Dominus terræ fundatam habet intentionem super iis quæ in dominio ipsius sunt, tàm quoad Jurisdictionem, quàm dominium & jus reale.*
3. *Usus à Dominio rei separatur & n.5. etiam re concessâ & traditâ.*
4. *Usus rei usufructui comparatur & plenus dicitur.*
6. *Usus est jus utendi rebus alienis. & n.11.*
7. *Usum nemo concedit, nisi rei Dominus.*
8. *Dominus qui fuit, adhuc Dominus esse præsumitur, nisi contrarium probetur.*
9. *Contractus in dubio Domino minus onerosus præsumitur.*
10. *Concessio Usus stricti juris est, nec ulterius extenditur quàm verba patiuntur.*
12. *Res propria nemini servit.*
13. *Usus rei alteri à Domino, non rei Domino, conceditur.*
14. *TANTUM dictio taxativa est, sonans respectu eorum quibus annectitur.*
15. *Taxativæ dictiones excludunt omnia, præter expressa.*
16. *Taxativæ dictiones in materia favorabili non excludunt casum similem sed tacitum: in odiosis verò ad similem non extenduntur. n.18.*
17. *Servitutes sunt odiosæ.*
19. *Principes in concessionibus non utuntur verbis dominii translationem significantibus.*
20. *Orationem claram & perfectam quod per se habet, ex antecedentibus vel consequentibus interpretari non debet.*
21. *ad Usum tantum concessio facta, pro feudali accipitur, non pro denotatione: præsertim quando heredum mentio facta non est. n.22.*
23. *ad Usum quid habere, feudi proprium est.*
24. *Fines & termini Civitatis jurisdictionem, non particularium rerum arguunt.*

I. Quæstionis.

Rationum Decidendi.

25. *Principum Donationes & Beneficia latissimè sunt interpretanda, pro accipiente contra Principem.*
26. *Donationes privatorum pro donatario contra donatorem interpretandæ sunt.*
27. *Principem maximè decet & decorat liberalitas.*
28. *Concessio in dubio intelligitur facta de toto jure concedentis: & n. 167. præsertim in Principum concessionibus. n.31.*
29. *Vendere totum jus quis præsumitur, quod habet.*
30. *Donans videtur omne quod habuit in illa re transtulisse. & n.33.*
32. *in Concessionem Principis lucrativo titulo factam, non venit jus alienum.*
34. *ex Præfatione causa finalis & intentio contrahentium colligitur.*
35. *Causa finalis omnia moderatur, regit & ampliat.*
36. *Principium trahit ad se finem, & contra.*
37. *Clausula finalis ad omnia præcedentia refertur.*
38. *Media à principio & fine declarantur.*
39. *Concessio remuneratoria transit irrevocabiliter in contractum, & latius est interpretanda quàm donatio. & n.40.*
41. *Concessio remuneratoria facta personis non probi-*

probi-

probibitis non requirit specificationem meritorum.
42. *Clausula: Motu proprio & c. est effectus magno in Principum concessionibus.*
43. *Clausula: Motu proprio & c. omnem defectum ac contradictionem tollit.*
44. *Liberè quando Princeps quid concedit, plenam, & non feudalem, concessionem denotat, & omnem erroris allegationem excludit.*
45. *Civitas quod habet jure civitatis, habet quoad dominium.*
46. *verbum* Dandi *dominii translationem infert.*
47. *ut & verbum* Donandi.
48. *Universalis* Omnis *nihil excludi patitur n.60.*
49. Proprietatis *vox dominium importat.*
50. *Donatio proprietatis, traditione secutâ, dominium à donatore transfert in donatarium.*
51. *Finis ad principium refertur, & contra.*
52. *Clausula finalis superioribus accommodatur.*
53. *Media ejusdem cum principio & fine sunt qualitatis.*
54. *Contractus naturâ suâ individui sunt, & n.93.*
55. *Contractus unus diverso jure censeri non debet.*
56. *Instrumentum sigillo Principis munitum, & in præsentia plurium testium confectum, publicum habetur, & plenam fidem facit.*
57. *Instrumentum valde antiquum plenam fidem meretur.*
58. *Donatio ex traditione & observantiâ post secutâ plenè probatur.*
59. *Animus contrahentium qualis fuerit in præcedentibus, declaratur ex his, quæ postea fiunt.*
61. *Res finibus terminatæ, ejus sunt, ad quem fines pertinent & 62.*
63. *Fines territorio, non personæ cohærent.*
64. *Civitates non solent, nec præsumuntur habere sita in territorio & finibus alienis.*
65. *Sita intra suos fines, proprio dominii jure possidere censentur Civitates. & n.145.*
66. *Concessorum inseparabilium idem est judiciû.*
67. *Connexorum eadem ratio.*
68. *Partem in finibus & pascuis qui habet, in totum præsumitur esse Dominus.*
69. *Jurisdictione concessâ, dominium concessum præsumitur.*
70. *Exemptio non præsumitur.*
71. *Exceptum quod non invenitur, manet in regula & concessione generali.*
72. *Dictio* Cum *implicativa est, copulans & idem jus utriusq; quod conjungit, denotans & n.185. & seq.*
73. *Dictio* Cum *argumentativè, non taxativè ponitur. & n.186.*
74. *Dictio* Seu *in donationibus copulativè accipitur.*
75. *Verba in contractibus non frustra poni debent, sed ut operentur suum significatum.*
76. *In Concessionibus syllabæ, litera aut dictio otiosè, & sine mysterio operandi apposita esse videri non debet.*
77. *Dictio* Cum *duo vel plura copulat, ut simul translata intelligantur.*
78. *Confinia rem designant, & quicquid intra est includunt.*
79. *Fines ex antiquis instrumentis probantur.*
80. *Fines antiqui servandi sunt, nec præsumuntur mutati, nisi probetur & n.219.*
81. *Concessio lignationis cum clausula restrictiva, est constitutio servitutis lignandi.*
82. *Servitus alicui in alieno à non domino constitui non potest.*
83. *Res sua nemini servire potest.*
84. *Actus frustra fieri non præsumitur.*
85. *Consequens qui vult, velle & concedere debet omne necessarium antecedens.*
86. *etiam in strictis.*
87. *& in servitutibus.*
88. *& in concessionibus hoc obtinet.*
89. *ex Consequenti de antecedente præsumitur.*
90. *Fine dato præsupponuntur omnia, per quæ ad illum devenitur.*
91. *Servitus individua est.*
92. *Usus est individuus.*
93. *Contractus non pro parte, sed in totum acceptari vel repudiari debent.*
94. *Locatio dominium non probat, sed possessionem: probatâ nimirum fructuum vel locarii perceptione. n.95.*
96. *Dominium ex possessione præsumitur, & præsumptivè probatur.*
97. *Probatio præsumptiva in antiquis sufficit.*
98. *Libri civitatum probant.*
99. *Pignoratio nota dominii est, vel saltem possessionis: maximè jure Saxonico. n.100.*
101. *Exigens pensitationes, collectas, census, gabellas & c. dominium vel saltem possessionem habere præsumitur.*
102. *Ordinationes & statuta probant superioritatem, dominium, possessionem & proprietatem statuentium eo in loco.*
103. *Locus præsumitur esse Universitatis, in quo jurisdictionem exercet, & cujus custodiam habet.*
104. *per* Prohibitionem, *in qua supra triginta annos pars adversa acquievit, jus dominii acquiritur, etsi antea non competiisset.*
105. *Dominus fundo suo uti potest, quamvis alteri usum ejus & servitutem concesserit.*
106. *Instrumentum antiquissimum probat locum aliquem esse de districtu alicujus communitatis, & ipsius dominium ac possessionem.*

107. *In-*

107. *Instrumentum ante centum annos datum antiquissimum est, & probat.*
108. *Instrumentum, etiam minus solenne, dominium & jus probat, quando secundum illius tenorem deinceps ita fuit possessum & observatum.*
109. *Observantia longi temporis, etsi non praescripta, jus alicujus probat.*
110. *Possessio immemorialis, ultra centum annos, jus tribuit.*
111. *Privilegia & jus quaesitum non tantum instrumentis, sed & possessione & usu immemoriali probantur.*
112. *Officialium scientia & patientia sufficit ad praescribenda jura Principum.*
113. *Principes vicini & superiores non praesumuntur ignorare, à civitatibus sibi subditis jura sua quando praescribuntur.*
114. *Scientia & patientia adversarii in praescriptione immemoriali necessaria non est.*
115. *Scientia & patientia adversarii ex temporis immemorialis decursu praesumitur.*
116. *Praescriptio immemorialis vim juris constituti, & privilegii à Principe obtenti habet. & n. 118.120.*
117. *Praescriptio immemorialis vim justi tituli habet, qui inde praesumitur, nec probandus est.*
119. *Dominium directum per praescriptionem immemorialem acquiritur.*
121. *Lex dominium adjicit.*
122. *Possessio immemorialis pro veritate habetur.*
123. *& habet vim pacti.*
124. *& Servitutis*
125. *ac instrumenti publici.*
126. *Possessio immemorialis quomodo probari debeat, remissivè.*
127. *Referens continet relatum.*
128. *Dictio* Præter *includit & adjungit reliquis ea, quae in oratione nominantur.*
129. *maximè si oratio praecedens non est negativa, sed affirmativa & concedens.*
130. *Vocula demonstrativa Ista copulat sequentia praecedentibus, & se ad praecedentia refert.*
131. *Demonstrativum non tam ad oculum & demonstrationem corporalem, quam intellectualem pertinet.*
132. *Pronomen* Meum, Tuum *& proprietatem denotat; & non tantum utile sed & plenum dominium importat. n.133.*
134. *Communis opinio in antiquis dominium probat & appertinentias, & n.136. etiam villarum & similium rerum. n.137.*
135. *Communis opinio est fama publica & existimatio hominum de aliqua re.*
138. *Communis opinio non tantum confines probat, sed & jurisdictionem & dominium ab antiquo. & n.142.*
139. *Fama, in his, quae memoriam hominum excedunt, plenè probat. & n.141.*
140. *Excedentia hominum memoriam difficilimae sunt probationis.*
143. *Dominium nemoris per usum immemorialem, etiam privatorum civium, Universitati quaeritur.*

Primae Quaestionis

Resolutionis rationum dubitandi.

144. *Praesumptio specialis derogat generali.*
146. *Praesumptio juris, quod omnia sint Principis in suo territorio, ad jurisdictionem pertinet, non ad dominium rerum singulorum.*
147. *Probationes evidentes praesumptiones omnes excludunt.*
148. *in Claris non est locus conjecturis, & cessant Cavillationes Advocatorum.*
149. *Possessor probatione non est onerandus.*
150. *Usus verbum pro dominio interdum accipitur.*
151. *Servitus in dubio non praesumitur, sed libertas.*
152. *Res in servitute non nascuntur ut homines.*
153. *Verba secundum subjectam materiam sunt accipienda. & n.164. & 176.*
154. *Verbis contractus standum est.*
155. *Contrahentes intelliguntur pangere contractum quem nominant.*
156. *Subjectum tale esse debet, quale praedicatur.*
157. *Verba instrumenti dant formam conventionibus.*
158. *Actum aliud non intelligitur, quàm quod Scripturà expressum est.*
159. *Contractus ea species sumenda, quam verba monstrant.*
160. *Objicitur frustra de aliquo, ubi tale subjectum non datur.*
161. *Terrae intermediae ejus sunt, cujus sunt fines.*
162. *Usus dominii finis proprius est.*
163. *Verba secundum finem sunt interpretanda, atq; etiam impropriandа.*
165. *Usus significatio varia, & in concessionibus ac donationibus rei utilitatem denotat. & n.174.*
166. *Donatio in Principibus erga subditos facilè praesumitur.*
168. *Voluntati Domini, dominium suum transferre volentis, standum: praesertim Principis.*
169. *Successores Principes, antecessorum suorum concessiones, privilegia & contractus servare tenentur.*
170. *Privilegium ob bene merita datum, revocari non potest,*

171. *Concessio ob benemerita non est Donatio sed permutatio.*

172. *Privilegium à Principe civitati suæ ob benemerita datum sit beneficium, & latè interpretandum.*

173. *Princeps juri alicui ex contractu seu jure gentium quæsito derogare non potest.*

175. *Interpretatio, quæ verborum proprietati & rei subjectæ magis conveniens est, aliis præferenda.*

177. *Verba ex præcedentibus ac sequentibus interpretanda.*

178. *Media ab extremis regulantur, & interpretationem recipiunt.*

179. *Verba ambigua accipi debent pro significatu præcedentium ac sequentium.*

180. *Scripturæ pars una declarat alteram.*

181. *Vocula* Præter *includit sequentia præcedentibus.*

182. *Concessio declaratur ex usu subsecuto.*

183. *Connexa non sunt dividenda, sed ejusdem juris censenda.*

184. *Copula* Cum *facit ut omnia æquo jure convenire debeant.*

187. *Concessio, in qua non fit mentio feudi, pro donatione vera, & non pro feudo habenda.*

188. *verba* Concedere, Donare *& similia innuunt concessionem factam pleno jure.*

189. *& latissimè contra Principem pro donatariis sunt interpretanda.*

190. *præsertim quando verbum* Donationis *vel simile geminatum est,*

191. *Concessio non tantum in casu claro, sed & in dubio, allodialis, non feudalis habenda.*

192. *Civitates non moriuntur, nec heredem relinquunt.*

193. *Casum aratri de civitate expectare inhumanum est, nec jura contractuum patiuntur.*

194. *Concessio facta de contentis intra certos fines, omnia includit, quæ concedens ibi habuit.*

II Quæstionis.

Rationum Dubitandi.

105. *ex Observantia secuta declaratur mens contrahentium.*

196. *Jus lignandi servitus realis est.*

197. *Servitutes odiosæ sunt & magis restringendæ quàm ampliandæ.*

Rationum Decidendi, in II. Quæstione.

198. *Definitio servitutis cui competit, eidem & definitum.*

199. *Definitio & Definitum sunt convertibilia.*

200. *Servitus realis respectu prædii dominantis determinationem recipit.*

201. *Verba generalia generaliter sunt intelligenda.*

202. *Dispositio generalis restringi non debet, nulla restringendi ratione extante.*

203. *Promissio generalis generaliter præjudicat.*

204. *Generaliter & sine distinctione concedens imputare sibi hoc debet. Etiam in strictis. n. 205.*

206. *Verba indefinitè prolata generaliter sunt accipienda.*

207. *Pactio servitutis obscura contra constituentem, qui apertius dicere poterat, extendenda est,*

Refutationis Rationum Dubitandi in II. Quæstione.

208. *Servitutes ultra quàm actum aut conventum extendendæ non sunt.*

209. *Actus agentium ultra eorum intentionem operari non debent.*

III. Quæstionis.

210. *Communio multa adfert incommoda.*

211. *Potentioribus pares esse non possumus.*

212. *Superiores quasi per alluvionem latenter ad se omne jus trahunt.*

213. *in Communione nemo manere cogitur.*

214. *ob Necessitatem publicam multa permittuntur contra communes regulas juris.*

215. *Necessitas legem non habet: sed ab ea propter illam receditur. n. 217.*

216. *Casus necessitatis de quacunq; dispositione generali intelligitur exclusus.*

218. *Casus necessitatis legi adæquatur, & ex illicito facit licitum.*

220. *Finium variatio variat res earumq; dominium.*

221. *Feudi amissionis & privationis causæ sunt multiplices.*

Der Fall/ so zuberahschlagen/ verhelt sich kürtzlich volgender gestalt.

ZWischen dem Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn N. Hertzog zu N. &c. an einem / vnd J. f. gn. Stadt D. am andern theile / des D. Waldes halben / ist streit eingefallen / Dann J. f. gn. vorwendet / daß deroselben Voreltern / Christlicher Gedechtnüß / der Stadt D. proprietatem der Dörffer / den Walt aber tantum ad usum civitatis gegeben / also / daß J. f. gn. proprietatem vor sich behalten / vermüge der Stadt Privilegii,

Dago-

Dagegen vermeinen Bürgermeister / Rath vnd die gantze Bürgerschafft zu D. das die gedachte Wort des privilegii den Verstandt nicht haben / Insonderheit / weil das privilegium vermag / daß es mit dem Wald gleich wie mit dem P. eine gelegenheit haben solle.

Nun ist der P. Pflugacker / vnd gehöret entzeln Bürgern vnd Vntersassen der Stadt / welchen derselb Acker angeerbet / zum theil auch auß der Stadt von Bürgern erkaufft / welcher vff der Stadt Erbbuch verschrieben wird.

Zum andern liegt der Wald in terminis der D. scheide / vnd in Fürstlichem privilegio ist versehen / daß die terminey vnd scheiden usq; ad distinctiones & terminos Dn. VVitislai Principis Rugianorum, cum sylvis, gehen sollen.

So ist auch auß dem Vortrage / so zwischen dem Fürsten von Rügen vnd der Stadt D. vffgerichtet zubefinden / das von alters der Waldgrabe die scheide gewesen sey / auch hat die Stadt denselben Waldgraben jnnerhalb 30. Jahren wiederumb außreumen vnd vffbringen lassen.

Jngleichen auch die Weide im Walde der Stadt Vntersassen verheuret / davon ein Rath noch Jährlich weidegeldt zuheben hat / vnd also Jährlich einkommen der Stadt zu Register bringen lest / Auch hat ein Rath das Pfenden darin / Jst auch allewege / vor der Stadt eigenthumb gehalten worden vnd noch.

So hat auch ein Rath mit jhrer Bürgerschafft Anno 1408. wegen des Waldes Ordnung gemacht / daß niemand daraus / so wenig als andern Stadthöltzern / einig Holtzs ohne verwilligung des Raths holen sollen.

Anno 1483. hat ein Rath vnd die Bürgerschafft auß gemeltem d' Stadt Walde Hertzog B. Hochseliger Gedechtnüß so viel als zum Hauß L. holtz von nöhten / zu holen gewilligt / cum clausulâ restrictivâ, höher aber nit / Vnd ist noch innerhalb 30. Jahren geschehen / daß nit allein die Amptleute zu L. sondern auch vnser gnediger Landesfürst vnd Herr selbst Hertzog P. hochseliger Gedechtnüß / vmb nachgebung Bawholtzes zu abgebrandten Höffen im Ampt L. an den Rath geschrieben.

Hierauff entstehen diese Fragen.

I. Quæstio.

Primò quæritur, cui dominium ejusdem sylvæ competat.

II. Quæstio.

Zum andern / Ob die concesion des Holtzes allein vff Brenholtz / oder zugleich vff brenn- vnd Bawholtz zuverstehen sey.

III. Quæstio.

Vors dritte / dieweil der Wald in diesem streit jemmerlich verhawen / vnd die Stadt desselben zu behüff des Ziegelofens vnd sonsten / damit er numehr geheget würde / aller dinge nit entrahten könne / gleichwol ein Rath vnd Stadt auch bedencken hat / mit jhren Landesfürsten in communione zu bleiben / wie weit die Stadt mit dem Landesfürsten sich einzulassen schüldig.

I. QUÆSTIONIS

RATIONES DUBITANDI.

WAS nun die erste Frage belanget / möchte es *prima facie*, ut dicitur in l. ult. ad finem, de condic. sine caus. oder prima fronte, velut loquitur l. quingenta. de probat. dafür angesehen vnd gehalten werden / als were der eigenthumb des streitigen D. Waldes J. f. gn. vnd nicht der Stadt D. zustendig.

Erstlich wegen vermutung des Rechten / quod 6
† omnia, quæ sita sunt in dominio & distri- 1
ctu dicti Principis, sint ipsius. *c. ult. ibi :* cum monasterium sit intra metas sui diaconatus situm. *de off. archidiac. c. cum dilectus. 8. vers. pen. ibi.* judicetis Auriensi ecclesiæ subjacere, in cujus diœcesi fundatum. *de religios. domib. c. 2. de rest. spol. in 6. c. cum episcopus. de off. ord. l. 6. c. per venerabilem. Qui fil. sint legit. Panorm. c. nimis. n. 1. Imol. n. 2. de jurejur. Socin. con-*

sil. 86. in causa n. 6. vol. 2. Panorm. & Dd. c.
2 *si diligenti. de præscript.* sicut Dominus † terræ habeat inde fundatam intentionem. *Everar. loc. leg. 8. à toto ad partem. circa fin.* non tantum quoad jurisdictionem. *Imol. cap. ad decimas. de restit. spol. Jas. l. 3. in princ. n. 36. 37. de acqu. poss. Dec. consil. 528. n. 2. Anchoran. cons. 110. tres. n. 1. & 3. Schurff. consil. 26. diligenter. n. 3. 4. cent. 1. Innoc. cap. 2. n. 3. & 5. de religios. domibus Specul. de feud. §. quoniam. n. 28. Castrens. consil. 61. videtur dicendum. vol. 2. Montan. fin. regun. cap. 96. n. 8. & 9. per c. funerum. 12. quæst. 1. c. omnes. 16. quæst. 7.* Sed etiam respectu Domini jurisque realis. *Jason. in prælud. feud. num. 25. Montan. d. cap. 96. num. 2. 3. 4. per c. omnes. 16. quæst. 7. Stephan. Bertrand. consil. 182. licet. n. 7. vol. 1.*

Zum andern inhalt des privilegii vnd vhralten concession der Hertzog B. B. vnd D. vber diß Holtz der Stadt D. Anno 1292. gegeben / darinnen außdrücklich also versehen. Præter ista, Nemus quod dicitur D. cum P. ad usus tantum reponimus civitatis.
3 Usus † autem distinguitur à Dominio. *tot tit. ff. de usu & habitat.* etiam re concessa & tradita. *l. qui tabernas. 32. in fin. ibi:* publicæ sunt, quarum usus ad privatos pertinet. *l. 6. de contrahen. empt. §. ult. Inst. eodem l. 2. Ne quid in loco publico §. flumina. 3. in fin. Institut. de rer. divis.* & textus de usu sylvæ relicto vel concesso, *l. divus. 23.*
4 *de usu & habitat.* ubi comparatur † usufructui. *gl. verb. quemadmodum. & Dd. ibidem per l. fundi. eodem titul. l. hoc SCto. §. fin. l. quoniam. §. 1. de usufructu. earum rerum quæ usu cons.* qui plenus usus dicitur. *l. plenum autem*
5 *usum habere. 12. de usu & habitation.* & † à Dominio rei separatur. *l. rectè dicimus. de verborum significat. l. Mævius. §. pen. de legat. 2. gl. magna. l. usufructus. 4. ad illud. verb. ff. de usufruc. vers.* non quod sit Dominium. *& post vers.* E contra in multis differt à Dominio. *ubi Bart. & Dd. §. si vero cum ascendentibus. ubi gl. in auth. de hered. ab intest. §. 1. & §. prospeximus: in auth. de non eligen. se-*
6 *cund. nub.* Est † enim usus jus utendi rebus alienis. *l. 1. ubi gl. verb. utendi. de usufruc. Cepoll. de servit. in princ. cap. 5. n. 1.*

Vors dritte / weil die Hertzogen diesen usum der Stadt D. gegönnet haben / so müssen sie
7 Grundherrn gewesen sein. Nemo † enim concedit usum, & ne quidem concedere potest, nisi rei Dominus. *l. plenum. 12. §. ult. de usu & habitat. l. 3. com. præd. l. 2. de servit. l. 1. de cast. pecul.*

Nun findet man nicht / daß die Hertzogen den Eigenthumb vbergeben haben sollen / darauß folget / daß sie denselben behalten haben. Non enim præsumitur mutatio Dominii,
Imò qui † prius fuit Dominus, præsumitur 8
adhuc Dominus esse, nec Dominium transtulisse, donec ex adverso probetur. *l. sive possidetis. C. de probat. Cyn. l. incendium. in fin. si cert. petat. Dec. l. semper in obscuris. 9. num. 7. de reg. jur. Bart. l. cum pater. §. cum pater. de legat. 2.* Et in dubio † præsumitur 9
contractus Domino minus onerosus *l. Labeo. de contrah. empt. Bart. l. qui concubinam. 23. §. 1. de legat. 3.* ut non intelligatur Dominium transtulisse. *Bald. l. si pascenda. C. de pact. Dec. num. 8. Cagn. num. 17. d. l. semper. 9. de reg. jur.* Sed & concessio † usus velut 10
servitutis. *tot. tit. de usu & habitat. ff. & Instit.* stricti juris est. *l. si priusquam. num. 40. ff. de oper. nov. nunciat.* ut ulterius extendi non debeat, quam verba patiantur & importent. *l. 1. §. si quis. ubi Bart. de itin. actuq. privat. l. si ita. 126. §. pen. de verb. Obligat. l. præses 6. l. altius. 8. ubi Bald. C. de servitut. l. si cui. 9. ubi Bart. & Dd. eod. Guido Pap. consil. 1. num. 11. 12. 15.* pro quo etiam l. si quid venditor. in fin. de ædilit. edic. *Angel. consil. 67. ex themate circa fin. Cravet. consil. 234. ex datione. num. 4. vers. octavo. ibi.* debent intelligi verba dationis, ut minus obligetur quam sit possibile.

Am vierden / sol diese concession usus nemoris vnbestendig vnd nichtig sein / wenn man anders sagen sol / sintemal der usus † ein ge- 11
brauch ist rei alienæ. *l. 1. cum gl. in verb. utendi. de usu fruc. Cepoll. in princ. de servit. cap. 5. num. 1.* Res † autem propria nemini servit. 12
l. in re. 16. de serv. urb. prædior. l. uti. 5. si ususfruct. petet. l. cum essent. 33. §. fin. de servit. rust. prædior. nec in † re usus conceditur 13
Domino rei, sed tantum à Domino alteri. *l. uti. 5. si ususfruct. petet. l. cum in fundo. ff. de jure dot. l. si ita. 17. §. Dominus proprietatis. l. ult. de usu & habitat. l. tria. 31. de serv. rust. prædior.*

Vffs fünffte / erzwinget solchs die darzu gesetzte dictio TANTUM, ad usus tantum reponimus. TANTUM † enim est dictio 14
taxativa, sonans respectu eorum, quibus annectitur, & excludens reliqua, ac negans respectu aliorum. *Panorm. c. cum ecclesia Sutrina. num. 4. 5. de caus. poss. & propr. gl. l. ob æs tantum. C. de præd. minor. l. rationes. verb. quantitate. C. de probat. l. juris ordinem. C. de jurisdic. l. Gallus. §. qui sunt. de lib. & posthum. Bart. l. 1. in princ. & ibi Dd. si quis jus dicent. non obtemp. Card. cle. 1. §. 1. de sum. Trinit. Guido Pap. consil. 2. num. 2.* Dictiones † n. taxativæ, ut Tantum &c. excludunt reliqua omnia 15
expressa. *l. 1. C. de patrib. qui filios distrax. l. ob æs.*

ob as. C. de præd. minor. l. contractus. de reg. jur. Corn. consil. 252. num. 2. lib. 1. Everar. loc. 111. A nat. dict. taxat. num. 2. ubi in princ. num. 1. dicit: particulam Tantum esse dictionem taxativam, & ejusmodi dictiones affirmativè positas (ut hic) esse exclusivas, quoniam affirmant, quod ponunt, & excludunt seu negant omne aliud, adeò ut excludant omnes personas & casus præter expressos. Jas. l. omnibus. num. 9. & 10. si quis jus dicent. & l. si constante. num. 75. Solut. matr. c. contingit. ubi Felin. & Dd. de fid. instr. Francisc. Mant. de conjectur. ult. volunt. lib. 5. tit. 14. num. 24. per cle. exivi. §. cum a. de verb. significat Jason. in l. vulgò §. cum furti. num.
16 4. de in lit. juran. Et † licet in materia favorabili non excludant casum similem, excludunt tamen tacitum. Jason. l. si mora. num. 7.
17 solut. matr. & † in odiosis, cujusmodi † sunt
18 servitutes. l. altius. 8. ubi Bald. l. præses. 6. C. de servit. Jason. l. si priusquam. 15. num. 40. de oper. nov. nunciat. ne ad similes quidem, ex identitate rationis, extenduntur. Jason l. si constante. n. 80. solut. matrimon.

Vors sechste / gibt auch solches das Wort
19 REPONIMUS. Dann die † Fürsten sagen nicht / wir vbergeben / geben / schencken / noch brauchen dergleichen Wort / quæ significare possunt & solent Dominii translationem. l. ult. ubi gl. Jas. & Dd. de condic. caus. data. l. non videntur data. 127. ubi Dec. num. 1. l. nemo plus. num. 5. l. si quis. 115. num. 5. de reg. jur. l. ubi §. final. ubi Jas. & Dd. de verb. obligat. & in §. sic itaq; Inst. de actionib.

Vffs siebende / hette diß stück von den vorigen sylvis, pascuis, pratis nicht dörffen abgesondert / vnd eine vnterschiedliche disposition darvon gemacht werden / wenn jhr Will vnd Meinung gewesen were / gleich wie das ander / auch dieses Holtz zuverschencken. Nach dem es aber darvon abgesondert / vnd seine eigene disposition hat / ist es aus derselbigen / nicht aber vo-
20 rigen oder volgender zudeuten / ex quo per † se orationem habet claram & perfectam, ut nihil sit necesse ex antecedentibus vel sequentibus conjecturas persequi. Paris. consil. 34. num. 31. consil. 78. num. 49. & 50. vol. 2. consil. 35. n. 19. vol. 3. Francisc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 6. cap. 13. n. 10.

21 Zum achten / weil † so viel von dem Landesfürsten der Stadt eingereumet / vnd zwar nur utiliter seu ad usum, ist es viel mehr vor eine beleihung & feudali concessione, dann pro plena donatione zuhalten. August. Berous
22 consil. 67. num. 2. lib. 1. præcipuè † quando nulla facta heredum mentio. Paris. consil. 106. num. 22. lib. 1. Roland. à Valle consil. 34. num. 81. consil. 100. num. 89. vol. 4. aut quod hæreditariò Erblich donaverint; sed ad usum † tantùm, id est, utilitatem concesserint, ut hic, quod est feudi proprium. Berous consil. 61. num. 30. vol. 1. Rolan. à Valle consil. 85. num. 8. lib. 4. cap. 1. verb. utiliter habeat. de cont. inter vasall. Rolan. à Valle consil. 85. n. 18. 19. 37. lib. 4. 23

Vffs neunde / ob wol dieser Wald in D. grentzen begreifft / dennoch haben wir im recht eine Regel / quod fines † & termini civitatis 24
jurisdictionem, non particularium rerum dominium arguant. Curt. Jun. consil. 158. n. 22. Montan. trac. fin. regundor. cap. 15. n. 12. Paris de Puteo cap. qualiter. num. 6. de finibus feudi.

RATIONES DECIDENDI IN I. QUÆSTIONE.

ABER diesem allem vngeachtet / ist viel mehr vor einem E. Rath der Stadt D. zuschliessen / nemlich daß der Grund vnd Eigenthumb des D. Waldes jhnen gebühre vnd zustehe.

Dann erstlich ist es gewisses Rechtens / quod donationes † & beneficia Principum latissimè sint interpretanda. l. beneficium. de const. princip. pro accipiente & possessore contra principem concedentem. Aug. Berous consil. 65. n. 25. lib. 1. l. 3. & Jason ibi n. 1. 2. 3. cum seq. sed præcipuè n. 20. l. 1. l. ult. ubi Barthol. Bald. C. de sent. pass. l. si quando. ubi Bart. & Dd. C. de bon. vacan. lib. 10. Bald. c. quanto n. 5. 6. de jud. Anchoran. desin. 12. quæst. 2. Innoc. & Canonist. c. cum dilecti. 6. de donationib. cum etiam in privatis † donationibus hæc fiat latissima interpretatio pro donatario contra donatorem. d. c. cum dilecti. ubi gloss. & Canonist. de donat. Jas. d. l. beneficium. n. 10. 11. 12. 13. 14. de constit. princip. c. olim de verb. significat. c. visis. 16. quæst. 2. c. frater. 16. quæst. 1. c. 8. §. notandum. 2. quæst. 3. c. quia circa. de privileg. l. 3. de jure immun. l. antiquitas. C. de usufruc. quantò magis in principe d. l. beneficium. de const. princip. quem † maximè decet & decorat liberalitas. Innocent. Joan. And. & Dd. c. grandi. de supplen. neg. prælat. tex. l. cum in plures. §. pen. cum l. seq. de adm. tutor. l. 1. §. 1. de tutel. & rat. Jason. n. 2. & ibi Alciat. ac communiter Dd. l. pactum curatoris. C. de pac. pro quo bonus tex. in c. 1. ubi gl. 1. & 2. & Canonist. de donat. Alciat. cons. 33. n. 12. lib. 9. Paris. consil. 8. n. 3. vol. 1. Aug. Berous consil. 65. n. 29. lib. 1. 25 26 27

Daher dann auch / zum andern / wol versehen / daß in zweifelhafftigen Fällen die concessio von allen rechten / so der concedens am gute gehabt / zuverstehen sey.

In † dubio enim concessio intelligitur esse facta de omni & toto jure concedentis. Bald. c. 1. in princ. n. 2. 5. cum seq. de cap. qui 28

cur. vend. Jacobin. in invest. verb. de castro rubei montis. n. 7. Dec. consil. 292. pro tenui. n. 4. pro quo etiam l. traditio. 20. de acq. rer. dom. ubi dicitur, unumquemq; videri tale dominium tradere, quale ipse habet. Sicut
29 † & qui vendit, totum jus præsumitur vendere, quantum ipse habet, l. qui tabernas. 32. ubi Bald. Alb. ff. de contrahend. empt. Cepol. de serv. rust. cap. 9. de jure pasc. n. 12. item qui do-
30 nat aut concedit. gl. verb. publicæ. d. l. qui tabernas. 32. de contrah. empt. per l. senatus. §. fin. l. si domus. §. ult. de legat. 1. Cravet. consil.
31 234. ex datione. n. 2. quod præsertim † in principum concessionibus obtinet. Iser. c. 1. in princ. n. 5. Quæ sint regal. Bald. n. 1. 2. cum seq. c. 1. de cap. qui cur. vend. Jacob. in invest. verb. de castro rubei montis. n. 7. ubi conclu-
32 dit, quod in † concessionem principis factam, titulo lucrativo, veniat jus, quod princeps ibi habet, non alienum. Rolandus à Valle consil. 71. n. 23. & cons. 32. n. 10. & 14. lib. 2. cons. 2. n. 17. consil. 98. n. 17. lib. 3. cons. 110. n. 160. lib. 4. Paris. consil. 8. n. 6. cons. 27. n. 14. cons. 20. n. 3. lib. 1. Aug. Berous consil. 25. n. 31. lib. 1. cons. 51. n. 4. lib. 2. Montan. fin. regund. cap. 95. n. 4.
33 ubi confirmat, donantem † intelligi donare omne jus, quod in re donata habet, per Bart. & Dd. l. prædia. C. de locat. prædior. civil. lib. 11. And. Barbat. consil. 36. sapientem. n. 7. vol. 2. & idem Montan. d. trac. cap. 89. n. 1. 2. 3. per Bart. l. patronus. §. 1. de legat. 3. l. Titius. de act. empt. l. si sic. §. si mihi. de legat. 1. Boer. decis. 42. n. 25.

Vors dritte/ ist solche meinung der Fürsten dis fals auß der Vorrede/ eingang vnd ende zu nemen.

34 Unde ex † præfatione colligitur intentio & causa finalis contrahentium. l. ult. in princ. de her. inst. c. quoniam 11. ubi Lanfr. in princ. n. 2. de probat. Bald. l. incivile. 24. n. 2. de legib. Cacheran. Decis. Pedemont. 23. n. 31. Dec. consil. 683. in causa. n. 7. quæ causa †
35 omnia moderatur, regit & ampliat. l. non codicillum. ubi Jas. & Dd. C. de testament. Socin. consil. 165. visis. n. 7. vol. 2. Mant. de conjectur. ult. volunt. lib. 6. tit. 13. n. 2. 3. Roland. à Valle consil. 85. n. 56. lib. 4. Sed & princi-
36 pium † trahit ad se finem & contra. Mont.
37 trac. fin. regund. cap. 93. & clausula † finalis ad omnia præcedentia refertur. l. juris gentium. 7. §. quod fere. de pact. Rolan. à Valle consil. 54. n. 5. 6. 11. 23. 25. lib. 4. Paris. consil. 86. n. 53. vol. 2. cons. 8. n. 3. vol. 1. Aug. Berous consil. 38. n. 5. vol. 1. cons. 62. n. 12. cons. 90. n. 13. cons.
38 70. n. 14. lib. 2. cons. 25. n. 50. lib. 3. & media † à principio & fine declarantur. Mant. præall. loc. Everard. loc. leg. 117. ab extremis in pr. Mont. fin. regund. cap. 93. n. 2. 4. 6. 7.

Daß nun hochgedachte Fürsten dieser Stadt wegen jhrer Dienste/ vnd ex proprio motu, die einverleubte stück schencken/ geben vnd zueignen wollen/ zeiget bald der anfang/ in verbis: meritis etiam consulum & burgensium nostrorum electorum de D. exigentibus, quæ est concessio † remuneratoria, 39
transiens irrevocabiliter in contractum. Roland. à Valle consil. 13. n. 27. & n. 21. 59. lib. 3. & latius est interpretanda quam alia donatio. Rolan. à Valle consil. 1. n. 40. lib. 4. Paris. cons. 20. n. 5. vol. 1. cons. 11. n. 44. lib. 1. ubi multis probat, quod concessio † facta propter 40
benè merita, habeat vim contractus, & varia privilegia, nec † requirat specificationem 41
meritorum. Paris. consil. 112. n. 21. lib. 4. cum facta sit personis non prohibitis. Clarus in §. donatio. quæst. 3. n. 2. 3. Bertrand. consil. 118. n. 1. lib. 2. in 2. p. Curt. Jun. consil. 142. n. 3. Bellon. consil. 74. n. 17. Guido Papa decis. 95. nec non motu proprio (cujus † clausulæ in con- 42
cessionibus principis magnus est effectus. c. si motu proprio. ubi gl. & Jo. And. de præbend. c. si Romana. eod. tit. lib. 6. Paris. consil. 22. n. 10. cons. 44. n. 23. vol. 4. & tollit † omnem defe- 43
ctum ac contradictionem. Paris. consil. 15. n. 63. vol. 2. August. Berous consil. 65. n. 8. n. 13. & passim. vol. 1. & cons. 46. n. 2. 3. 4. 38. vol. 3. & libere (quod denotat † plenam conces- 44
sionem non feudalem. Rolan. à Valle consil. 85. n. 30. lib. 4. & excludit omnem allegationem erroris. Idem Rolan. à Valle consil. 200. n. 27. cons. 85. n. 30. lib. 4. Paris. consil. 43. n. 48. vol. 3. renovamus, dantes eidem civitati &c. Prædictos autem terminos cum sylvis, pratis, agris, aquis, pascuis & omni utilitate, quæ nunc in ipsis est, vel in futuro haberi poterit, dictæ civitati apponimus, eo jure quod Stadtrecht dicitur.

At quod † civitas habet jure civitatis, ha- 45
bet procul dubio quoad dominium. l. 6. de contrah. empt. l. 1. Quod cujusq; Univers. §. universitatis. ubi Ang. Fab. & Dd. Inst. de rer. divis. l. bona. de verb. signif. Jas. l. ult. n. 6. C. de pac. l. si quis major. n. 10. C. de transact. l. quod in littore. 14. de acq. dom. & post in fin. Damus siquidem eisdem burgensibus &c. Deinde expresius ibi. Proprietates etiam harum villarum &c. cum omni jure ac utilitate, cum advocatia, precaria, moneta, cum judicio manus & colli, cum terminis & in his contentis, in campis, sylvis, pratis, aquis, pascuis, simpliciter cum omni jure, quod in ipsis habuimus,

mus, vel adhuc tempore procedente in
eis inveniri poterit vel acquiri, dile-
ctæ dictæ civitati donare decrevimus
perpetuis temporibus feliciter posſi-
denda. Ut autem hæc tantæ liberalitatis
donatio &c.

46 Verbum † a. Dandi propriè dominii
translationem infert. l. ult. ubi Jaſon. n. 3. cum
ſeqq. de condic. cauſ. dat. l. ubi a. §. fin. de verb.
obligat. §. ſic itaq; ubi Jaſon. Ang. Fab. Gometz.
& Dd. Inſt. de actio. Dec. l. non videntur. 127. n.
47 1. de reg. jur. multò † magis verbum Donan-
di hic in fine poſitum. Rolan. à Valle conſil. 85.
n. 29. & 30. lib. 4. Cravet. conſil. 214. n. 12. conſ. 52.
n. 4. & melius conſil. 85. n. 3. eleganter Auguſt.
Berous conſil. 67. n. 21. 24. lib. 1. conſ. 152. n. 11. lib.
2. cum ibi allegatis & bis repetita univerſalis
48 † cum omni jure &c. quæ nihil excludi pa-
titur. Rolan. à Vall. conſil. 17. n. 22. conſ. 34. n. 80.
86. 92. conſ. 64. n. 11. conſil. 92. n. 24. conſ. 85. n. 34.
49 lib. 4.

Proprietatis † etiã vox dominium importat
l. proprietatis dominium. 4. C. de probat. l. ma-
ter. 3. l. indicia. 19. verſ. ſi de proprietate. l. ordi-
narii. 13. in fin. ibi. proprietatis. cauſa. C. de rei
vend. tot. tit. ex. De cauſa poſſ. & propriet. l. in-
50 tereſt. 6. l. 4. l. neq; 8. l. habitatio. 11. & paſſim. C.
de uſufructu. & donatio † proprietatis domi-
nium à donatore in donatarium transfert,
traditione, velut hic, ſecuta. §. per traditio-
nem. in fin. verb. ſiquidem ex cauſa donationis
ſine dubio tranferuntur. §. qua ratione verb.
& tradiderit, faciet eum accipientis. Inſt. de
rer. diviſ. l. incivile. 12. verſ. quod tradidiſti &
eo modo, dominium transtuliſti. l. quoties.
15. verſ. ex cauſa donationis. C. de rei vendicat.

51 Conſtat a. finem † a. principium referri
atq; trahi & contra. Mont. tra. fin. regund. c. 93. n.
6. & 7. per l. 3. de adimen. legat. l. ſi quis de legat. 3.
l. quæcunq; C. de apoch. publ. Zuchard. conſil. fin.
52 n. 38. & clauſulam † finalem ſuperioribus
accommodari. Rolan. à Vall. conſil. 54. n. 5. 6.
53 lib. 4. & media † ejuſdem omninò qualitatis
atque juris cenſeri. l. ſi vero §. quod ſi. de his qui
dejec. l. arbor quæ in confinio. in princ. ff. com-
mun. dividun. Eucrar. loc. ab extremis. 117. in
54 princ. nec unus & idem contractus † natura
ſua individuus. Cagnol. l. ſecundum. 10. n. 6. de
reg. jur. Tiraq. de retrac. convent. n. 4. 5. per l.
Cajus. De manu. l. cum quæritur. 16. de adm. tu-
tor. l. nam abſurdum. de bon. lib. l. ſi ita. 39. de oper.
55 libert. diverſo † jure cenſeri debet. l. cum qui
ædes. ubi Bart. & Dd. de uſucap. Montan. tract.
fin. regund. cap. 79. n. 3. l. longæ. de diverſ. &
temp. præſcript. Bald. c. 1. n. 2. de cap. qui cur.
vend. Tiraq. de retrac. lig. §. 1. gl. 7. n. 81. §. 36. gl.
3. n. 6. per l. ſi fidei commiſſum. in princ. & §. 1. de
judic. l. qui ita §. ult. ad Trebell. Bald. c. cum o-
mnes n. 6. de conſtit.

Hæc a. conceſſio † principum, in præſen- 56
ſentia tot teſtium inibi nominatorum, ſigil-
lo principali munita, procul dubio publi-
cum eſt inſtrumentum, & plenam fidem fa-
cit. c. cum dilectus 9. ubi Felin. & Dd. de fide in-
ſtrum. per illum tex. c. poſt ceſſionem. ubi Felin. n.
8. Dec. n. 15. de probat. Jaſ. l. pacta noviſſima. n. 16.
C. de pactis. maximè † tam antiquum, & An- 57
no Domini 1292. datum. Cravet. de antiq.
temp. p. 1. §. 2. n. 27.

Am vierden / wird der contrahenten mei-
nung / vnd intent geſpüret vnd genommen aus
dem / das darauff erfolget / Donatio † n. plenè 58
probatur ex traditione & obſervantia poſt
ſecuta. Cravet. conſil. 277. in hac n. 2. Cyn. inter.
conſil. Bald. conſil. 402. quæritur. lib. 5. Jaſon. con-
ſil. 161. lib. 2. Idem Cravetta evidentius conſ. 101.
nobilis n. 3. per. l. minimè l. ſi de interpretatione de
legib. c. cum dilectus de conſuet. Ex † his n. (in- 59
quit) quæ poſtea fiunt, declaratur, quàlis fu-
erit animus in præcedentibus. l. ſed & Ju-
lianus. §. proinde. ad SC. Macedon. l. ſi ſervus plu-
rium. §. fin. de legat. 1. l. qui in aliena. verſ. ſed ſi
non adjerit. de acq. hæred. l. cum poſt. de jure dot.
l. ſi filius C. de pet. hæred. Roman. conſil. 271. n. 4.
5. l. 1. l. 2. l. ſi veritas. C. de fideicom.

Nun haben aber hocherwehnte Fürſten / krafft
ſolcher vbergab vnd conceſsion, der Stadt D.
nicht allein die ſpecificirte Güter eingereumet /
ſondern vor daß ſhre ſo lange vndenckliche Zeit
beſitzen / Vererben vnnd gebrauchen laſſen / ex
quo indubitatè probatur donatio facta ple-
nè & irrevocabiliter. Rolan. à Valle conſil. 34.
n. 80. 86. 92. 94. conſil. 1. n. 58. conſ. 92. n. 24. vol. 4.

Vffs fünffte / ſeind außdrücklich die Wälde /
in den D. Grentzen gelegen / dem Rath zugeei-
gnet / in verb. prædictos a. terminos cum
ſylvis &c. & omni utilitate, quæ nunc in
ipſis eſt, apponimus eo jure quod Stad-
recht dicitur, & poſt: cum terminis & in
his contentis in campis, ſylvis, pratis,
aquis, paſcuis, ſimpliciter cũ omni jure
(quæ † univerſalis nihil excludi patitur. l. 60
Julianus. de legat. 3. l. à procuratore. C. Man-
dat. cap. ſolitæ. de major. & obed. cum ſimil.)
quod in ipſis habuimus &c. Non poteſt
igitur videri dominium retentum. Mont. fin.
regund. cap. 95. n. 1. 2. cum omne jus, quod
ibi principes habuerunt, civitati conceſſe-
Dennoch ist zubesorgen/ dz man aus gedachter supplication dergleichen bedrawung nicht werde erzwingen mügen/ Cum illa verba conditionaliter sint posita, & non injuriæ sed defensionis, ac juris sui tuendi causa, quod non habet injuriam, *l. injuriarum. & passim. de*
injur. Injuriarum † autem actio ut locum 107
habeat, necesse est injuriandi animo & dolo malo aliquid factum esse, *l. si non convitii. ubi Cyn. Bald. & Dd. C. de injur.* Unde quælibet causa etiam injusta excusat, *d. l. igitur. de liber. caus. l. 1. de plag.*

Da es aber kein ansehen haben/ oder gewinnen möchte/ als wann sich Jhr. Fürstl. Gnaden vor jhren Vnderthanen fürchten thäte/ möchte
füglichen cautio de † non offendendo gesucht 108
werden/ propter minas inobedientis, & qui suis factionibus se parê Duci facit, & ad arma provocat, *per l. denunciamus. ubi Bart. Bald. & Dd. C. de his qui ad eccles. confug. l. illicitas. §. ne potentiores. ubi Bart. num. 2. de off. præsid. Felin. rub. de treuga & pace num. 10.* & in terminis nostris Afflict. *cap. 1. num. 21. Ex quibus caus. major.* Herculan. *tract. de cautione de non offend. cap. 1. num. 11. & cap. 2. num. 17. 31. 32. & passim.* D. Andr. Geyl. *lib. 1. de pace pub. c. 2. à n. 1. usq. ad 10.*

Wann man nun darauff gehen wolte/ were das Klaglibell darauff zurichten/ man müste aber zuvor wissen/ ob Summarischer weise/ oder durch ein articulirt Libell/ vnd an welchem Ort/ oder vor welchen Richtern Jhr. Fr. Gn. es zusuchen geruheten.

Ich liesse mir besser gefallen/ man hette zum anfang den von N. mit gleicher Müntz bezahlet/ vnnd wie er mandata am Keyserl. Cammergericht wieder Jhr. Fr. Gn. gesucht/ das hinwieder Jh. Fr. Gn. zu abwendung künfftiges Vnheils/ so aus diesen Schnarchen vnnd Rottie-
rung entstehen möchte/ mandata † de non of- 109
fendendo, sub pœna banni, am Keyserlichen Cammergericht außgebracht hetten/ *And. Geyl. de pace pub. lib. 1. cap. 20. num. 11. vers.* ratio quia hujusmodi mandata de non offendendo nunquam in Camera sub pœna pecuniaria, sed pœna banni decernuntur: Considerando personam & factiones ac clientelas minantis hujus nobilis militaris, & qui minas effuctui dare consueverit, *Bart. in l. famosi. §. 1. ad L. Jul. Majest. gl. l. metum. verb. metationibus. C. de his qui vi metus. caus. l. 3. Ex quib. caus major. Panorm. cap. 1. de off. deleg. Angel. in tract. malef. verb. verba injuriosa. n. 8. Felin. in rub. de treuga & pace. Afflic. in terminis nostris. c. 1. num. 21. Ex quibus caus. feud. amittat.* Quæ multò
magis hic concedenda sunt propter † me- 110
tum armorum, ac ne inconveniens aliquod contra pacem publicam committatur, *And. Geyl. de pace pub. lib. 1. cap. 2. num. 10. vers.* Ea mandata hic demum decernuntur, quando subest justus armorum vel violentiæ metus, & *cap. 13. vers.* ex prædictis perspicuum est, hujusmodi mandata de non offendendo ad publicam pacem potissimum spectare, quo fit,

sit, ut in Camera Imperiali, pacis publicæ
conservandæ gratia, frequenter decernan-
tur, attentis tamen commemoratis circum-
stantiis & qualitatibus personarum: Num
justus subsit metus offensionis, an adversari-
us sit potens, & ad offendendum facilis, &c.
quæ ratio potissimum hîc urgenda fuerit,
ne Dux sibi à subdito metuere, sed multò
magis, ut publicæ pacis studiosus, in futu-
rum mala, quæ ex ista quasi diffidatione se-
qui possint, avertere & prævenire voluisse
111 videri possit. Hæc† enim mandata futuram
offensionem concernunt non præteritam,
Geyl d. cap. 2. num. 17. & cap. 1. de pace pub. lib. 1. Et
ideo absque partis citatione vel cognitione
mandat Imperator sub pœna banni, ne in
futurum contra placita pacis publicę impe-
trantem offendat, *Geyl ibidem*, & dantur e-
jusmodi mandata, cum subest justus armo-
rum metus, *Geyl. ibid. num. 10.* & violentia co-
actis hominibus facienda, *Geyl ibi. num. 10. &
11.* Quanquam autem subdat, *ibi. Geyl. num. 18.
19.* regulariter subditis non decerni ejusmo-
di mandata adversus superiorem, quia præ-
112 sumptio † est pro magistratu, quod violen-
ter non facere, sed justè procedere velit, ut
talibus mandatis non sit opus, *c. ad nostram
de appellat. l. 1. C. de suscep. lib. 10. c. absit. 11. quæst. 2.
Alciat. præsumpt. reg. 3. præsump. 15. num. 1.* & pa-
113 cem † publicam non turbat, qui dominicæ
potestatis jure utitur, ut itidem Dn. Geyl.
prosequitur, hæ tamen rationes cessant in
114 casu converso nostro, & ideo † cessat di-
spositio, *l. adigere. §. quamvis. de jure patronat. l.
115 quod dictum. de pact.* Itaque quod † in favo-
rem superioris magistratus dispositum est,
non debet contra illum interpretari, *l. quod
favore. Cod. de legibus. l. nulla. ff. eod.* nec ad con-
trarium finem trahi, *l. legata inutiliter. ubi Ja-
son. num. 8. & l. cum filiofam. num. 5. l. si domus. §. in
pecunia. num. 16. de legat. 1.* & melius in l. clam.
possidere §. qui ad nundinas, *num. 24. de acq.
poss. auth. sacr. am. num. 51. C. si advers. vend. & l.
qui Romæ. n. 14. de verbor. obligationibus.*

Vnnd ist dieser Weg ohne gefahr vnnd weit-
leufftigkeit/ kostet nur eine supplication, vnnd
ist von förderung der caution vnderschieden/
116 *Andr. Geyl de pace lib. 1. cap. 2. num. 10.* quæ † sine
clausula justificatoria & absque citatione
partis adversæ facilè impetratur, *Geyl ibidem
num. 14. 15. 16. 17. & cap. 3. n. 5. cum seqq.*

Ist auch vnverweißlich / dann wann gleich
117 sie sich für N. nicht fürchten/ dennoch stehet † der-
selben wol an/ vnd wil obliegen/ dz J. Fr. Gn. in
irem Fürstenthumb vber den gemeinen Landfrie-
den halten/ vnnd allen Vrsachen der Waffen
vnd ärgerniß vorgekommen werde/ ita in termi-
nis And. Geyl *c. 3. n. 9. de pace pub. lib. 1. per l. nam
salutem. de off. præfect. vigil. c. 1. de prohib. feud.
alien. per Feder. §. 1. in auth. de armis.* qui licet
loquatur de summo principe, tamen jura,
quæ addit, etiam idem in inferioribus ma-
gistratibus Rom. statuunt, ut d. l. nam salutē,
de off. præfect. vigil. l. illicitas. §. ne potentio-
res, *de off. præsid.* l. denunciamus, *C. de his qui
ad eccles. confug.* l. æquissimum, *de usufruct.* in
quibus constituta etiam in principibus Ger-
maniæ, Cæsari subditis, valere debent, *Jas. n.
10. post Bart. Alex. & Dd. l. 5. in princ. de verb. obli-
gat.* & facilius ad obtinenda hæc mandata de
non offendendo pluribus prætactam ratio-
nem confirmat And. Geyl *d. cap. 3. num. 9. cum
seq. de pace pub. lib. 1.* confirmans, principi ma-
ximè convenire, quo curet, ut pax in Im-
perio servetur illæsa, & ut non solum armo-
rum mala & scandala, sed etiam occasiones
malorum & scandalorum è medio tollan-
tur, *d. l. illicitas. §. ne potentior. de off. præsid.* quæ
de præside cujusque provinciæ hoc dispo-
nit, cujus officio congruit curare, ut pacata
atque quieta sit provincia, quam regit, *l. con-
gruit. 13. de off. præsid.* hoc enim ad principis
prudentiam & solertiam pertinet, ut Andr.
Geyl prosequitur, *d. cap. 3. num. 9.* Nam in-
quit, ex præteritis & præsentibus futura
metienda sunt, & in minutis vigilandum, ne
paulatim incidamus in maxima incom-
moda, quia res initio pusillæ crescunt in
majus. Unde proverbio dicitur, minutulam
pluviam imbrem facere &c. Itaque cum
hujusmodi † mandata de non offendendo 118
ad pacem publicam conservandam spe-
ctent, favore digna sunt, *Andr. Geyl d. cap. 3. n.
7.* maximè initio quando decernūtur, Geyl
ibid. n. 7. addens rationem, quia malitiis ho-
minum maturè sic occurritur & latenti ma-
lo, ne in deterius & apertam hostilitatem
perniciosè erumpat in tempore remedium
adhibetur. Nam melius † est in tempore oc- 119
currere quàm post exitum vendicare, *l. 1. Cod.
quando lic. unicuiq.* & jura intacta servare quā
post vulneratam causam remedium quære-
re, *l. fin. Cod. in quib. caus. rest. in integ.* Principiis
enim obstandum &c. & *in d. cap. 3. num. 5.* pau-
lò ante dicit *ibidem* Geyl, quod mandata de
non offendendo nullius sint præjudicii, i-
deoque judex in decernendo non debeat
admodum difficilis esse, maximè si petantur
contra tales personas, quæ iniq; minari, &
minas exequi consueverūt. Quia † non sit in- 120
juria ei, cui ab Imperatore, vel ejus vice, à Ca
meraImperiali mādatur, ne alteri vim iniq;
faciat, ne cōtra cōstitutiones Imperii scelera
tè arma sumat, ne pacē publicā nefariè vio-
let, & quod sibi putārit deberi jure poscat,

l. extat. Quod met. caus. l. si quis in tantam. Cod.
Unde vi. sæpe etiam (ut subdit ibidem Geyl
d.cap.3.num.6.) hujusmodi mandatis multi
metu pœnæ in officio retinentur, qui aliàs
ruptis justitiæ habenis, nihil pensi haben-
tes, fronte perfricta omnia pro sua libidine,
per fas atque nefas attentarent, sacraq; pro-
phanis miscerent, &c. *& paulò post.* Nam
effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis simu-
la, mater litium, materia jurgiorum, ita si-
ne freno temperantiæ exarsit in vitia, ut nisi
justitia refrenaret excessus, concordia ho-
minum exularet à mundo. Proinde lex
prodita est, ut appetitus noxius regulis ju-
ris constringatur, &c. Quocirca cum hæc
mandata juri divino, gentium, civili sint
consentanea, quod eo, cui mandatur, etiam
non præsente fieri deberet, ideo hæc man-
data sub pæna absque clausula justificatoria
vel citatione partis decernuntur, *Andr. Geyl*
de pace pub. lib. 1. cap. 2. num. 15. 16. Quia † tali
121 casu judex à præcepto, nulla prævia citatio-
ne, incipere potest, ad avertendum armo-
rum periculum, *l. æquissimum. de usufruct. l. de*
pupillo. §. meminisse. ubi Alex. num. 4. de oper. no.
nunc. Jas. l. nequicquam. §. ubi decretum. n. 7. de
off. procons. Angel. in §. curare. num. 10. Inst. de a-
ctio. pulcrè Hyppol. sing. 30. tu scis. Roman. consil.
212. quoad primum. per l. si eum servum. §. fin. de
fidei commiss. libert. l. recusare. ad SC. Trebell. sicut
& in universum cum subest armorum me-
tus, *Geyl de pace pub. lib. 1. cap. 4. per tot. & cap. 5.*
num. 9. vel scandali, *Geyl ibidem cap. 5. num. 9.*
item si res ad seditionem, tumultum spe-
ctet, vel pacem publicam concernat, *Geyl. i-*
122 *bidem.* Et quoties † actus expediri potest
parte etiam non præsente, ut in his manda-
tis, *Geyl. præall. loc. cap. 2. num. 16. & cap. 5. num. 11.*
per l. 1. l. 4 §. illud. de fidei com. libert. l. qui potest
invitis. de reg. jur. Jas. l. rescriptum. n. 4. de pact.
Alex. in l. pupillo. §. meminisse. num. 4. de oper. nov.
nunciat. l. nequicquam. §. ubi. n. 7. de off. proconsil.
Angel. §. curare. n. 10. Inst. de actionibus. Et sic in
talibus, inquit, cessat ratio. l. nam ita. *de adopt*
l. de unoquoq; *de re jud.* quæ pluribus con-
firmat Geyl *lib. 1. observat. obs 4. per tot.*

So ist die Frucht vnnd Nutz dieses weges am
Tage/ auff das dem von N. die Hende gebun-
den werden / *Geyl de pace pub. lib. 1. cap. 3. num. 6.*
123 Vnnd da † er wieder solche mandat thätlichs
etwas vornehme / alsdann füglichen auff die
pænal klagen des Landes friedens/ vnd also auff
revocatoriam feudi gegangen werden müste/
And. Geyl. ibidem n. 1. 2. d. cap. 3. lib. 1. per Bart. l. illi-
cit. as. §. ne potentiores. n. 9. de off. præsid. Nam qui
contra pœnalia mandata de non offenden-
do committit, pœna fractæ pacis tenetur &
conveniri potest, *Geyl d. cap. 3. num. 1. & 2.*
124 *de pace publ. lib. 1.* quæ pœna † præter confi-
scationem bonorum, trahit secum amissi-
onem feudorum, ut ad dominum rever-
tantur, Geyl *de pace pub. lib. 2. cap. 13. num. 1. 2.*
cum seqq. & cap. 14. num. 1. 2. 3. ubi num. 4. di-
cit ex constitut. Caroli V. feuda hoc casu
non fisco addici, sed ad dominum redire,
tit. die Peen der Friedebrecher / *§. 2. & ord. Cam.*
tit. 9. §. 2. p. 2.

III. QUÆSTIONIS DECISIO.

WEil nun hierdurch die fürnehmste Fra-
gen resolviret, als ist vergeblich vbri-
ge noch zur Zeit weitleufftig zuhan-
deln/ kürtzlich aber davon zureden / halt ich/ das
aus vielen Vrsachen / so einer † hohen Fürstli- 125
chen Person besser anstehe vnnd ersprießlicher
sey / nicht in eigener Person/ sondern durch Fi-
scalen, oder andere Anwalden Klage anzustel-
len/ vnd zutreiben / *per l. penult. Cod. de procura-*
tor. l. ult. Cod. de injur.

Imò nullitatis argui posset processus, si 126
tam illustris princeps per se, & non per pro-
curatorem agere vel accusare vellet, *l. pen. u-*
bi Dd. Cod. de procurator. Joan. de Arno. sing. 99. l.
fin. C. de injur. ubi gl. verb. per procuratorem. Bald.
& Salicet. l. furti. §. ad crimen. de his qui no-
tant. in fam. & l. pen. §. ad crimen. de pub. jud.

So mag auch am † Keyserl. Cammergericht 127
anders nicht/ dann durch einen Procuratorn
geklaget vnnd procedirt werden/ *And. Geyl. de*
pace pub. lib. 1. cap. 10. num. 8. 9. per Ord. Cam. p. 1.
tit. 25.

Jedoch wann andere wegen Ihr. Fürstlichen
Gnaden klagen sollen/ were es Ihr. Fürstl. Gn.
ehrlicher / das irgend ein oder zwey von Adel zu
Ih. Fr. Gn. Anwalden geordnet würden/ wie
ich wol practiciren sehen.

IV. QUÆSTIONIS CONJECTIO.

AUff die Vierde fragen kan nichts gewis-
ses geantwort werden/ biß man erfahren/
was für eine Klage dißfals möchte ange-
stellet werden/ Klage † vff Landfriedbruch gehö- 128
ret ohne mittel fürs Cammergericht/ *Ord. Cam.*
p. 2. art 9. Andr. Geyl. lib. 1. de pace. pub. obs. 3. num.
3. & obs. 11. num. 1. & per tot. sublatis etiam, ex
const. Caroli V. *tit.* auffhebung aller Freyhei-
ten/ omnibus exceptionibus declinatoriis,
privilegiis, avocationibus & similibus, qui-
bus judicium hoc declinari posset, *Geyl. lib. 1.*
de pace pub. cap. 11. n. 1. 2. & passim.

Aber Lehenklagen † gehörten dißfals vors
Lehengericht oder coram paribus curiæ, sinte-
mal Ih. Fürstl. Gnad. als Lehenherr in eigenen
sachen Richter nicht sein können / *cap. 1. ubi Dd.*
de

de controvers. apud pares terminan. c. 1. apud quem vel quos. c. 1. de controv. inter episc. c. 1. an apud jud. c. 1. de invest. de re. §. fin. de lege Corrad. Zus. in epit. feud. p. 11. n. 6. & 7. Curt. eod. trac. p. 7. n. 2. 3. 4. Mynsing. obs. 90. cent. 4. Clar. de feud. quæst. 90. n. 1.

Die andere Sache vors Hoffgericht oder wo sonst nach des Fürstenthumbs gewonheit der Adel vnd N. zugestehen pflichtig/ oder wo keine ordnung derhalben verhanden/ möchten solche sachen auch ans Cammergericht gereichen. Cum
130 † enim actor ipse princeps sit rei ordinarius, & in propria causa judex esse nequeat, relinquitur, ut ad ejus superiorem causa devolvatur, si aliter inter partes convenire nequeat, per communem doctrinam. *l. qui jurisdictioni. l. est receptum. de jurisdic. om. jud.*

131 Vff allen Fall aber muß Kläger † des Beklagten forum folgen. *l. 2. & passim. C. de jurisdic. c. cum sit generale. de foro competent.* Doch
132 daß die Wahl dem Kläger bleibe/ ut si † plura fora sint rei competentia, eligere possit in quo agat. *l. ult. C. ubi in rem act. Jas. & Dd. l. 3. in princ. de eo quod certo loco.*

V. QVÆSTIONIS DELINEATIO.

VOn der fünfften Frage/ wie das Gericht zubestellen / ist im ersten Rathschlag etwas entworffen/ welches ich nochmals nicht weiß zuverbessern. Illud in universum est
133 verum, quod judicia † æqualiter procedere debeāt, absq; omni suspicione vel acceptione personarū. *c. in judiciis. de reg. jur. in 6. c. 1. de mut. petit. l. in scriniis. C. de prox. sacro. scrin. lib. 12.*

Wann aber ein † Lehengericht solte angestellet werden / were es zubestellen nach außweisung Jacobin. *in invest. verb. & dicti vasalli pro dictis rebus. n. 12. Feudist. §. pen. vers. per pares conjuratos terminetur. de prohibit. feud. alienat. per Federic. c. 1. in fin. ubi Iser. n. 6. de controvers. apud pares terminand. & ibi Afflic. n. 5. ac communiter Dd. Curt. Sonsbec. & alii in fine trac. feudal. in tit. & materia jud. feud.* 134

Die Proces † aber des Keys. Cammergerichts vnd vff des heiligen Reichs Außträgen/ wie dieselbige zubestellen gibt die Cammergerichts ordnung / *p. 2. art. 4. & 5. & p. 3. per totum.* 135

Die Landgeding aber haben ihre Gerichtsordnung / Styl vnd Gebreuche/ darnach es zuhalten/ wie im ersten Rahtschlag bewehret.

VI. QVÆSTIONIS PRÆCISIO.

DJe sechste Frage / was N. hiermit verwirckt / ist auß vfflösung der ersten vnd andern Frage abzunemen / Daher auch etlicher massen sich eroeuget / was im Außgang zuerhalten / Jedoch ist der eventus dubius. *l. quod debetur. de pecul.*

Vnd weil nach † der beweisung zusprechen / so kan darvon nichts gründlichs gesetzet oder errahten werden / biß beweisung vnd gegenbeweisung producirt vnd disputirt. *gl. in l. idem. 14. §. fin. verb. non liquere. de recept. arbit.* 136

Angesehen aber solches auch facti ist / hat ein † Jurist zuvor darvon nicht zuschliessen / *Bart. l. Arescusa. n. 1. de stat. hom. fac. l. 2. de jur. & fac. ignorant.* Salvo.

CONSILIUM CCCVI. DE PROHIBITIONE, UT VEHICULA PER UNAM TANTUM VIAM PUB. COMMEENT.

SUMMARIA.

1. *Via publica quæ?*
2. *Præscribitur juri competenti ex debito, non ex facultate sola.*
3. *Via non præscribitur publica, quoad facultatem eundi.*
4. *Solum & usus viæ publicæ est publicus & communis.*
5. *Viæ publicæ dominium pertinet ad Imperatorem non inferiorem.*
6. *Princeps, qui præscripsit libertatem, habet jura fisci, & est monarcha in suo.*
7. *ut rex Franciæ & civitas non recognoscens superiorem.*
8. *Sicut Imperator habet commercium viæ publicæ & vendere potest, sic etiam alius non recognoscens superiorem.*
9. *Subjecti utilis Domini, habent etiam utile dominium in viis publicis.*
10. *Utile Vasalli Dominium præfertur directo.*
11. *Vasallus & Emphyteuta possunt rem meliorare etiam mutando formam.*
12. *Parificantur Vasallus & Emphiteuta.*
13. *Thesaurus inventus pertinet ad utilem Dominum viæ publicæ.*
14. *Quisque potest uti re sua pro lubitu, etiamsi damnum inde alteri inferatur.*
15. *Videtur Imperator vias mutare, quando inferior ex concessione facit, sicut etiam bannire.*

16. *Via publica constituitur à Principe habente potestatem publicandi.*
17. *Principum beneficia latè interpretanda.*
18. *Quod Jure communi competit, frustra impetratur.*
19. *Potest Princeps inferior vias publicas facere privatas, & alienare.*
20. *Quælibet etiam civitas habet potestatem faciendi viam publicam, vel mutare etiam absq; statuto.*
21. *Quilibet Contractus ejus, qui habet potestatem legis condendæ, habet vim legis.*
22. *Domini temporales habent in suo territorio fundatam intentionem, quoad jurisdictionem.*
23. *Qui habet concessionem à Principe, habet jus in publicum locum.*
24. *Mandato vel procurationi publicorum locorum generali non inest potestas alienandi, quam rectores & præsides non habent.*
25. *Flumina, & viæ publicæ sunt ejusdem juris, & mutari possunt sine damno publico.*
26. *Flumina in universali sunt imperii, in particulari earum civitatum, per quarum fines fluunt.*
27. *Consuetudo dat potestatem aliquid faciendi in loco publico.*
28. *Debet probari consuetudo nisi esset notoria.*
29. *Notorium relevat ab onere probandi, non proponendi.*
30. *Multa dicuntur notoria, quæ non sunt.*
31. *Probatur Consuetudo per duos Doctores excellentes eam allegantes.*
32. *De Consuetudine terrarum Domini dant & mutant vias publicas, sicut piscationes.*
33. *Quod usurpatur, consuetudine obtineri dicitur.*
34. *De facto Principes exercent regalia.*
35. *Domini terrarum possunt prohibere forensibus, ne veniant ad loca sua.*
36. *Forensis, postquam venit in territorium, est ut reliquus populus, & est contra æquitatem, & bonnum publicum, si expellantur.*
37. *Multò magis Dominus potest statuere, ut eant per unam viam publicam, reliquis prohibitis.*
38. *Argumentum à minori quomodo procedat?*
39. *Si illud, de quo minus inest, multò magis, de quo magis.*
40. *In perpetuum Rectorem transeunt regalia, non in temporalem.*
41. *Mos gerendus probare volenti.*
42. *Probatio irrelevans non admittenda.*
43. *Super incidenti prius pronunciandum, quàm super principali.*
44. *Sufficit tamen tacita pronunciatio per processum ad ulteriora.*
45. *Per viam publicam nemini transitus prohibendus.*
46. *Exceptum intelligitur, quicquid jure prohibetur.*
47. *Prohibitio an possit à Principe fieri, causa non cognita in re sua, saltem extrajudicialiter?*
48. *Dominus non potest in rei usuariæ præjudicium aliquid mutare.*
49. *Via publica non servit usibus jure servitutis sed facultatis.*
50. *Concessio intelligitur salvo jure Tertii.*
51. *Non facit injuriam, qui re sua utitur ad alterius incommodum.*
52. *In modicum alterius præjudicium tendere potest Principis concessio.*
53. *Non patitur damnum, qui amittit lucrum.*
54. *Principes absq; precio tenentur vias servare securas.*
55. *Turpiter accipitur pro eo, ad quod quis jure est obligatus.*
56. *Via publica in regalibus numeratur, per quam Domini terrarum tenentur præstare salvum conductum, etiam armis sumptis.*
57. *In via publica Dominus territorii habet fundatam intentionem.*



Rimò illud sic ostenditur. Nam certum videtur, quod via, de qua est quæstio, videlicet vom H. auff nach Sch. G. Z. usque ad M. est publica † via, ex quo exitum habet ad mare, aut urbem, aut flumina publica, aut aliam viam militarem seu publicam. Nam per hæc via probatur esse publica. *L. fin. in fin. ff. de locis & itin. publicis*; etiamsi per neminem itum fuisset per eandem viam, longissimo tempore *L. viam publicam. ff. de via publica. ubi dicit ibi* glossa, quod via, qua itur ad S. Jacobum non possit præscribi; alias multis ire non liceret, Et quamvis glossa dicit, hoc speciale contra regulam, quæ est in l. omnes. C. *de præscript. 30. vel 40. annorum.* tamen veritas est, quod illa L. omnes. loquitur in jure nobis competente ex debito, quod tolli potest, spacio 30. vel 40. annorum. Sed non competit nobis † jus eundi per publicam viam, per viam Juris debiti, sed per modum facultatis. *L. 2. §. viam ff. ne quid in loc. public. L. 1. ff. de locis & itin. publicis.* Ideo si per mille annos non fit transitus per viam publicam, semper durat facultas transeundi. Quia contra ea, quæ per modum facultatis competunt, non præscribitur, ita Cynus in L. cum notissimi. *C. de longiss. temporis præscript. & ibidem etiam per Bart. Ita notat Bart. in præall. L. viam publicam. ff. de via publica. & ibidem in repetitione L. quo minus. ff. de flumin. in 15. q. Innocent, in c. bonæ. 2. de postulat. prælat. &* Panor-

Panormitanus in c. ablate de verbor. signif. Hinc dicit Johan Faber. *in tit. Institut. de rer. divis. ad §. flumina.* quod tantum jus habet
3 unus de Anglia † in via, quo ad eundum, quantum homines departibus istis. *Et probatur in præallegata L. 1. ff. de loc. & itin. publicis.* Deinde dicitur ibidem, cuilibet publicum petere, permittendum est. Et in L. fluminum *in princip. ff. de damn. infect.* ubi dicitur, fluminum publicorum communis est usus, sicuti viarum publicarum & in L. 2. §. 1. ibi privatorum usibus deserviunt, jure scilicet civitatis, non quasi propria cujusque. *ff. ne quid in loc. public.*

Et non solùm usus viæ, de qua agitur, pu-
4 blicus, sed etiam ejusdem viæ † solum est publicum *per L. 2. §. viam publicam. ff. ne quid in loc. publ.* Et per consequens via ipsa est in Dominio populi Romani, loquendo secundum tempora antiqua, quibus populus Romanus habuit universale imperium; seu ve-
5 rius modò est in dominio † Imperatoris, in quem hodie populus Romanus omne imperium transtulit, & Romani populi viam obtinet, in toto imperio *per L. bona civitatis. & L. sequent. ff. de verb. signif. & notat glossa in L. inter publica. in verb. destinata. eod. tit. & l. 1. ff. de constit. Princip. & L. 2. §. deinde. ff. de origin. jur. L. 2. §. sed quia divina. vers. si quid igitur C. de veter. jur. enucleand. & L. fin. cum ibi notatis per glossam. C. de legib. & Institut. de jure natur. gent. & civil. §. sed & quod Principi.* Ideo etiam via publica computatur inter regalia. *in usibus feud. tit. quæ sunt regal.* Nam & Imperator est rex. *l. 1. C. ut nemo privat. titul. præd. suis vel alien. impon. vel regia via suspend. & notant hoc Baldus. Jacob. Aluarot. in præallegato titulo. Quæ sint regalia.* Non potest ergo via publica spectare, quoad dominium ad alium inferiorem ab Imperatore; nisi ex Imperatoris, seu regia concessione seu largitate, secundum Baldum *in præall. tit. quæ sunt regal.* & quæ notat Bart. *in L. 1. §. 1. ff. ne quid in loco publico;* nisi esset talis Princeps, qui non recognosceret Imperatorem de jure, & qui exemptus est ex causa, ut sunt illi, qui recognoscunt Ecclesiam in temporalibus: vel de facto non recognoscit Imperatorem, & stetit in quasi possessione libertatis tanto tempore, quo Imperator ex negligentia superioritatem suam amisit. Talis enim Prin-
6 ceps in suis terris obtinet † Monarchiam, & habet regalia & fiscalia, & jura Imperatoris; & ita etiam viæ publicæ in suo principatu sunt in ipsius Dominio. *per notat. in L. 1. C. de summ. Trinitat. & fide Cathol. & Innocent. in c. cum P. tabellio. de fide instrument.* & probatur in c. per venerabilem. *Qui filii sint legitimi.* u-
7 bi patet, quod Rex † Franciæ, qui non recognoscit superiorem in temporalibus, omnia jura Imperatoris in regno suo exercet. Idem notat Bart. *in L. infamem. ff. de publ. judic. in fin. ubi dicit.* quod tantam potestatem habet civitas non recognoscens superiorem in territorio suo, quantam habet Imperator in universo. *Idem notat Bart. in L. quo minus. ff. de fluminibus in 2. q. & per Joann. de Plat. & Dd. in rubr. C. de jure fisci libr. 10. & per doctrinam Anthon. de Butr. in c. 1. de constit. & notat Alvarot. tit. quæ sint regal. super rubr. in fin.*

Sicut ergo Imperator † potest loca publi- 8
ca, & vias publicas, quorum Dominium principaliter ad ipsum pertinet, alienare, vendere, mutare, alterare, cōcedere & prohibere, cum sint in commercio Principis, puta, Imperatoris *per L. continuus. §. cum quis. & ibi gloss. ff. de verb. obligat. arg. L. quod Principis. ff. de aqua pluvia. arcend. L. 2. in princ. ibi. decretovè Principum. & §. merito. ff. ne quid in loco public.* eodem modo hæc omnia potest Princeps superiorem in suis terris non recognoscens; cum ibidem sit Monarchia, & Imperator, per supra dicta. Et facit, quia cum proprietas viæ publicæ sit talis Principis, potest de ea disponere, prout vult, *per L. in re mandata. C. mandati. L. omnes. C. de judic. cum concord.* ita etiam Domini terrarum ex concessione seu largitate regia vias publicas ab Imperatore in feudum tenentes, vias publicas, possunt in terris suis mutare & alterare, alienare & prohibere; dummodo pro utilitate suorum Dominiorum & subditorum id faciant. Quia ad eos spectant ta-
les viæ † publicæ ex regiæ seu Principis con- 9
cessione. Unde habent in eisdem Dominiū utile, sicut habet quilibet Vasallus in feudo suo, ut legitur & notatur *in usibus feud. tit. de capitulis Conrad. post princ.* in glossa magna & ibi Bald. & Jacobus Alvarot. *& in §. rei autem tit. de invest. de re alien. fact. & notat Innocent. in c. si diligenti. de for. competenti. & Specialiter tit. de locat. §. cui vers. 45. & Paulus de Castr. consil. 156.* unde etiam datur sibi utilis rei vendicatio. *c. unic. de cont. int. Vasall. & alium de benefic. c. rei autem. de investit. de re alien. fact. & c. si Vasallus. si de feudo controvers. fuerit.* I-
mò istud dominium utile † Vasalli prefer- 10
tur directo dominio, quod est apud Dominum. *secundum Bald. in rubr. C. de jure Emphyteut.* Quin imo est efficacius, & etiam utilius directa, ut dicit Johann. *de Plat. in L. unica. C. de Thesaur. libr. 10.* Ergo potuerunt & possunt Duces N. tanquam utiles Domini viam publicam intra dominia sua, ex caussa, ut & utilitate suorum Dominiorum & subditorū, & sic pro feudi melioratione alterare, mutare, prohibere, imò alienare. Administratio enim feudalis spectat ad Vasallum, qui habet

habet utilitatem feudi, & utile Dominium, non ad Dominum directum, à quo recognoscitur in feudum.

Secundò idem sic potest probari. Nam
11 Emphiteota † potest rem sibi in Emphyteosin concessam meliorare. Hoc enim tacitè inest illi contractui, *ut in auth. Si quas ruinas. C. de Sacrosanct. Eccles. L. 2. C. de alluv. & pallud.* etiã mutando formam superficialẽ rei Emphiteuticæ in melius, prout notat Baldus *in l. 1. vers. sed pone, accepi sylvam. C. de jure Emphyt.* & melius per Bartholom. Cæpoll. *in tractat. servitutum Rusticarum. sub rubr. de montib. in 5. quæstione.* Ergo etiam Vasallus in feudo idem facere potest; cum etiam feudum suum meliorare, non autem deterius facere possit, *ut probatur in c. quid ergo. & ibi notata de investitura in re alien. fact.* & quia Vasallus perpetuum & utile Dominium obtinet in feudo,
12 sicut Emphiteota, in Emphiteosi, & † parificantur isti contractus, ut notat Baldus *in d. L. 1. C. de jure Emphyteot.* Ubi subdit, quod absurdum esset dicere, quod qui debet rem externaliter possidere, non possit rem meliorare meliori forma introducta. *In materia facit L. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vectig. vel Emphyteut. petat.*

Facit ad prædicta, quod Duces N. possunt ratione utilis Dominii, quod obtinent in viis ex concessione Imperiali, dicere vias publicas suas; adeò etiam, ut si thesaurum
13 † in eisdem invenerint, sit eorum, tanquam in suo, puta feudo, ab Imperatore eis concesso, inventum, ut notat glossa *in L. unic. C. de thesaur. libr. 10.* quam approbant & sequuntur ibidem Bart. & Johann. de Plat. *facit glossa in L. si ut certo. §. si duobus vehiculum ff. commodat. & glossa in L. si quis in tantam C. unde vi.* Potest autem quilibet in re
14 sua facere, quod † vult, & quod sibi prosit, etiamsi alteri tertio noceat; dummodo principaliter non faciat, eo animo, ut alteri damnum inferat, *L. fluminum. §. final. L. Proculus ff. de damn. infect. L. 1. §. denique & ibi Bart. & gloss. ff. de aqua pluv. arcend. bona gloss. in c. si quis non obedit. 2. q. 3. & gloss. in c. nisi de authoritat. & usu pall. & quæ notat glossa in reg. locupletari. de regul. jur. libr. 6. & ibi Johann. Andr. in Mercur.* Nec etiam quis præsumitur, in dubio fecisse animo nocendi alteri, ut est glossa notabilis *in 1. L. fluminum. §. fin. in vers. non temerè. ff. de damn. infect. quod notat etiam ibi Bart.* Ergo possunt de hujusmodi viis publicis disponere, & illarum viarum administratio ad ipsos pertinet; dummodo in gravamen feudi seu Principis nil agant.

Tertiò sic. Nam ex quo inferior Dominus regalia & vias publicas tenet ab Imperatore in feudum; satis videtur ipse Imperator † alterationem & mutationem via- 15
rum facere, quas ipse Dominus inferior facit ex privilegio, concessione & auctoritate Imperatoris *L. 2. §. omnia. C. de veter. jure. enucleand. c. si apostolicæ de præbend. libr. 6. faciunt ad hoc, quæ notat Bart. in L. quo minus. ff. de flumin. in princ. in 1. oppos.* & saltem ex permissu Imperatoris inferior illas alterationes facit. Permissa enim Principis easdem facere licet: *L. servitutes 14. §. publico. ff. de servit. & notat Bart. in L. quo minus. ff. de flumin. in 13. quæstion. faciunt notata per Baldum tit. hic finitur lex, deinde consuet. reg. &c. in usib. feud. c. 1. & ibi* Johann. Alvarot. *vers. quæro subsequenter cum prædicta glossa,* ubi dicit, nota secundum Nicol. de Neapoli, quod potestates terrarum possunt bannire, & bannum eorum operatur idem, quod Bannum Regis, licet Rex sit qualibet potestate major. Et est ratio secundum eum, quia potestates habent merum Imperium. Et subdit ibidem ad propositum, quod cum potestas, vel alius judex bannit, videtur ipse Princeps vel Rex, a quo habet causam, bannire, quia ordinata sua potestas ab eo dependet. *allegat L. 2. §. cumque omnia. C. de veteri jur. enucleand.* Ergo cum Duces N. habeant ab Imperatore Regalia, & vias publicas; ideo disponendo de eisdem Imperatoris dispositio erit censenda.

Quartò sic. Cum via publica ad publicè meandum in ea sit instituta † per Principem 16
tanquam habentem potestatem publicandi. *L. 2. §. via autem publica. ff. ne quid in loc. public.* & propterea cuilibet licet ire per viam publicam, undecunque sit oriundus. *præallegata L. 2. §. 1. ff. de loc. & itin. public. cap. fin. & ibi gloss. 23. q. 2.* Si per concessionem Regalium factam Ducibus N. ab Imperatore, solus usus viæ publicæ, non autem dispositio & administratio concessa esset; tunc nihil omninò operaretur talis Regalium concessio, quod esset absurdum; Cum beneficia Principum † largissimè contra 17
ipsam concedentem, & ut aliquid conferant illi, cui conceduntur, sint intelligenda. *L. fin. ff. de constit. Princip. c. cum dilecti. in fin. de donat.* Et quia facultas seu jus eundi per viam publicam, cuilibet Jure communi competit, per jura supra allegata; frustra per privilegium † precibus ab Imperatore impe- 18
traretur, *præallegata L. unic. de thesaur. libr. 10. & l. cum super. C. de rei vendicat. L. quæ sub conditione. §. fin. ff. de condit. & demonstr. c. contra morem 100. dist. cum concordant.* Ergo

go propter dictam concessionem Rega-
lium ita intelligere, ut administratio & di-
spositio Regalium, & per consequens via-
rum publicarum in eisdem Regalibus con-
tentarum ad ipsos Duces transferatur.

Præterea Quintò, cessante regalium con-
cessione per imperatorem seu Regem fa-
19 cta, Princeps inferior, vel civitas † superio-
rem recognoscens potest ex permissione le-
gis statuere de publicis viis in suo territorio
existentibus, & illas reducere in locum pri-
vatum & alienare, & in alium usum deputa-
re. *per L. 2. in princ. juncta glossa in verb. lege.*
dum opponit textum dicens scilicet municipali. ff.
ne quid in loc. public. Idem probatur in L. 2. §.
hoc interdictum. 1. ibi jure scilicet civitatis. jun-
cta gloss. *in vers. civitatis.* quæ dicit, textum
intelligendum etiam de qualibet civitate a-
lia à Romana. Quia quælibet civitas loca
20 publica habet. Et sic vult, quod † quælibet
civitas possit super hoc disponere. Et est
glossa in terminis præallegatæ L. 2. §. *via au-*
tem in vers. prohibuerit, in fine, quæ dicit, Quod
quælibet civitas habet potestatem faciendi
viam publicam. *Et sequitur Bart. in præallega-*
ta L. 2. in princ. dicens, se ita consuluisse. Et saltem
hoc procedit, dummodo desuper fiat, Lex
aut statutum municipale secundum Bart. i-
bidem, *& in L. continuus. §. cum quis. ff. de*
verb. obligat. & ibi etiam tenet Paulus de Ca-
stro, & est opinio communis. Quin imò et-
iam videtur, quod simpliciter non conden-
do aliquam legem vel statutum, id possit,
quod tenet Raphael Cumanus *in d. §. cum*
quis. tali motus ratione. Quia si potest le-
gem condendo ut supra dictum est; Ergo
etiam videtur, quod possit alienando. Quia
21 contractus † factus ab habente potestatem
legis condendæ, habet vim legis. *L. Cæsar. ff.*
de publican. l. donationes. C. de donation. inter
vir. & uxor. Ita refert Barthol. Cæpoll. *in*
tract. servitut. rusticarum super rubr. de servitu-
te viæ in 10. quæstione. qui tamen sequitur opi-
nionem Bartoli & communem.

Ergo etiam Duces N. prædicta possunt,
quia non sunt minores Civitatibus: & sal-
tem, etiamsi regalia non haberent à Princi-
pe in hoc casu, civitatibus æquiparantur, ut
voluit Bart. Cæpolla *in præallegata quæst. 10.*
Faciunt notata per Johann. Andr. post In-
nocent, *in c. nimis. de jurejurand.* & doctrinam
Panormitani post Hostiens. *in c. si diligenti. de*
22 *præscript.* ubi notant, quod Domini † tempo-
rales & comites fundatam de jure commu-
ni intentionem habeant in territoriis suis,
quoad jurisdictionalia; & præsertim quan-
do constat, de eorum dominio eis ab Impe-
ratore concesso, prout notatur *in c. fin. de of-*
fic. Archidiacon. ad idem faciunt bene, quæ
notat Johann. Fabri. *in suo breviario. C. de*
summ. Trinitat. & fid. Cathol. L. 1. 2. 3. & 4. co-
lumn. Ergo etiam Regalium concessione
cessante possunt Duces N. statuere de viis
publicis in terris ipsorum, saltem legem, vel
statutum condendo desuper, secundum o-
pinionem Bartoli & communem supra re-
citatam; vel etiam simpliciter alienando,
secundum aliorum opinionem.

Sextò, Videtur casus pro Ducibus N. in
L. prohibere §. *planè. ff. quod vi aut clam.* u-
bi dicitur, quod Princeps potest concedere
alicui jus faciendi aliquid in Republica. I-
dem in eo, cui princeps hoc † jus concesse- 23
rit, quē textum ibi ad hoc notat Bart. Quin-
imò textus ille dicit, quod etiam Præsidibus
provinciæ, quibus locorum publicorum
procuratio data est, non autem concessio.
Per quæ verba dicit ibi Bart. textum illum
singularem ad hoc, quod in mandato † ge- 24
nerali Reipublicæ non venit rerum publi-
carum alienatio. Habent ergo præsides re-
rum publicarum suæ provinciæ administra-
tionem & procurationem, licet earum alie-
nationem facere non possint; nisi lege mu-
nicipali aut principali concessione amplio-
rem potestatem acceperunt. Et quia præsi-
dis nomine significatur quilibet rector pro-
vinæ. *L. 1. & ibi Bart. ff. de offic. Præsid. & text.*
junct. glossa in c. 2. de offic. legat. lib. 6. relinqui-
tur, quod Duces N. ut Præsides suarum pro-
vinciarum, habeant viarum publicarum
administrationem & procurationem, & ita
possint de jure communi disponere de viis
publicis; aut ex potestate eisdem à Princi-
pe, videlicet ab Imperatore concessa; aut
saltem, ut præsides suarum provinciarum;
cum etiam ex actis non appareat, quod viā
publicam, de qua est contentio, omninò a-
lienaverint, aut in privatam formam redu-
xerint, sed eadem via publica in sua publica-
tione relicta commune & vulgatum iter ve-
ctorum & mercatorum per eandem prohi-
buerunt, per quam prohibitionem via non
est alienata, nec desinit esse publica. Quin
adhuc remanet communis, etiamsi longissi-
mō tempore nemo iter per ipsam faceret.
L. 1. §. summa cum utilitate & ibi Bart. ff. de his,
qui dejec. vel effud. & in concord. s. ad hoc allega-
tis.

Septimò flumina publica & viæ publicæ
† ejusdem juris sunt. *L. fluminum in princ. ff.* 25
de damn. infect. l. 1. ff. de via publ. junct. l. 1. ff. de
flumin. sed quilibet potest de aqua ex flumi-
ne publico licitè in suum fundum ingressā
facere, quicquid vult *L. 1. §. idem Labeo. ff. de*
aqua quotidiana & æstiva; dummodo tamen
non faciat eo animo, ut alteri inferioris fun-
di Domino noceat. *L. 1. §. deniq. ff. de aqua*
pluv.

pluv. arcend. & notat. Bart. in repetit. L. quo minus in 14. q. ff. de fluminibus. Ergo etiam de via publica, postquam in terra Ducum N. licitè est ingressa, possunt facere, quod volunt; dummodo etiam animo nocendi alteri id nō faciant. Facit pro isto, quod notat Bald. *in L. penult. C. de condit. insert. ubi dicit.* quod quidam dicunt, quod omnia flumina navigabilia pertinent ad statum Imperii & sunt regalia, quibus sine jussu Principis nulla servitus potest imponi, cum sint Cæsaris *per c. 1. quæ sunt regal. in usib. feud.* Et subdit,
26 quod verum est, quod in † universali omnia flumina navigabilia sunt Imperii Romani, sed in particulari sunt earum civitatum, per quarum territorium transit flumen. Idem dicemus de via publica, quæ flumini publico æquiparatur, per Jura præallegata.

Octavò, Pro hac parte facit generalis consuetudo & observantia communis Principi, præsertim regalia ab Imperatore vel Rege tenentium, quæ pro parte Ducum N. est in actis allegata, per quam consuetudinem †
27 datur potestas aliquid faciēdi in loco publico, ut notat Bart. *in d. L. quo minus in 13. q. supra allegata, & Bartol. Cæpoll. in præalleg. rubr. de servitutibus viæ in 11. q.* Nam consuetudo habet potestatem Principis *l. domini prædiorum. C. de agricol. & censit. libr. 11. notat Bald. in L. 3. C. de nautic. fœnor. per* Canonistas *in c. cum dilect. de fide instrumentorum.* Ergo poterant Duces N. ex vi hujusmodi consuetudinis; sicut alii Domini terrarum Regalia obtinentes, prohibitionem commeatus & transitus communis pervectorum & mercatorum in via, de qua contenditur, facere.

Non obstat, si dicitur, consuetudo allega-
28 ta debet † probari, cum in facto consistat. *c. 1. de constitution. libr. 6.* & notat Cynus Johan. Faber, & Dd. communiter *in L. 2. C. quæ sit long. consuetudo. Johann. Andr. & Dd. in c. fin. de consuetud. & Panormitan. in suis consil. 45. in 4. volum.* Hic autem, licet consuetudo Principum sit pro parte Ducum N. allegata; tamen minimè reperitur probata, Ergo prætextu consuetudinis obtinere sententiam pro se non possunt. Nam responderi potest, primò quod id, quod dicitur, consuetudinem necessariò esse probandum, procedit, nisi consuetudo notoria allegaretur. Illa enim non indiget probatione, *ita notat Baldus in l. 1. C. ad SC. Vellejan.* Facit, quod de notorio notant Dd. *in c. ad nostram 3. de jurejurand. & in c. viam. de cohabitat. cleric. & mulier. &c.*
29 qui dicunt, licet notorium † non relevet à propositione; tamen relevat ab onere probandi, ut est gloss. singularis, quam ibi commendat Panormitanus *in clem. appell. unus. de appellat. facit clem. pastoralis. verbo piscina, & quæ ibi notant Dd. de sentent. & re judic.* Et
quod multa † dicantur notoria, quæ non 30
sunt, ut dicit Panormitanus *in c. consuluit de appellat.* ideò secundo potest videri, consuetudinem allegatam, in casu isto esse probatam. Nam quotiescunq; duo Doctores † fe- 31
runt aliquid esse consuetudinis, probata censetur talis consuetudo. Idem etiam, si unus Doctor excellens, consuetudinem referat. *Ita dicit Bart. in repetit. L. de quibus ff. de legib. verb. quarto principaliter quæritur, & Paulus de Castr. Consil. 156.* Sed Doctores aliqui juris famosi & excellentis auctoritatis referunt, quod de consuetudine Domini † terra- 32
rum dant & mutant vias publicas, & militares, sicut etiam prohibent piscari in fluminibus publicis. Ita refert Johan. Faber *in §. flumina, & §. sequente usq; ad §. Universitatis. inst. de rer. divisione.* Refert enim quosdam dicere, quorum dicta approbat, quod viæ publicæ non sint unius populi, sed omnium sicut flumina. Unde tantum habet unus de Anglia in via ad eundum, quam ille de partibus istis, & hoc de viis militaribus. Et ideo subdit, quod cum viæ sint populi, Domini terrarum non possunt dare vias, nec mutare; quia quod omnium interest, ab omnibus debet concedi *per l. fin. C. de auth. præst. and.* Et circa finem §. subdit, quod Dd. de via publica dicunt satis credo, addens *ibidem*, sed contra usurpatur, de quo remittit ad notata *per eum in præallegato §. flumina.* Ubi dicit, quod de consuetudine Barones & Domini piscari prohibent in publicis fluminibus. In quibus verbis Johann. Faber attestatur, consuetudine obtentum, ut Domini & Barones possint dare & mutare vias publicas. Quod enim u-
surpatur, consuetudine † obtineri dicitur, 33
& est glossa notabilis in l. injuriarum actio. §. fin. ff. de injuriis. juncta glossa in L. 2. ff. de usucap. & in leg. si constante. §. quoties. ff. soluto matrim. Item ad idē Doctor solennissimus Johan. Alvarotus *in tit. quæ sint regalia. super rubr. circa finem.* Ubi dicit, post quendam alium Doctorem etiam famosum, videlicet Andr. de Isernia.
quod de facto videmus † Reges exercere re- 34
galia; quin imò & populos & alios Dominos. Facit etiam, quod notat Johan. Andr. de pedagiis & Guidagiis, quæ etiam sunt de regalibus, *ut in c. super quibusdam de verb. signif.*

Nono, pro hac sententia videtur autoritas Doctorum excellentissimorum Juris videlicet Baldi & Jacobi Alvaroti. Nam dicit Baldus *in usib. feud. tit. de forma fidelitat. c. Dominus.*
quod Domini † terrarū possunt prohibere, 35
nedum suis, sed etiam forensibus venire ad loca sua, allegat L. divus. *ff. de servitut. rustic. prædiorum.* L. heres, *ff. de usufruct. legat.* & L. sicuti. §. *Aristo. si servitus vendic.* quæ jura satis probāt dictum Baldi; qui etiam subdit, quod
postquam † forenses venerunt in territoriū 36
alicu-

alicujus, sunt sicut reliquus populus; & esset contra naturalem æquitatem & bonum publicum, si expellantur. Quæ dicta refert & sequitur Jacobus Alvarotus *in tit. qualit. Jurar. debeant Vasall. fidelitat. c. 1. ad finem.*

Ex quibus dictis relinquitur clarè sententiandum in hoc casu, ut supra. Si enim potest Dominus interdicere terram suam penitus extraneis venturis ad terram, ut volunt Dd. præallegati, multò magis potest per u-
37 nam viam † duntaxat venturis ingressum cōcedere. Cui enim, quod plus est, conceditur, etiam quod minus est, licebit. *L. jurisgentium. §. adeo. ff. de pactis. l. non debet, cui. ff. de regul. Juris. & in reg. c. cui licet. de regul. juris. libr.*
38 *6.* Et validè sumitur in jure † argumentum à minori affirmativè, hoc modo verba conci-
39 piendo: si illud, de quo minus † videtur inesse, inest; Ergo & illud, de quo magis. *c. cum in cunctis. & ibi glossa Joh. Andr. Panormitan.* & Dd. communiter. *de electiōn. c. dispensatio 43. distinct. c. nulla. de concession. præbend. & c. 2. de translatione prælator. auth. multo magis C. de Sacrosanctis Eccles. & in c. per venerabilem, qui filii sunt legitim.* Majus autem videtur, quod Domini terrarum possint extraneis venturis ingressum in suam terram prohibere, quod tamen possunt, ut supra. Ergo & unam viam solummodo pro ingressu in terram suam concedere, & alias vias interdicere. Præterea pro hac sentētia videatur clara decisio Bartol. Cæpoll. *in tractatu servitut. rusticar. sub rubr. præallegata. de servitutibus viæ, in 13. q.* ubi quærit, an via publica possit claudi? Et dicit, quod sic; Si intervenit autoritas Principis, aut civitatis, aut illius, cui administratio Reipublicæ concessa est, & allegat jura ad hoc superius inducta.

Finaliter pro hac sententia inducitur,
40 quod ubicunq; Imperator † temporalē Magistratum, aut Vicariū de tempore ad tempus ad provinciam aliquam mittit, in talem non transeunt regalia, & specialiter Principi reservata; nisi specialiter sint in privilegio expressa. Ex quo talis non constituitur Dominꝰ, & Princeps provinciæ; secus in eo, qui perpetuò constituitur Princeps aut Dominus, ut sunt Reges aut Duces & Comites, & similes. Quia ille ex privilegio investituræ concesso ab Imperatore, vel Papa super gubernatione pleniora & perpetua, consequitur omnes prærogativas reservatas concedenti in materia concessa. Et ideo talis potest legitimare, & rem alterius ex causa auferre. Ita latè & multum solenniter determinat Paulus de Castro loquens de Duce Mediolani *consil. suo 217. incipient. In Christi nomine, Amen. Super primo dubio. propè finem* per rationes & Jura, de quibus per eum, *quod notabile dictum in hac materia, pro quo* Angel. *consil. suo 217. quod incipit, in causa accusationis. ubi dicit*, quod Dux Mediolani habet in suo Ducatu plenitudinem potestatis, & quicquid sibi placet, est Lex.

Et quamvis ex prædictis satis videtur responsum ad motiva, quę pro parte Marchionum sunt in contrarium allegata: tamē breviter, singula tangendo, secundum ordinem singulis sic potest responderi. Inprimis enim videtur, quod cum pro parte Marchionum formanda sit quædam positio, in effectu ista videlicet, quod via prætacta, de qua agitur, à Vectoribus & Mercatoribus longiori tempore, quàm à Jure requiratur, frequentata sit sine legitima prohibitione; & hæc positio in ea, quæ jacet, forma pro parte Ducum N. negetur constanter: pro parte verò Marchionum sit oblata illius probatio, prius & ante omnia ad hanc probationem sint admittendi, quàm definitivè pronunciari debet. Mos enim † gerendus est probare volen- 41
ti *L. circa. ff. de probation. L. cui necessitas. ff. de liberal. caus. L. liberi C. de inofficios. testament.* Ad hoc breviter respondetur, quod contrariū procedit, ubi positio, quæ ad probandum petitur admitti, est relevans; alias non debet quis admitti ad probandum illud, quod probatum non prodest, nec † relevat *per l. ad* 42
probationem. C. de probation. c. cum contingat. de offic. delegat. & ibi glossa notabilis. Et si dicatur, hæc quæstio, an sit dilatio ad probandum danda, vel non, est † emergens; ergo super 43
illa est pronunciandum, priusquam super principali negocio sententia feratur, secundum communem opinionem glossæ *in L. 1.* 4
C. de ordin. judic. & in c. 1. de ordin. cognit. quam etiam utrobiq; sequuntur & approbant Dd. Ad hoc respondetur, quod sufficit tacita † 44
pronunciatio per processum ad ulteriora *c. ex parte M. & quæ ibi notant Dd. de appellat. & per Bart. in L. à procedente C. de dilat. & D. Panormitan. in præallegato c. 1. de ordin. cognit.*

Secundò non obstat, quod pro parte Marchionum allegatur, quod hæc via, de qua est contentio, est publica, per quam † 45
nulli transitus est prohibendus *per cap. fin. 33. q. 5.* ubi ponitur historia de filiis Israel, qui bellum justum gerebant contra Amorrhæos, eo quod iisdem transitum per vias publicas prohibuerunt, & ibi glossa adducit concordantia jura. Unde contra prohibentes seu claudentes vias publicas civibus agere permittitur. Et hoc casu redduntur interdicta diversa agere volentibus tàm prohibitoria, quā restitutoria, ut notat glossa *rubricæ. ff. ne quid in loc. publico. & c.* Ad hoc breviter respondetur, prout pro parte Ducum N. responsum est, apud acta fatendo,

 dictam

dictam viam publicam, cum habeat exitum, vel in aliam viam publicam, vel ad urbem, vel ad mare, vel flumina *L. 1. ff. de loc. & itin. public.* Et ergo non est alicui transitus per eandem prohibendus; scilicet à privato potestatem disponendi de rebus & viis publicis non habente. Secus autem, si fiat prohibitio transitus ab habente administrationem rerum & viarum publicarum, & est Princeps aut alius inferior ex permissu Principis aut legis, per supra dicta, ut in casu nostro facit. Quoniam qualibet facultate
46 libera alicui concessa † exceptum intelligitur, quicquid de Jure prohibetur, per ea, quæ notant Dd. circa definitionem libertatis *in L. libertas ff. de stat. homin. & Instit. de jure person. §. 1. ibi. nisi si quid vi aut jure prohibetur.*

Tertiò non obstat, quod pro parte Marchionum allegatur, quod prohibitio de fa-
47 cto, & sine ordine † judicario facta sit; & ergo illicitè *contra tit. C. ne quis in sua causa jus sibi dicat, in rubro & nigro.* Quia respondetur, prout pro parte Ducum responsum existit, quod cum dicta prohibitio facta sit à potestatem habente, in suo, Principis & Legis autoritate, non dicitur fieri de facto per hominem, sed potius per legem, ut notat glossa *in cap. indultum. de reg. juris libr. 6. ad hoc notata per glossam in l. nullus videtur dolo facere. ff. de regul. juris.* quæ dicit, quod ille, qui utitur Jure suo principaliter, ut sibi prosit, nemini videtur injuriam facere.

Præterea dictus titulus, ne quis in sua causa jus sibi dicat, propriè non habet locum in extrajudicialibus, sed in judiciis, quod probant verba tituli, & etiam servatur. Et hoc voluit ibidem glossa dum *opponit d. l. in re mandata. C. mandati &* remittit pro solutione ad ibidem notata. *Faciunt ad hoc not. per glossam in L. 1. §. Deniq. ff. de aqua quotidiana & æstiva.*

Quartò nec obstat, si dicatur, quod proprietarius, aut Dominus non potest in præ-
48 judicium † usuariæ rei conditionem deteriorem facere. *L. penult. & fin. ff. de usu & habitat. Facit. L. si manifestè. C. de servitut. & aqua.* Sed viæ publicæ sunt in usu omnium populorum. *L. penult. §. fin. ff. de acquir. rer. Domin. L. flumina. in princ. ff. de damn. infect. L. 2. ff. ne quid in loc. public. cum concordantiis.* Ergo non possunt Domini terrarum in præjudicium populorum vias auferre, dare aut alterare. Dicendum enim, quod contraria procedunt in proprietario, aut Domino volente aliquid facere in re usum, vel usumfructum, vel aliam servitutem debente in præjudicium servitutis debitæ, quod hic facere non potest. Ita procedunt contraria: sed ita non est de via publica. Quia licet privatorum usibus deserviat, non tamen † 49
servitutis jure. Ita dicit glossa *L. 2. §. 1. in verb. cujusque. ff. ne quid in loc. public.* Facit, quod dictum est supra, quod jus eundi per viam publicam non competit per viam juris debiti, sed per viam facultatis, *& quæ notat Bart. in L. quo minus. ff. de flum. in. in 15. q. & in L. viam ff. de via publica.*

Quintò non obstat, quod saltem nemini in re sua licet facere aliquid in præjudicium tertii, etiam ex concessione Principis; quod non intelligatur Princeps velle præjudicare Juri tertii, de quo non facit mentionem. Unde etiam concessio † Regalium facta, per 50
principem data intelligitur, cujuslibet jure salvo. *Facit ad hoc L. 2. §. merito & §. si quid à Principe ff. ne quid in loc. public. L. Si quando in princip. C. de inofficios. testament. L. nec avus. C. de emancipat. liber. c. ad aures. cum concordantiis ibi allegatis in gloss. de rescript. c. super eo. de offic. delegat. cum similib. juribus notatis. per Innocent. in c. cum dilecti. de donation.*

Quia igitur in casu isto Marchiones prætendunt interesse ratione salvi conductus, quem se in via prætacta habere asserunt, etiam in ea parte, ubi prohibitio, seu clausura viæ fit; videtur, quod in eorundem injuriam, & damnum fieri non possit. Solutio patet ex supra dictis. Quia non debet quis facere in suo aliquid eo animo, ut alteri noceat, *juribus supra allegatis*; bene autem potest aliquis sibi consulere cum alterius injuria, dum tamen non eo proposito facit, ut alii noceat, sed tantum ut sibi prosit; nec tunc facit injuriam, qui suo † jure 51
utitur, ut dicit glossa *in c. si quis obediat n. q. 3.* Ubi enim est autoritas juris, non potest dici injuria, nec peccatum. *L. Gracchus. C. ad L. Juliam. de adulter. c. qui peccat. 23. q. 4. c. jus dictum. de verb. significat. & notat glossa in reg. c. locupletari de regulis jur. libr. 6. & in L. jure naturæ æquum est. ff. de regul. juris.* Vel dicendum, quod concessio Principis ita debeat intelligi, ut non afferat tertio grave damnum, vel præjudicium enorme; secus si modicum † afferat præjudicium, quia nihilo- 52
minus valet. *Ita notat glossa in c. ad aures de rescript. & glossa in L. rescripta C. de precib. Imperat. offerend. & in reg c. locupletari. & reg. jure naturæ. præallegatis & notat Bart. in L. quo minus ff. de flumin. in u. q.* Vel dicendum est tertiò, quod

53 quod Marchiones non patiantur injuriam † vel damnum, licet non acquirant lucrum; & non est par, eademq; ratio, lucrum non capere, & damnum pati *L. fin. C. de codicill. Ita notat Bart. in præalleg. L. quo minus in 2. q. & in 11. q. in fin. & facit L. 1. §. sicut ff. de aqua pluv. arcend. & quæ ibi notat Bart.* Interesse autem lucri cessantis regulariter non venit in petitionem: nisi in actionibus arbitrariis, ut notat Cynus & Dd. *in L. unica. C. de sent. quæ pro eo, quod interest proferuntur.*

Præterea Marchiones videntur voluisse in suis positionibus viam prætactam spectare ad ipsos propter salvum conductum, quem se habere asserunt, per eandem viam, & quod ab Imperatore illam in suis Regalibus habeant. Quod si verum esset, nullum interesse justum etiam lucri cessantis prætendere possent; cum tunc de jure teneantur viam, de qua est contentio, ser-
54 vare † securam ac tenere, nec possent licitè propterea precium recipere, *per ea, quæ notat Johann. Andr. & post eum. Dn. Panormitan. post Johann. de Lignan. & Dd. in c. 1. de restit. spoliat. & in c. accepimus de privileg.*
55 Illicitè enim & turpiter accipit † pecuniam, qui accipit, ut faciat illud, ad quod de jure alias est obligatus *L. 1. in fin. & l. seq. & ibi not. ff. de condict. ob turpem caus.*

Non tamen hujusmodi videtur positio Marchionum de jure vera, videlicet quod posito, quod habeant salvum conductum in via, de qua ad præsens agitur, quod propterea via sit in dominio eorundem, & quod illam ab Imperatore teneant; tum quia salvus conductus non connumeratur inter Regalia, ut patet *in usib. feudor. tit. quæ sint Regal. per totum*; Tum, quod via † publi- 56
ca inter regalia enumeratur, per quam Domini terrarum de jure communi tenentur salvum conductum præstare, ut notant Dd. *in loco jam statim præallegato.* Imò etiam assumptis armis, ut tenet Bart. *in 1. cons. in 3. volum. & probatur in l. desertorem. §. fin. ff. de re militar*; Tum, quia in Regalibus Ducum N. etiam viæ publicæ exprimantur, ut saltem præsupponitur; Tum, quod in viis publicis sub eorundem Dominiis Duces N. de Jure communi habeant fundatam intentionem, per jura superius alllegata. *Facit cap. quo Jure. 8. dist. & not. Bart. in L. 1. in princ. ff. ne quid in loc. publ.* Concluditur ergo ex omnibus supradictis sententiandum, ut suprà.

CONSILIUM CCCVII.

AN SOCIUS SOCIO TENEATUR DE EVICTIONE.

SUMMARIA.

1. *Evictionis actio cui detur?*
2. *Socius socio non tenetur de evictione.*
3. *Exceptio, tibi non competit actio.*
4. *Non tenetur creditoribus, qui bona recipit ex speciali gratia.*
5. *Notoria injustitia impedit litis ingressum.*
6. *Actor instrumenta, quibus usurus est, edere debet.*
7. *Exceptio dividendarum & ordinis est dilatoria, & impedit quia opponitur ante processum.*
8. *Ex mutuo, quod plures recipiunt, pro parte tantum obligantur.*
9. *Numeratio non constituit plures reos debendi.*
10. *Commodans societatis nomine omnes viriliter obligat, non in solidum singulos.*
11. *Socii tantum pro parte tenentur.*
12. *Exceptio plus petitionis impedit litis ingressum.*
13. *Exceptio veniens contra factum proprium est impediens.*
14. *Correi habentur pro fidejussoribus quatenus ad eos pecunia non pervenit.*
16. *Qui patitur suo nomine contrahere præsumitur præposuisse.*
17. *Exceptiones impedientes debent in continenti probari.*

POST generalia præmissa, item quod mandatum agentis non admittatur, nisi in quantum de jure, arbitor proponendas exceptiones dilatorias aut in vim dilatoriæ, quæ impediant litis ingressum: litem verò negativè deinceps contestari non videtur mihi consultum, ut in fine subjiciam.

1 EXceptio denunciationis † propriè non potest meo judicio hic proponi, cum tantum detur iis, à quibus res evincitur, & quibus alius est obligatus de evictione, quia rem ex contractu non fecit ejus, in quē dominium transferre debebat, ut traditur à Bartholo & Dd. *in l. emptor. C. de eviction. l. qui concubinam. §. si heres. de legat. 2. authent. & consequenter. C. de sentent. c. ult. de empt. & vendit.* Cæterum socius so-
2 cio † non tenetur de evictione, quantum arbitror, nisi respectu rerum divisarum: non vero respectu obligationis personalis, ex qua à creditore conveniuntur non judicio reali vendicationis, in qua propriè locum habet denunciatio ob evictionem; sed actione personali ex mutuo. Quo genere actionis si quis nomine sociorum conveniatur, dari solet exceptio divisionis, cedendarum, & similes fidejussoriæ, non etiam denunciationis *ut in l. 2. cum authent. sequent. C. de duob. reis. &c.*

Exceptio ineptitudinis libelli etiam proponi nequit. (Quanquam potest in genere in qualibet parte litis opponenda reservari.) Quia actum est contra duos reos debendi, sicuti uno libello contra plures agi ita potest. *Bald. in authent. hoc ita. num. 3. Salicet. num. 6. C. de duob. reis.* & actum est ex mutuo, ut appareat medium concludendi & proxima causa obligationis, quam in personalibus exprimi necesse est *Jason & Dd. in §. 1. Instit. de action. gloss. mag. l. 1. de edend. in princ.* Etsi autem scriptura receptæ pecuniæ, in qua libellus fundatur, non exprimit mutuum: tamen hoc vitium est probationis, non libelli; eoque ineptitudinem hujus non arguit.

His ergo omissis aut leviter attactis, puto esse proponendam in vim dilatoriæ, primò
3 exceptionem: tibi nō competit † cōtra hunc actio; aut quod actori jus agendi non competat, quę est privilegiata impediens litis ingressum. *Francus in c. 1. num. 20. 23. limitat. de lit. contest. in 6. per doctrinam Bart. l. cum querebatur. Judic. solvi;* aut non competit actio, quia dicti N. duces societatis nomine contraxerunt, ut præpositi, quorum officium jam pridem est finitum. Constat autem præpositum finito officio, nomine eorum, quæ in præpositione gessit, non teneri, sed eos qui præposuerunt *l. ult. ubi Castrens. & Dd. de institor. action.*

Deinde poterit hæc exceptio muniri alio fundamento in priore exceptione deducto: nempe, quod bona saltem nostrorum Principum fuerint occasione societatis cōfiscata; & ideo contra eos non competat actio, per deducta in priore exceptione, *l. 2. C. de vi public. l. 1. C. Si cert. petat. Faber in §. final. n. 10. Instit. de exceptionib. vers. hæc exceptio impedit. Panormit. in c. ol. in. 2. n. 6. de restit. spoliator. Thom. Grammat. decis. Neapol. 85. Franc. in d. c. 1. n. 24.* &
idē, quod recipiens † speciali gratia aliquid 4
ex bonis, nō teneatur creditoribꝯ *l. si debitor. ubi Salicet. C. de sent. pass.* Ex quo apparet de
notoria † injustitia, contra nostrum N. agen- 5
tis, quæ & ipsa impedit litis ingressum. *Francus in d. c. 1 n. 24. in 38. limitation.*

Secundò etsi competeret: tamen, quia hæc actio fundatur super instrumēto, quod se refert ad aliud, nempe obligationem, qua creditor iste societati N. se obligavit; petenda ejus editio; cum instrumento illi referenti se ad aliud, non credatur, nisi illo edito. *authent. si quis in aliquo. ubi Dd. C. de edend.*
Quare actor ea † instrumenta, quibus usurus 6
est, quorum mentionem in libello facit, edere initio debet *l. 1. §. ultim. de edend;* maximè ad exceptionem reorum fundandā *l. non est novum. cum l. sequent. l. final. C. de edend.* Pertinet autem ad fundandam reorum exceptionem illud instrumentum editum, ut appareat, an non nomine societatis pecunia data, in qua præcipuum exceptionum fundamentum, ut ante ostensum est: tum etiam ut appareat, quo titulo data sit. Nam nullus est in dicta obligatione N. expressus. Designari igitur ex instrumento titulum oportet.

Tertiò rectè proponi potest exceptio † 7
divisionis ex authent. hoc ita. *C. de duob. reis.* & causæ continentiæ ex l. nulli. *ubi Jason. C. de judic.* quarum utraq; per se est impediens litis ingressum. Multo ergo magis simul cōjunctæ impediunt. Exceptio dividendarum quod impediat, patet; quia opponitur ante processum: ideo est dilatoria & impedit, velut exceptio ordinis. Barthol. *num. 6. ubi* dicit communiter ita teneri. *Socinus n. 9. in l. 3. ff. de exception.* Everard. *in loc legal. ab ordine. colum. 2. versic. Et ratio est. &c. ubi* hāc dicit esse veritatem, & communiter glossam cōtrariam reprobari *in d. l. 3.* Et hoc est de mente Saliceti *in d. authent. hoc ita. n. 6.* ubi post litem demum contestatam ait opponi eam, quando nata est post litem. Vult ergo quando prius competit, quod etiam priꝯ possit opponi. Ad idē Hyppolytus *rubric. de fidejussorib. n. 27.* ubi dicit tēpore litis contestatæ peti, ut actio dividatur: & Speculator *tit. de exception. §. dicto. num. 19.* dicit tutius esse, quod exceptio divisionis & novæ constitutionis de duobus reis ante litem contestatam proponatur. Idem *in tit. de renunciat. & conclus. §. finitis. num. 14.* etiamsi post quoque opponi possit. Ad idem Ferrar. *in form. 1. libell. contra plur. reos. debend. verb. beneficio. num. 2.* Etsi autem utraque ex-

ceptio

ceptio ad unum tendere videtur *Hyppolit. de fidejuſſor. num. 34.* tamen notandum eſt, quod ſeparatè & diversè proponi debeant. Exceptio enim authent. hoc ita. intendit, unumquemque tantum pro ſua parte teneri & conveniri poſſe, ex quo aliud non eſt conventum *d. auth. hoc ita. ubi gloſſ. & in authent. unde ſumitur in princ.* Sed exceptio diviſionis competit, ubi plures ſunt in ſolidum obligati. *Speculator d. tit. de renunciat. Hyppolyt. & Dd. locis præallegatis.*

In præſente igitur caſu excipiendum eſt,
quod ex iſto mutuo recipientes tantum pro
8 † parte ſint obligati, & pro quota. *l. ſi non ſin-*
guli. l. ſi in rem communem. C. Si cert. petat. l. re-
os promittendi. §. cum in tabulis. ubi gloſſa ad
verb. adjectum. de duob. reis promittendi. Bar-
thol. l. cum duo. num. 5. ff. de duob. reis. Baldus
optimè *in l. cum te. 9. in princ. C. Si cert. petat.*
Nota, inquit, in textu, *ibi*, quod in dubio præ-
ſumitur pro æqua portione mutuata, niſi
aliud ſit actum *l. vir uxori. §. final. ad SC. Vel-*
lejan. Neque enim conſtituuntur ex nume-
9 ratione † plures rei debendi, niſi hoc ſit a-
ctum. Imo quisque tantum pro rata & in
viriles tenetur & obligatur. *gloſſ. præalleg. loc.*
& in l. eandem. 9. verb. promittendi. ff. de duob.
reis. ubi ad idem Barthol. & in l. 3. eod. tit. ubi
communiter Dd. Quod tam jure veteri
quam novo obtinere teſtatur gloſſa *in au-*
thent. de duob. reis. in princ. verb. ſuſtinere. &
ibi Angel. Ac cum ex mutuo tantum quisque
eatenus teneatur, quatenus numeratum ſit,
nec ultra teneri poſſit; numeratio autem u-
nius pecuniæ in ſolidum omnibus per re-
rum naturam fieri nequeat: ideo prius ſtel-
læ de cœlo caderent, ut loquitur Salicetus
in d. l. ſi non ſinguli. num. 3. priusquam in con-
tractu, qui re contrahitur plures in ſolidum
obligarentur.

Relinquitur ergo in contractu mutui aut alio, qui re contrahitur, non aliter duos vel plures conſtitui reos debendi, niſi hoc expreſsè ſit actum. Tum enim, quando hoc agitur, non re ſed conventione plures rei conſtituuntur. Et hæc eſt vera declaratio ejus quæſtionis, in qua tam ambiguè hærent & pedem figunt Dd. *in d. l. eandem. & in d. l. ſi non ſinguli.* ubi Salicetus *num. 2.* poſt longam diſputationem dicit ſe vereri, quid dicere debeat. Nam hæc eſt veritas, quod in mutuo aut ex reali numeratione non conſtituantur re ipſa rei plures debendi in ſolidum; cum impoſſibile ſit natura ad omnes pecuniam in ſolidum pervenire, ſed tantum hoc fieri conventione, quæ veſtitur rei traditione *l. in traditionibus. de pact.* vel ſtipulatione mutuo adjecta *d. l.* ſi non ſinguli. ubi textus utrumque caſum comprehendit, & de his duobus eſt intelligendus.

Cum ergo in præſenti caſu nulla mentio
in ſcriptura fiat, quod debeant ſinguli in ſo-
lidum eſſe obligati: relinquitur, quod tan-
tum teneantur ad viriles; maximè cum in
rem communem † fœderis pecunia ſit ſump- 10
ta *d. l. ſi in rem. C. ſi cert. petat. cum ibi notat.* nec
alterutres Ducum præpoſitorum habuerit
poteſtatem pro ſe mutuum accipiendi vel
agendi, absque conſenſu reliquorum fœde-
ratorum. Pro quo facit theorica Baldi *in d. l.*
cum te. & *ibidem* Salicetus *num. 1. in 2. notabil.*
Nam tali caſu etiam, qui publicum officium
ſuſtinent, tantum pro rata tenentur; etiamſi
aliàs unusquisque in iis in ſolidum oblige-
tur, ſiquidem ſolus adminiſtrare poſſit ut
diſtinguit Bartholdus *eandem. num. 7. de*
duob. reis. Nec obeſt quod unus vel duo tan-
tum ſunt nominati. Nam hoc fit ideo, ut o-
ſtendatur, eum eosve vel præpoſitos ſocie-
tatem obtinere ac illius nomine gerere, &
contrahere, unde nihilominus pro ratis
partibus ſocietati activè & paſſivè quæritur,
ut per Bartholum eleganter. *in l. ſi ſervus com-*
munis. num. 4. de ſtipulat. ſervor.

Quare jure hic excipitur contra agentem
in ſolidum contra d. duos Duces, quod
plus repetat; quippe cum illi tantum pro
rata teneantur. Unde obtinet, quod dicitur
in l. ſi diviſa. *C. de locat.* diviſa obligatione
alieno nomine alterum pro altero ex con-
tractu conveniri non oportere. Cum, ſiqui-
dem ab initio unusquisque pro parte ſit ob-
ligatus, egredi contractus fidem creditor
non poſſit, ut dicitur in l. exprimere. *C. de*
duob. reis. Id quod etiam de natura eſt cu-
jusq; ſocietatis & communionis ut quisque
tantum † pro rata teneatur. Quæ cum ſint 11
juris notorii & manifeſti, & inde appareat
notoria injuſtitia, hæc quoque exceptio ha-
bet impedire litis ingreſſum. *Francus. in c. 1.*
num. 24. in limi. 38. de lit. conteſt. in 6. Item quod
reipſa plus petatur, quæ exceptio † eſt impe- 12
diens litis ingreſſum; adeo quod non coga-
tur reus proſequi, ſed abſolvi ab inſtantia
debeat cum refuſione expenſarum. *Panor-*
mitan. in c. 1. num. 12. de plus petition.

Nec admittenda hic eſt diſputatio, an authent. hoc ita. corrigat jus vetus in modo non ſolum ſolutionis ſed etiam conſtitutionis. In quo eſt communis concluſio contra gloſſam quod in modo conſtitutionis nihil ſit immutatum, ſed æquè duo rei obligentur hodiè in ſolidum, ſicut olim; licet jure novo habeant beneficium d. authent. hoc ita. ut hanc pro communi ponunt Bartholus *in d. l. 3. num. 1. l. eandem. l. reos. §. cum tabulis. de duob. reis.* Salicetus poſt Baldum

in d. authen. hoc ita num. 2. ubi dicit hanc esse veritatem & ita se communem habere opinionem, & Ferrar. *in form. libell. contra plures reos verb. quilibet. num. 2. ubi* dicit veriorem & communiorem, quod in dubio etiam hodiè duo rei in solidum intelligantur obligari. Nam hoc verum præsupposito, quod duo rei sint, id quod actum aliunde apparere debet. Hic autem tale cum nihil actum sit, nec sint duo rei, sequitur prædictam theoricam huc nihil facere.

Nam in præsente casu etsi duo Duces velut correi soli sunt positi in obligatione: tamen creditor, qui mutuavit in instrumento expressè professus est, se non illis, sed toti societati eam pecuniam mutuo dare. Ergo ejus confessioni standum *l. Publia. §. final. deposit. Dd. in l. veteribus. de pact.* Et sufficit de hoc ejus animo constare; imò sufficeret, si tantum vel verisimiliter scivisset ad alios perventuram pecuniam, quam ad in instrumento nominatos, ut per Salicetum *in authent. hoc ita. num. 7. in 10. quæstion. C. de duob. reis. cum ibi notat.*

13 Quare cum ita in solidum agendo veniat creditor aut ejus heres contra † factum proprium, ut qui toti societati mutuaverit: dicendum est, & hanc exceptionem litis ingressum impedire. *Philipp. Franc. d. c. 1. num. 21. in 28. limitat. per notat. Bald. in l. post mortem. de adopt.*

Sed ponendo, quod essent in solidum obligati & rei debendi dicti duo Duces: (quod non est) tamen primò haberent beneficium authent. hoc ita. ut petere possent divisionem fieri, & alios præsentes in Imperio correos convenire, *per d. authent. hoc ita. & in authent. eod. in princ.* Nam etsi correi non habent beneficium *authent. præsente. C. de fidejuss.* ut possint absentes facere citari, *gloss. verb. absentes. in authent. de duob. reis Baldus & Salicetus & Dd. in d. authent. hoc ita. Ferrar. præallegat. loc*: tamen quando correi alii sunt præsentes, petere possunt, ut divisio fiat. *d. authent. hoc ita.* Etsi autem præsentiam interpretatur Bartholus, quando sunt in eadem civitate, non in eodem territorio *l. in duobus. §. ubi. num. 16. de duob. reis.* tamen hoc accipiendum, quando sunt diversi fori, & alii non æque commodè ibi possunt conveniri: quia acerbum esset creditorem mittere aliò. At hic isti sunt omnes unius fori, & causa coram Cæserea Majestate, aut ejus Commissario ventilatur, ut hic illud obtinere nequeat. Et si obtineret: tamen, cum omnes sunt ejusdem territorii, & huic foro Imperatoris subjecti, non posset alter aut unus conveniri, quam excussis aliorum bonis. *ut Barth. præallegat. loc.* Vel potius satis dici potest, omnes esse præsentes, cum sint omnes hujus fori Cæsareæ Majestatis, ubi dicti Duces conveniuntur, ut absque difficultate exceptio d. authent. locum habere debeat. Præsumuntur autem solvendo, quia fuerunt semel. Deinde Principes sunt & civitates Imperii, quæ habent fiscum; & ideo semper præsumitur idem *l. 1. §. si ad fiscum. Ut legat. nomin. caveat.*

Præterea notandum & illud est, tales plures correos, quatenus ad eos pecunia non pervenit, haberi † pro fidejussoribus. *gloss. ad verb. si quis. per illum text. in auth. de duob. reis. l. reos. de duob. reis. & in l. vir uxori. §. final. in gloss. magna ad SC. Vellejan.* Quare super prædictas competit hic exceptio authent. præsente. & alia remedia locum habent, quæ dantur fidejussoribus Bart. in terminis *in authent. hoc ita. num. 7.* quæ & ipsa sunt dilatoria, ac impediunt litis ingressum. Etsi autem Bartholus dicat respectu creditoris non haberi correos pro fidejussoribus, nisi duobus casibus: scilicet, quando id expressè conventum, vel quando color quæsitus est *Barthol. in d. l. reos. in princip. per l. sed Julianus. §. 1. ad SC. Macedon. cum similib.* tamen hoc hic non obest. Quia quando creditor scivit ad alios perventuram pecuniam, & tantum unum vel duos instrumento curat inseri, intelligitur color esse quæsitus; & ideo in instrumento nominati, quatenus ad eos pecunia non pervenit, fidejussores intelliguntur, & habent beneficia fidejussorum *Barthol. in l. in duobus. §. ubi duo rei. num. 15. ff. de duobus reis. Salicetus d. authen. hoc ita. num. 7. cum ibi allegat.* Cum itaque hic creditor non modo sciverit pecuniam perventuram ad usus totius fœderis & communis societatis: sed expressum etiam professus sit se d. Ducibus & toti societati sic mutuo dare; aliter dici nequit, quam colorem quæsitum esse in instrumento, ubi duo tantum præpositi nominantur, velut obligati, & proinde eos fidejussorum beneficiis rectè uti posse per doctrinam Bartholi & Baldi prætactam.

Cum igitur omnes de societate hæc causa contingat, ab omnibus debet approbari *l. ult. C. de authorit. præstand.* & omnes ad eam citandi sunt *l. de unoquoque. de re judicat*; præsertim ne causæ continentia dividatur *l. nulli. C. de judic. Mynsing. observat. 4. cent. 1.* quæ & ipsa exceptio impedit litis ingressum, eoque ante litem contestatam opponi potest & debet, ut per multa Jason *in d. l. nulli. num. 5. & 6. C. de judic.* Causæ autem continentia cum

cum variis modis ſumitur, tum etiam ratione pluralitatis perſonarum, quæ omnes de una obligatione coram eodem Judice conveniri debent, *Jas. in d. l. nulli num. 33.*

Nec vero præmiſsis obſtat, quod d. Duces habuerunt reſtrictum mandatum non ſumendi mutui absq; conſenſu confæderatorum. Nam hoc pro illis, non contra illos facit, ut ante dictum eſt. Nec poteſt dici, eos mandati fines eſſe egreſſos, cum confæderati affuerint & ſuo nomine hanc pecuniam accipi paſsi ſint, *l. qui patitur. mandat.*
16 Nam qui patitur præſens † alium ſuo nomine cõtrahere, etiamſi illum non præpoſuerit nec mandatum dederit, (quod tamen hic intervenit:) præſumitur tamen mandaſſe & conſenſiſſe peræque, atque ſi præpoſuiſſet *Bald. in rubric. C. de conſtitut. pecun. num. 10. Jaſon. in l. inſtitorem. num. 2. Si cert petat.* Dato etiam, quod non probetur pecunia in rem ejus verſa, *Bald. in l. cum te in Gallia nu. 2. C. Si cert. petat.* Bonus textus *in l. 1. & 2. Cod. de inſtitor. action.* argumento à ſpeciali ſumto juncta l. ſi quis mancipiis, *§. final. & §. ſi impubes. ff. eod. tit.* Multo ergo magis hoc caſu dicendum eſt: cum conſtet d. Duces expreſsim à ſocietate fuiſſe præpoſitos, nec illos pro ſe hæc & alia, ſed præſentibus ſocietatis capitibus & legatis geſsiſſe ac ratificaſſe Quanquã hoc caſu ſatis probatur in rem ſocietatis verſa pecunia, ubi non probatur cõtrarium; quandoquidem ex creditoris ipſius confeſsione & ſcriptura, quæ eſt probata probatio ac non probanda, conſtat, quod ſocietati mutuo dederit & datum voluerit; in totius quoq; ſocietatis rem videtur verſa pecunia, quæ in communem rem aſſumpta eſt, *l. vir uxori. §. final. ff. ad SC. Vellian. ubi gloſſa ult.*

Et in deductione quidem harum exceptionum cum omne jus reorum proponatur, non puto neceſſarium eſſe litem conteſtari; imo expectaverim potius ſententiam ſuper iſtis dilatoriis, quæ omne jus continent. Et ſane periculoſum eſſet litem conteſtari. Quia negari abſque calumnia non poteſt intentio; & etiamſi negarentur narrata prout narrantur: tamen probaretur facile per inſtrumentum Principum ſigillatum. Ideo vellem nos uſque ad ſententiam manere in terminis juris & diſputare de exceptionibus ſupra propoſitis quæ omnes ſunt juris. Ejuſmodi autem quę ſunt, non opus habent probatione, ut aliæ, *l. in exceptionibus. de probat.* Nam quæ ſunt juris, probatione non egent, *Bald. in addit. ad Speculatorem. de teſte. §. nunc videndum.* cum ſint notoria, *Caſtrens. num. 3. & 4. in l. unic. C. ut quæ deſunt advocat.* ut hic contra haſce exceptiones non poſsit replicari, quod altiorem indaginem requirant, quemadmodum aliàs ſic elidi poſſunt *Barthol. in l. ult. num. 3. ff. pro ſuo & idem late in l. nam poſtea. 11. in princ. num. 3. 5. 8. 9. de jurejurand. Philipp. Franc. in cap. 1. num. 8 & 20. de lit. conteſtat. lib. 6. Bald. & Dd. in l. ult. Cod. de edict. Divi Hadrian. tollend.*

CONSILIUM CCCVIII.
DE SPOLIATIONE B.

SUMMARIA.

1. *Quamdiu locus eſt appellationi ordinariæ, non admittenda ſupplicatio, quæ eſt extraordinaria, & num. 25.*
2. *Quamdiu gravamen durat, poteſt appellari, & num. 8. 6. & 13.*
3. *Dominus poteſt pro ſervo appellare, qui ejus intuitu incarcertus eſt.*
4. *A mulcta poteſt appellari, non à pœna legis.*
5. *A quolibet gravamine poteſt appellari. Item à qualibet injuria verbi vel facti; etiam fienda & inſtanti. Maximè ſi non expectetur definitiva, vel antequam res ſit in judicium deducta.*
6. *Appellatio fit ab inſtante gravamine non præterito.*
7. *A negligentia judicis poteſt provocari etiam poſt decendium & denegata juſtitia.*
9. *In dubio appellationi deferendum.*
10. *Quando ab indebito gravamine appellatur, tota cauſa ad ſuperiorem devoluitur.*
11. *Supplicatio rectè jungitur appellationi, quando dubitatur, utrum huic deferendum.*
12. *In appellationibus ſervatur jus civile, nec poteſt appellari ante ſententiam, niſi tribus caſibus.*
13. *An poſt decendium poſsit à decreto appellari?*
14. *Nullitas per modum appellationis proponi poteſt.*
15. *Permittitur ſuperiori mulctam imponere ſubdito.*
16. *Appellatio gradatim facienda, niſi denegetur juſtitia; quo caſu poteſt ad Cameram appellari, vel potius ſupplicari, & n. 24.*
17. *Ex ſeparatis nihil infertur.*
18. *An propter denegatam juſtitiam poſsit appellari?*
19. *Tardare proceſſum non eſt denegare juſtitiam; ideo tum per querelam adiri ſuperior debet.*
20. *Domino Denegante facere juſtitiam Vaſallo aditur ſuperior.*

21. *Post ternam requisitionem justitiæ amittitur jurisdictio & num. 25.*
22. *Supplicatur ubi non appellatur etiam post decendium non gradatim, sed statim ad summum Principem; maximè quando judex justitiam facere denegat.*
23. *Possunt alii judices peti tardante judice etiam ordinario.*
24. *Suspectus est Dominus ob ministros & contra.*
25. *Potentia justa recusandi judicis ut suspecti causa.*
26. *Eximitur jurisdictioni is, cui justitia denegatur.*
27. *An renunciatione tollatur appellatio vel supplicatio?*
28. *An juramento?*
29. *Spoliatus à judice restituendus.*
30. *Judex quando officium excedit, habetur pro privato.*
31. *Justa causa non præsumitur in principe vel judice spoliante.*
32. *Jussum magistratus quatenus à pœnis excuset?*
33. *A pœnis latæ culpæ injusta causa non excusat.*
34. *Non puniens spolium videtur ratificasse.*
35. *Interdictum unde vi non datur in Dominum feudi.*
36. *Emphyteuta potest suam injuriam contra Dominum famosa actione persequi.*
37. *Querela spolii ex Canone Redintegranda contra Dominum datur.*
38. *Turbatio propriè non est delictum.*
39. *Licet Dominis suos turbatores turbare nec cadunt in pœnam fractæ pacis.*
40. *Qualibet causa excusat à dolo & pœna fractæ pacis, quæ est capitalis.*
41. *An civile judicium cum criminali possit intentari?*
42. *Potest cumulari possessorium retinendæ & recuperandæ ut quatenus spoliatum eatetenus restituatur.*
43. *Bona ab omni servitutis onere immunia præsumuntur.*
44. *Potest quis suum jus defendere contra Dominum.*
45. *Ostendens titulum in possessione præfertur, ut & antiquiorem probans.*
46. *Interruptio probari multis modis potest.*
47. *Vasallus ex quibus causis feudo privari possit?*
48. *Quomodo ob justitiam denegatam feudo privari possit?*
49. *Causæ amittendi feudi sunt arbitrariæ, nec hodie practicantur.*
50. *An Dominus hodie feudo privari possit?*

CASUS.

FRIDERICUS M. non modo turbatus in sua quieta possessione utilis dominii, juris pignorandi suaque bona ab alienis pasculationibus defendendi; verum etiam vi & de facto à communitate S. & aliis à Capitulo B. submissis in domo sua, item dejectione sepimentorum variè spoliatus est. Quia autem à Capitulo B. utriusque partis Domino feudi adeò non potest jus suum obtinere, ut idem mandatum invadendi, turbandi & spoliandi dedisse perhibeatur, & ex suo corpore nonnullos illis violentis factis adhibuerit, proque cognitione causæ mulctam hoc nomine à dicto M. nunc exigere instituat, nec aliter, quàm eâ solutâ audire eum velit; ut qui frustra cum apud ipsum capitulum, tũ apud Episcopum B. ut superiorem, pro juridica & legitima causæ hujus cognitione solicitavit; potiusque vim, quam antè expertus est Judicis expectare, quã æqui aliquid bonique ab ejusmodi Judicibus suspectis & in bona sua inhiantibus, causæque adversariorum conjunctis sperare cogatur: ideo quatuor quæstiones sequentes in consultationem juris proponit.

Quæstio. I.

Quandoquidem ab his feudi Dominis, qui pars quodammodo sunt, nullam legitimam causæ cognitionem impetrare potest, quo remedio, quave via ad obtinendum jus suum pervenire queat?

Quæstio. II.

Via juris ad aliquem idoneum modum aperta, qua actione, quos convenire hoc nomine debeat & possit?

Quæstio. III.

Quis ejusmodi actionis & judicii finis atque exitus sperandus sit, quasve in judicando partes judicis esse conveniat?

IV. Quæstio.

An Capitulum, ut Dominus feudi ob denegatam justitiam & factam aut ratificatam violentiam jus directi dominii suum amiserit?

CHRI-

CHRISTI DOMINI nostri numine ac nomine in auxilium suppliciter invocato.

QUÆSTIONIS Primæ Rationis dubitandi.

Quod ad primam quæstionem attinet, videbatur hic præstò & in promptu maximè esse appellationis remedium, quod est ordinarium, *Panormitan. in cap. ex literis. num. 4. de in integr. restitut. Marant. parte judic. 6. cap. de appellat.*
1 *num. 13.* Cui quamdiu locus † esse potest, non admittenda est via supplicationis, quæ est extraordinaria, *l. ult. ubi gloss. & Dd. Cod. ut lit. contest. Panorm. in d. cap. ex literis num. 4. per cap. constitutus. eod. tit. & alia quæ allegat. Marant. præallegato loco:* cum sit quædam species restitutionis. *Jason. in l. semper. n. 2. C. de precibus. Imperat. offerend. cui locus* non est, quamdiu quis communi & ordinario jure tutus esse potest, *l. in causæ. 17. in princ. de minor. cum similibus.*

Appellationi autem hic locum esse, tàm ex jure communi, quàm Ordinationibus Imperii probari potest. Nam primò constat, ministrum custodem dicti M. qui pro antiqua consuetudine pasculātes in Domini sui fundo pignoravit, & pignora domum abduxit, in carcerē esse projectū. Est a. certi juris, ab incarceratione appellari posse, nō modò in tradecēdiū à tēpore factæ incarce-
2 rationis, sed etiā semper, quādiu † illud gravamē durat, *Bald. in l. 2. n. 7. C. de Episcopal. audient.* ex doctrina Speculatoris, *in tit. de appellat. §. restat. num. 4. 5. 6. Guido Papæ. decis. 237. Judex. & decis. 75. sed circa. Francisc. Marc. decis. 916. num. 4.* Et cum hæc incarceratio facta sit ad turbandum jus Domini, ac quasi ille jus illud pignorandi non habeat, & hoc injustè per ministrum suum fecerit: non dubium est, quin ipse pro suo interesse ap-
3 pellare posit; cum injuria † ipsi potissimū sit facta & ad eum maximè pertineat. *Bonus* textus in clement. 1. verb. servientes quoq; & vasallos & domesticos eorundem suspendunt interdicunt &c. Et *paulò post*: appellationibus, quas prædicti exempti ob prædicta gravamina rationabiliter interponunt, minimè deferentes &c. *de excess. Prælat.* ubi Zabarell. *in 13. notab. num. 48.* notat, quod injuria, quæ fit meo domestico occasione mei, dicatur mihi fieri, per doctrinam Bartholi, *in l. de pupillo.* §. *si quis ipse num. 10. de oper. nov. nunciat. & num. 49 in 4. opposit.* Et aperte decidit Zabarella, quando domesticus vel subditus gravatur, intuitu ejus, cujus est domesticus vel subditus, quod tunc Dominus, velut de injuria sibi facta, posit à Prælato appellare, &c. cum ibi per eum allegatis.

Secundò, mulcta dicto M. absque ulla causæ cognitione; imo ante causæ cognitionem est imposita. Certi autem juris est,
etiam à † mulcta appellari posse, *l. in mulctis* 4
25. Cod. de appellat. ubi gloss. & Dd. l. si qua pœna. antepenult. de verbor. significat. quemadmodum & à quolibet præcepto. *Panormitan. in cap. pervenit. num. 4. 10. 11. de appellat. Speculator. de appellat. §. restat. num. 5. & 6. Mathesil. singul. 39. num. 7.* Imò, quamvis à pœna Legis non posit appellari *d. l. si qua pœna. cap. quia nos. de appellation. gloss. l. super his. verb. arbitrium de accusat.* tamen benè à declaratione pœnæ, quod Judex aliquem in pœnam incurrisse declarat, *gloss. in cap. cupientes. 16. §. quod si per viginti. verb. privatis. de election. in 6. Alexand. in addit. Barthol. in ult. addit. d. l. si qua pœna. Panormitan. in cap. pervenit. num. 4. cum sequent. de appellat. Felinus. in cap. cum non ab homine. in fin. de judic. Romanus singul. 216. incip. à pœna legis. nu. 1. cum ibi allegatis.*

Tertiò denegata est ipsi audientia, causæ cognitio & justitia, tàm à Capitulo quàm ab Episcopo. Negari autem nequit, quin
à gravamine † denegatæ justitiæ provocari 5
posit, *d. clement. 1. in verb. judicibus inhibent ut justitiam faciant. cap. ex conquestione verb. negata restitutione. de restitut. spoliator. ubi gloss. ad verb. ante. in verb. cum nihil proficeret, appellavit. Mynsinger. observat. 24. centur. 2.* cum à quolibet beneficio juris per Judicem denegato rectè instituatur appellatio *l. 1. Cod. de in integr. restitut. l. si quis provocatione. Cod. de appellation. l. ait Prætor. §. permittitur. de minoribus. l. 1. §. si quis tutor. quando appelland. & c. l. tutores qui post §. tutor datus. de administ. tutor. Speculator. de appellat §. in quibus num. 30. Panormitan. in cap. sollicitudinem. num. 1. & 20. de appellation.* Item à denegato officio Judicis implorato, *l. 1. num. 10. versic. sed advertendum. de jurisdict. omn. judic.* Et denique à qualibet injuria verbi vel facti potest appellari, etiam jure civili, *l. si quis provocatione. 30. ubi Baldus, Salicetus & Dd. Cod. de apellation.* velut à quolibet gravamine, non modo facto; sed etiam fiendo & futuro, seu instanti. *Speculator. de appellat. §. restat. num. 5. & 6. Panormitan. n. 4. &* communiter. *Dd. in cap. ut debitus. de appellat. Decius consil. 214. num. 2. Angel. consil. 110. num.*

num. 1. Guido Papæ. decis 585. maximè, si non expectetur alia sententia definitiva, *Speculator præallegato loco. Panormitan. in d. c. pervenit. num. 10. 11. Bald. num. 4. cum multis sequent. in l. 2. Cod. de Episcop. audient. Guido Papæ decis. 75. sed circa. per tot.* Item quando necdum res in judicium est deducta, ut rectè distinguit Speculator *tit. de appellat. extra. num. 10.*
6 Appellatio enim † extra judicium propriè fit, *inquit*, ab instante seu futuro gravamine, & non præterito, *ut c. consuluit. c. cũ dilectus. c. cõstitut. 9. c. bonæ memoriæ. de appellat.* In judiciis vero non nisi à præterito seu illato gravamine appellatur, *cap. ut debit. c. dilecto. c. inter cætera. eodem.* Sed & in judicio licet ante gravamen illatum regulariter appellari non potest: tamen quando est gravamen comminatum; vel quia apparet parti de intentione Judicis, quod velit eam gravare potest appellari etiam jure civili: siquidem tale sit, quod non potest reparari, *Bald. in d. l. si quis provocatione. C. de Appellatio. ubi* addit, quod est valde notandum, tali casu Judicem ad quem, non modo cognoscere super injuria, sed super tota causa præsenti. Sequitur Salicetus *ibidem num. 2. 3.*

7 Quartò, quia à † negligentia judicis, qui non vult aut differt jus dicere & causam cognoscere (prout hic factum est) potest ad principem provocari, *textus est in §. super hoc versic. si vero aliquis. in authent. de quæstore l. ult. §. illud C. de temporalibus appellation. Bald. num. 8. Jas. num. 4. in l. supplicare. 2. C. ut lit. pendent & idem Bald. in l. ult. §. illud. num. 3. C. de tempor. appellat.* Nec enim intra decendium his casibus appellari, sed etiam postea potest; siquidem Judex quid præcepit aut gravavit sine causæ cognitione, prout hic factum est, *cap. 2. ubi Panormitan. post Innocent. num. 13. de in integr. restitut. Decius in cap. cessante col. 5. de appellat.* aut si comminatus fuerit gravamen vel præceperit, cujus executio indies sit reformidanda: quamdiu enim non revocat tale gravamen, tamdiu provocari semper potest. *Speculator. de appellat. §. restat. num. 5. cum ibi per eum allegatis.*

Et his consentiunt Ordinationes Cameræ *in 2. parte cap 26.* quæ permittunt in causa denegatæ justitiæ ad Cameram Judicii querelam deferre quæ etiamsi se aliter haberent,
9 tamen in dubio appellationi † nihilominus esset deferendum, *d. cap. ut debitus. de appellation. Alex. and. consil. 80. num. 7. vol. 7. Decius consil. 28. num. 8. & consil. 356. in causa. num. 1. 2. consil. 524. num. 11. Romanus, consil. 50. ut declarationem. num. 2.* Nam quoties in jure vel facto dubitari potest, an ei deferri debeat; toties ea est admittenda, *Innocent. in c. pastoralis. num. 4. de offic. delegat. Speculator. de appellat. §. nunc dicamus. num. 2. versic. in dubio deferat.* quam communem testatur Franciscus Turzanus, *in commun. opin. 31. incip. appellationi. ex doctrina collecta in c. ut debitus. de appellation. Chilianus in practic. c. 114. n. 1. & 2.*

Ex quibus omnibus videtur concludendum, ut initio est ostensum, ordinarium & maximè expeditum hic fore remedium, si per beneficium appellationis tota hæc causa ab istis inferioribus Judicibus ad Cameram devolvatur. Nam quando † ab ejusmodi indebitis gravaminibus provocatur, 10
tunc totam causam principalem ad superiorem ad quem, devolvi receptum est, *Bald. in d. l. si quis provocatione. in fin. & ibidem Salicetus n. 2. & 3. C. de appellation.*

DECISIO.

HÆC etsi rectè & firmiter dicuntur: tamen ego magis senserim, ut omisso appellationis beneficio per viam supplicationis querelæ ad Cameram res deferatur: aut saltem ut appellationi † supplica- 11
tionis remedium adjungatur. Id quod fieri posse, quando probabiliter dubitatur, an appellatio locum habeat & subsistere possit, probat textus in cap. ex literis, *ubi hoc* Panormitanus notat. *num. 3.* de in integr. restitut. Nam appellationi simpliciter & separatim intentatæ primum hic obstabit, quod
in † appellationibus hodiè servetur jus ci- 12
vile non canonicum; nec ante sententiam, multò minus à gravaminibus extra judicialibus appellari possit, nisi in casibus exceptis. *Guido Papæ decis. 75. Sed circa.* quod etiam in Camera, Imperiali servari attestatur Mynsinger. *observat. 43. centur. 4.* An autem hic simus in casibus exceptis, quos recensent Baldus *in l. 2. num. 4. cum sequent. C. de Episcop. audient. Bartholus in l. 2. de appell. ut. recipiend.* Speculator *de compar. in ter. §. 3.* Salicetus & Dd. *in l. ante. C. de appellation. recip. Guido Papæ præallegat. decis. 75.* controverti poterit? maxime ex eo, quod hoc Capitulum B. immediatè Cameræ non sit subjectum; quo casu appellationes à gravaminibus extrajudicialibus non solent recipi, ut testatur, Mynsinger. *d. observ. 43.*

Secundò, præscribi ei poterit ex lapsu decendii, intra quod est appellandum *authent. hodie. C. de appellation.* Jam enim pridem dictus incarceratus carcere liberatus est; & multum temporis abest, ex quo præceptum illud de solvenda mulcta est factum & audiẽtia denegata, ut excipere appellatus possit, imputandum ei esse, cur intra debitum tempus non appellarit, sicut à negligentia

gentia Judicis vel recuſatione juſtitiæ ap-
pellari debet, nec poſtea primum, *Baldus in*
cap. per tuas. num. 2. & 3. de teſtibus. quemad-
modum & à quolibet gravamine, *Alexand.*
conſil. 123. num. 8. volum. 4. quod vim habet
interlocutoriæ. *Speculator. de appellation.* §.
reſtat. num. 4. Guido Papæ decis. 614. Alvis ſin-
gul. 206.

Etſi autem præceptum ſine cauſæ cogni-
tione factum non tranſeat in rem judica-
tam; quia videlicet eſt nullum, ut hanc ra-
tionem allegat Panormitanus, *in d. cap. 2. n.*
13. de in integr. reſtitut. tamen non expedita
eſt doctrina Decii *in d. cap. ceſſante.* quod ſci-
13 licet poſſit † poſt decendium hac caſu ap-
pellari; cum obſtet regula juris communis
præſcribens appellationi decendium, *d. au-*
thent. hodie. & in auth. de appellat. & intra quæ
tempor. §. *1.* Item ratio ſuperior, quod
videlicet tale decretum ſit nullum. Ex
quo ſequitur, non poſſe ex eo quod nullum
eſt, appellari, *tot. tit. C. quand. provocar. non*
eſt neceſſe. & ff. ſentent. ſine appellat. & c. l. ex
conſenſu. 23. §. *1. l. ſi exceptione. 19. ubi Dd. de ap-*
pellationibus. Et quamvis alias alternativè
14 etiam † nullitas per modum appellationis
poteſt proponi: dico, eſſe ſententiam nul-
lam & ſi qua eſt, appello, *cap. conſtitutus. 8. de*
in integr. reſtitut. Barthol. & Dd. in d. l. ſi ex-
preſſim. idem Barthol. & Dd. in l. qui teſtamen-
to. §. *idem quæro. num. 7. de excuſat. tutor.*
Ferrar. in form. appellat. à ſentent. definit. verb.
in quantum ſit aliqua. num. 3. tamen poſt de-
cendium idem recipi contra definitum tē-
pus non poteſt; aut certe controverti hoc
probabiliter poteſt. Ut interim taceam,
dictum Capitulum obtenturum eſſe, cau-
ſæ cognitionem hic interveniſſe; & in du-
bio pro Judice eſſe præſumendum. *Juri-*
15 *bus vulgatis.* Item, permiſſum Superiori †
ex nobili officio abſque ſtrepitu & figura ju-
dicii pro ratione delicti mulctam impone-
re ſubdito, *Barthol. num. 9. Caſtrenſis num. 6.*
Alexand. num. 6. & communiter Dd. *in l. unic.*
Si quis jus dicent. non obtemper.

Deinde appellatio, etſi jure Canonico
quandoq; omiſſo medio ad ſupremū Prin-
cipem fieri poteſt: tamen jure civili, quod
hodie ſervari diximus, nō ad Principem fie-
16 ri debet, ſed gradatim † eſt facienda, *l. 1.* §. *ſi*
quis. l. Imperatores. 21. de appellat. c. dilecti. 66. ext.
eod. Alexan. conſil. 95. n. 11. volum. 2. & conſil. 12. n.
3. & 4. volum. 6. Quod etiam in Camera ſer-
vari, nec recipi appellationes ab iis, qui non
immediate ſubjacent, oſtendit ordinatio
Cameræ *part. 2. c. 20. Mynſing. obſervat. 67. cent. 1.*
& 43. cent. 4. Itaq; cum Capitulum B. unde
appellandum hic eſſet, non Imperio ſed im-
mediatè Epiſcopo ſubjectum ſit, ad eum hic
appellatio inſtitui deberet; nec poſſet eo
prætextu, quod ipſe quoque denegaverit
juſtitiam, ad Cameram appellari. Quia il-
lud tantum fuit extrajudiciale factum ſepa-
ratum ab appellatione, quæ nunquam ad
illum fuit facta, nec ab eo unquam repudia-
ta aut non admiſſa. Unde ex † ſeparatis ni- 17
hil infertur, *l. final. D. de Calumn. l. Papinianus*
exuli 20. de Minoribus Everhard. in Topicis Legal.
loc. 6. à ſeparatis per totum. Etſi autē receptum
eſt, ob ſuſpicionem, & quia liti Judex conjū-
ctus aut alia juſta cauſa eſt, puta denegatæ
juſtitiæ; omiſſo medio poſſe ad Camerā ap-
pellari Mynſing. *obſerv. 67. cent. 1.* per doctri-
nam Panormitani & aliorum, *in c. dilecti. de*
appellat. tamen hic eæ cauſæ eſſent proban-
dæ, & ex his ſolis, quæ in appellatione ut ab
interlocutoria ſeu extrajudiciali gravami-
ne inſtituta, nominatim exprimi ſolēt eſſet
appellatio juſtificanda. *Mynſing. obſervat. 15.*
centur. 3. Diſputari etiam poſſet, an per hoc
cauſa principalis eò devolveretur; quæ o-
mnia, quantum habeāt incōmodi, apparet.

Eſt etiam ſatis diſputabile, an propter de-
negatam † juſtitiam poſſit appellari, ut ap- 18
paret ex apoſtila Barbat. Bald. *in d. l. final.* §.
illud. n. 3. C. de temporalibus. appellat. Jaſon. c.
cum apoſtill. in d. l. 2. num. 4. C. ſi contra jus vel
utilitat. publ. Nam quando ex denegatione
juſtitiæ ſequitur gravamen facti, & perver-
titur ordo juris; tunc videtur id poſſe amit-
ti, *c. conqueſtione. de reſtitut. ſpoliat.* ut rectè
Barbat. interpretatur ad Bald. *in d. l. final.* §.
illud num. 3. ad verb. & tarditatem C. de tempo-
rib. appellat. Secus verò, quando Judex † 19
negligit facere juſtitiam, nec audit partem,
aut operam dat cauſæ cognoſcendę; & ſic
nullum manifeſtum perverſi juris ordinis
gravamen extat. Tunc enim videtur eſſe
verius & receptius, ut jure, maximè civili,
quippe ante judicium inceptum & nullo
dum gravamine adhuc extante, non debeat
appellari: ſed potius per viam querelæ cau-
ſa ad Principem ſit deferenda, *textus in d. l.*
final. §. *illud C. de temp. appellat. ubi Baldus, nu.*
3. non dicit appellari ſed potius contrarium
notat hiſcè diſertè verbis: Nota, *inquit*, dum
dicit, tarditatem judicis in querelam dedu-
ci, quod à tarditate Judicis appellari nō pot-
eſt: ſed debet adiri Superior per ſimplicem
querelā. Quia differre propriè nō eſt grava-
re, *l. quoniā C. de inofficios. teſtament.* Ad idem
Baldus in l. ſed etſi, *in princ. verſic. in textu; a-*
lioqui ſi judex. allegans ad hoc *l. ult. C. de fruct.*
& lit. expens. Cynus in l. in criminalibus n. 2. C. de
juriſdict. quo textus *in* §. *1. & per totum.* in au-
thent. ut different. *judic.* & §. ſi tibi. In authēt.
de mādat. Princip. & in d. §. ſuper. *verb. ad nos*
denunciare. In authent. de Queſtore. Contrà
tamen Mynſingerus, quod poſſit appellari,
obſervat. 24. centur. 2.

Et

Et idem est in feudalibus, ut quando Dominus † denegat vasallo facere justitiam, possit adire superiorem, *Jacobin de S. Georg. in tract. feudal. verb. dictiq. vasalli n. 24. per cap. 1. Si de invest. inter vasall. & domin. lis oriatur*, Et idem propemodum innuere videtur Cameræ Ordinatio præallegato loco, dum ob denegatam vel extractam justitiam non dicit appellari, sed causam posse ad Cameram afferri, illis verbis: **Macht vnd Gewalt haben sol die Sache am Cammergericht anzubringen/** &c. quod magis sonat in modum querelæ & simplicis denunciationis, quam appellationis, & in dubio constat ejusmodi ordinationes secundum jus commune interpretandas. Ac aperte testatur Mynsingerus, *observat. 57. centur. 3.* non posse ad Cameram appellari ob denegatam justitiam, nisi penitus ea denegata sit post ternam † requisitionem, post quam judex jurisdictionem amittit per doctrinam Dd. *in authēt. statuimus. C. de Episcop. & cleric.* & alia, quæ allegat. Quibus ex omnibus concludendum videtur non utilissimum fore hic appellationis remedium: Sed potius esse, ut per medium querelæ, tota hæc res ad Cameram Imperii deferatur.

21

Ea autem querelandi ratio, præterquam quod civilioribus verbis contra Dominum feudi poterit proponi, etiam hoc habet

22 commodi, quod detur † tum quoq;, quando locus esse nequit appellationi, *l. si quis. cum authent. sequent. ubi Dd. C. de precibus Imperat. offerend. l. 1. C. de sentent. præfect. Prætor. Marant. part. judic. 6. cap. de appellat. num. 13.* quod non est circumscripta tempore decendii, sed ad duos annos fieri posit, ut excludi nequeat, *d. l. 1. C. de sentent. Præfect. Prætor. Jason. in d. l. si quis. num. 4. Speculat. de supplicat. §. 1. n. 2.*

Deinde quod non opus est, ut ad immediatè superiorem fiat sed statim ad summū Principem & Cameram Imperii fieri possit, *d. l. 1. in verb.* nostro numini supplicandi tribuatur potestas, *C. de sentent. Præfect. Prætor. l. ult. §. illud. Cod. de tempor. appellat. §. super hoc. in authent. de quæstore. & tot. tit. ut different. judic. §. si tibi. de mandat. Princip.* Speculator *præallegato loco. num. 2. vers.* Si autem non supplicaverit intra decem dies, habebit biennum ad supplicandum Principi, & non inferioribus supplicatur, *tot. tit. C. de precibus Imperat. (non inferiori) offerend. cum similibus.* Maximè in casu nostro, quando Judex officium petenti parti denegat & justitiam illi facere cessat, *Azo. num. 2. & Dd. in l. 1. C. ut lit. pendent. per §. super hoc. In authent. de quæstoribus. & in authent. in med. lit. &c.*

Hic tamen etiam atque etiam considerandum est, quod licet ter quaterve requisita sit justitia à Capitulo B. tamen hoc non sufficiat ad devolvendam causam ad Cameram; cum Episcopus ejus immediatè superior eodem modo, hoc est, ter requiri debuerit, (quanquam contra disputari posset, unicam requisitionem sufficere ex Zabarel. *in clem. 1. de privileg. n. 50.*) antequam ad Cameram causa devolvi possit, *Ord. Cameræ. parte 2. cap. 26.* Nam ante tertiam requisitionem Judex non perdit jurisdictionem, *authent. statuimus. ubi Baldus hoc notat. num. 2. & Dd. C. de Episcop. & cleric. Mynsinger. observat. 57. centur. 3.* eoque antequam ter requisitus sit, non recipit Camera causæ cognitionem sed tantum potest adiri, ut cogat inferiorem ad justitiam administrandam, *Mynsinger. præallegato. loco per §. 1. in authent. ut differ. judic. & c. 2. de except. in 6. cum aliis quæ allegat.* Quod consonum est Ordinationi Cameræ *d. cap. 26.* quæ hoc casu tantum promotoriales literas ab obtinendam ab inferiore justitiam indulget. Quare in præsente cum Episcopus semel tantum pro justitia fuerat requisitus, videtur nondum satis subesse causæ, ad rem totam in judicium cognitionemque Cameræ traducendam. Verum enimvero sciendum est, quod cum Judex † 23
ordinarius tardat facere justitiam, per rescriptū à Principe impetrari possit, ut alios judices seu commissarios ordinet, *Jason. in l. supplicare. num. 4. Cod. ut lit. pendent cum ibi allegatis.* Item, quod posit Judex etiam ordinarius peti removeri, ut suspectus; aut ut ei alii non suspecti adjungantur, *Jason. post alios in l. apertissimi. num. 4. Cod. de judic. cum ibi allegat.* Suspectus † autem est, qui est ad- 24
versarii Dominus, *gloss. in cap. causam quæ. 17. ad verb. dominus. de off. delegat.* puta Episcopus. *Specul. de judic. suspect. §. superest. num. 7.* Etsi autem hic Episcopus non tantum est Dominus dicti Capituli, sed etiam agnatus, quo casu suspicio cessat ratione paris affectionis, *gloss. verb. consanguineus. in c. postremo. 36. de appellat. Speculat. præallegat. loco. per cap. cum illorum de sentent. excommunicat.* tamen id suspicionem hoc casu non tollit. Quia dictum Capitulum in magna authoritate &
† potentia est apud Episcopū, quod ipsum 25
pro justa recusandi judicis, ut suspecti causa sufficit, *l. unic. C. si quacunq. prædit. potest. l. 1. in fin. Cod. de alienat. mutand. judic. caus. fact. Bald. in l. unic. num. 5. C. si Rect. provinc.* Item, quia Episcopus ante hac in causa requisitus declaravit, non posse nec velle se placitum & decretum Capituli impedire; quæ ipsa declaratio eum suspectum facit, & justam recusandi causam suppeditat, *Jason. in d. l. apertissimi. num. 8. in 10. causa. C. de judic.* Item, quod quando Dominus detrectat, † facere 26
justitiam vasallo, hic soleat jurisdictioni ejus

ejusd. eximi, & ipsi vasallo à Superiore ipsius Domini jus sit dicendum, *Bald. n. 3* & communiter Dd. *in auth. statuimus. C. de sacrosanct. Eccles. Jacobin. de S. Georg. in tract. feud. verb. Marchio. §. quæritur etiam. num. 1. & 2. 3. Curtius tract. feudal. parte 6. quæst. 1. Boerius decis. 304. num. 7.* qui addit, super hoc officium Superioris implorari posse.

Cum itaque non modo ter quaterve requisitum sit Capitulum ad faciendam justitiam, eamque denegavit; & Episcopus semel requisitus suum apparere, ut loquitur Jason *præallegato loco*, declararit, neque etiam justitiam facere voluerit; verum etiam utrinque inveniantur causæ d. ab H. aliquo modo ex supradictis conjuncti, videtur supplicari posse, ut ad Cameram causæ cognitio traducatur, quemadmodum & omisso medio ob eandem causam appellationes in Camera recipiuntur, quæ alias recipi non possent, *Mynsing. observat. 67. centur. 1.* Deinde alternativè potest peti, ut saltem propter apertam negligentiam & suspiciones non injustas aliis Iudicibus causa cognoscenda mandetur, aut saltem alii Commissarii prædictis ordinariis adjungantur, *Alexand. consil. 183. viso num. 4. volum. 2.* Postremo tandem, si hoc obtineri nequeat, ut vel compulsoriales decernatur, quibus dictum Capitulum aut saltem Episcopus ad jus dicendum causamq; cognoscendam compellantur. Et impetrari aliquam ex his viam satis erit. Nam ut maximè causa redeat ad dictũ Capitulum vel Episcopum : tamen nisi pareant compulsorialibus, præstò est beneficium Ordinationis Cameræ *d. art. 26. parte 2.* aut si injuriam faciant, injustevè vel malitiosè procedant, appellari potest.

27 Neq; obstat, quod hic supplicans † promisit, nusquam alibi de his bonis litigare, quàm coram dicto Capitulo, ut Domino feudi, vel ejus delegato. Nam hoc tantum intelligi oportet de primæ instantiæ cognitione; nec per hoc sublatum esse aut tolli potuisse à judice inferiore beneficium appellationis vel supplicationis, & casum denegatæ justitiæ & suspicionum, velut partem defensionis naturalis exceptum semper esse, apertissimum est *c. ex conquestione. 10. §. quia. verb. post appellationem & ibi Dd. de*
28 *restit. spoliator.* Nam etiamsi † juratum sit, statum iri judicio Ecclesiæ : tamen si pars gravetur, appellare potest *c. ad hæc 20. de appellat. c. quæstioni c. ut debitus ubi Dd. eod. tit.* Ac ne Princeps quidem, nedum inferior recusationem suspecti Iudicis, aut alias justas causas tollere potest; cum sint unius naturæ *Laudensis tract. de Princip. num. 36. Panormitan. in c. ad hæc num. 8. de rescript. Geminian. in c. judex in fin. de offic. delegat. lib. 6.* Imo etiam, cum renunciatum est reliquis remediis, semper locus manet tamen justæ supplicationi: item notorio vel justo gravamini *gloss. in d. c. ex conquestione. verb. post appellationem. de restitut. spoliat. Alexand. consil. 77. num. 12. & consil. 106. num. 26. 27. 28. volum. 3. Phil. Decius consil. 49. Præstantissime. num. 3.*

Poterant autem in hac supplicatione omnia jura supplicantis, item omnia gravamina narrari plenè ac deduci; puta possessionis ab antiquo obtentæ & nunc turbatæ, factæ spoliationis, captivati ministri, etiam fractæ salvæ guardiæ, denegatæ justitiæ, & quod etiam pars sint dicti Iudices, ac suspecti causæque conjuncti. Capitulum quidem, quia allegatur justisse hanc vim, quia præjudicia magna fecit apparere suum de hac causa, ab executione incepit, mulctam sine causæ cognitione imposuit, causæ cognitionem suscipere justam noluit, justitiam denegavit aut facere tardavit, insuper per suos commissarios sepimenta supplicantis distrinxit. Episcopus autem, quod is justitiam quoq; denegavit, quod declararit, se nolle impedire dicti Capituli acta, & decreta, quod apud ipsum maxima in potentia & authoritate sit Capitulum &c. Ex quibus omnibus ita deductis verisimile est, quod totã causam ad se Camera sit traductura, aut saltem Commissariis non suspectis delegatura; deniq; ita consultura supplicanti, ut ad jus suum pervenire posset. Et hæc ad primæ quæstionis dilucidationem sufficiant.

QVÆSTIO II.

PRogrediendo ad alteram, de qua tamen rectius impetrato rescripto poterit judicari, ponderans singulas actiones, quarum in quæstione consilii mẽtio facta est, & collatione facta, quænam inter has potissimum institui conveniat, exequamur. Ac primum possessorii judicii actio factæ & spoliationis ac turbationis, impeditæque oppignorationis non debet eò minus placere, quod virtute Ordinationum Cameræ coram competente & inferiore Iudice sit peragenda; quasi Camera tantum de his cognoscat inter eos, qui immediatè sunt imperio subjecti. Nam jam ante dictum est, fore, ut tota hæc causa ad Cameram & ad alios Commissarios devolvatur, quia Judices primæ instantiæ competentes hic pars sunt, suspecti, causæ conjuncti & justitiam denegarunt &c. Ac cum necesse sit, ante actionis institutionem præsupponi alios judices datos, frustra hic iterum hæc petitio principii opponitur & inculcatur.

Secunda difficultas, quę objicitur, nempe jussum Judicis excusare à dolo &c. hic non est consideranda. A pœnis enim illud interdictum potest excusare; non etiam, quin alteri jus suum sit tribuendum, & quin indebitè spoliatus vel turbatus et-
29 iam authore † Judice, citra causæ cognitionem sit restituendus, *c. conquerente. ubi Panormitanus & Dd. de restitut. spoliator. Anchoranus consil. 48. ad prædicta. num. 4. & consil. 292. videretur. num. 2. Romanus consil. 258. circa num. 1. Decius consil. 366. num. 13. Schurff. consil. 6. cum nulliter. num. 8. centur. 3. per l. 1. & 2. C. Si per vim vel alio modo l. meminerint C. unde vi. cum aliis per eos allegatis.* Nam authoritas Judicis non excusat à violentia. Anchoranus, *d. consil. 48. num. 4.* per doctrinam Barthol. *& Dd. in l. justè. ubi Jason. num. 7. cum sequent. de acquirend. possession.* Et quod dicitur, spoliatum à Judice non restitui, quia pro Judice præsumitur, *cap. in præsentia. de renunciat. Jason. in d. l. justè. num. 30. de acquirend possession.* hoc tamen intelligitur, quando judicialiter, servato juris ordine, cognita causa & per sententiam possessionem ademit, non aliter, *Imola. in d. c. conquerente. in fin. Schurff. d. consil. 6. num. 8. Decius in l. non videntur. 127. §. qui jussu. num. 3. & 4. & in l. factum. 31. num. 1. 2. de regul. jur. & in c. consultationibus. in 4. notab. de offic. delegat. & consil. 191. in causa. n. 2. consil. 200. in casu. num. 5. & consil. 125. Felin. in*
30 *c. dilectus. de rescript.* Nam quando † Iudex officium excedit, habetur pro privato *Decius in d. l. factum. in princ. per gloss. in d. l. non videntur. § qui jussu.* & dicitur ut privatus procedere, quando procedit absque causæ cognitione, *Decius in d. l. factum. num. 1. & Cagnolus. num. 1. 2. 3.* per doctrinam Zabarell. *in clement. 1. §. final. in fin. de celebrat. miss. Panormitan. Decius & Dd. in c. si quando. de offic. delegat. & idem Decius consil. 151. maxime.*

Itaque est præsumptio contra Iudicem, qui non debito ordine & absq; causæ cognitione processit, *Barthol. in l. item si suspectus per illum textum. de procurat. Jason. n. 60. Purpurat. num. 547. in l. 1. de offic. ejus cui mandat. jurisdict. Alciat. latè in tractat. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. num. 27.* ac ipse probare justas causas debet, quare de facto processerit, *Anchoran. consil. 277. num. 8. Angel. consil. 107. in fin. Decius consil. 576. pro resolutione in fin.*
31 Imo ne † pro Principe quidem ejusmodi in casu præsumitur, quod justè procedat, *Felinus in 5. conclus. & Dd. in c. quæ Ecclesiarum de constitut. Alciatus d. tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8. n. 3. 4. & 5.* ubi hanc dicit esse communem, & traditur *in c. 1. de probation. c. venit. de judic.*

Cum itaq; utrumq; possessorium detur non ad pœnam sed juris sui recuperandi tuendiq; causa, seu ut loquitur JC. rei familiaris tuendæ causa, *l. 2. §. interdicta. 1. ibi juris. de interdict.* liquet, hic eam theoricam nihil obstare. Unde JC. inquit *in l. 1. §. dejecisse. versic. quoties. ff. de vi armat.* eum ab interdicto unde vi non esse excusatum, qui jussu alicuius deiecit, non magis, quàm si jussu alicu-
jus occidit. Nec enim excusat jussum † Ma- 32
gistratus præsertim invalidum & absq; ordine ac cognitione decretum, ut per multa probat Jason. *in d. l. justè. num. 12. 14. 24.* ubi hanc dicit esse communem. *de acquirend. possess. Decius in d. l. non videntur. §. qui jussus n. 5.* Nam etsi injustum jussum vel decretum aliàs excusare parentem potest: non tamen, quando interpositum est ordine juris non servato; quia est nullum, ut rectè Socinus, *in regul. 202. fallent. 1. cum ibi allegatis,* maximè cum agitur de injuria non facta personæ, sed de actu illato in re, turbando vel ingrediendo possessionem alienam, ut idem declarat *in d. l. justè. num. 30. cum ibi allegatis.* Nam ejusmodi delicta ut & alias regulariter puniuntur, non modo, quando dolo commissa sunt: sed etiam, quando culpa lata, Jason. *ibidem. num. 25. per l. eum qui ædes. de incend. ruin. &c.* Cæterum à pœnis † latæ culpæ, 33
præsertim legalibus ejusmodi injusta causa non excusat *Jason. ibidem. num. 31. & 32. cum ibi per eum allegatis.* præsertim si esset ab adversa parte jussum sic procuratum. *Cagnolus. in d. l. non videntur §. qui jussu n. 4. per l. & qui data. ff. ex quibus caus. major. cum aliis per eum allegatis.*

Hactenus igitur nihil proficeret talis exceptio. Imò Magistratus vel Superior, qui mandasset vel ratum habuisset, etiam de vi teneretur, & ejusmodi actio in genere eum quoque comprehenderet, *d. l. 1. §. sed etsi. §. dejecisse eum. ff. de vi & vi armat.* Nam is damnum dat qui jubet dare, *l. is damnum. 129. de regul. Juris. d. l. 1. §. dejecisse. de vi armat.* atq; ideò ea non obstante victoria obtineretur juxta intentionem agentis, qui non tam quærit pœnam, quam juris sui conservationem & rei familiaris restitutionem.

Quod contrà allegatur, difficile esse instituere contra Communitatem hæc interdicta, cum probandum sit, tractatum deliberatumvè & communicato consilio totius universitatis hoc factum esse; ad hoc respōderi potest, quod his interdictis non solum teneatur faciens, sed etiam mandans aut ratificans, *d. l. 1. §. dejecisse. de vi armat. cum similibus.* Hic autem vel mandatum Universitatis probari poterit, vel ratificatio saltem tacita,
quæ probatur eo, quod Universitas non † 34
curavit puniri vel emendari vim factam, ut multis firmat Mynsingerus *observat. 79. centur. 4.* per doctrinam Jasonis *& Dd. in l. civitas si cert. petat. Panormitan. & Felinus in cap. dilectus. 2. de Simon.*

Et

Et ad evitandam omnem difficultatem, posset institui actio contra eos, qui turbarunt nominatim, & in genere adversus omnes, qui mandassent vel ratum habuissent aut habent. Nec multum actoris interest, contra quos agat aut qui compareant; cum non ab illis exigat pœnam, sed persequatur magis juris sui conservationem & damnorum restitutionem, quæ æquè ab illis spoliatoribus atque turbatoribus obtineri possunt, atque à communitate S. vel Capitulum. Imo tantò commodius, quo minor his ut privatis, quam Domino feudi reverentia defertur: quoque minus potentia & authoritate sunt formidabiles. Quod si vero universitas aut Capitulum defendere illos turbatores & spoliatores volunt, tunc non minus eos tenebit actio; præsertim sic attentata, quam ipsos spoliatores.

Etsi autem quæstionis est, an interdictum
36 † unde vi in Dominum feudi detur: in quo communis est opinio, non dari, *in cap. 1. §. si vero vasallus. de milit. vasall. qui contum. per l. 1. §. interdictum. ff. de vi & vi arm. l. 2. §. licet. de obseq. lib. præstand. Bald. in cap. 1. §. final. num. 11. de probib. feud. alienat. per Federic.* licet in secreto juris contraria sententia sit verior, ut testantur Jacobin. de S. Georg. *in tract. feud. verb. & dicti vasalli in rebus num. 7. & 8.* Molineus *in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 1. Gloss. 4. num. 40. & 41.* tamen in præsente de eo minus est laborandum. Nam primum non videtur hoc esse verum feudum, sed magis emphyteuticum; cum non sit nobile nec nobili infeudatum, neque heredibus maribus; Sed datum ignobili, & quidem personaliter non etiam heredibus. (quod inique factum videri potest, cum prædium sit à parente emptum & devolutum) Deinde non tam observitia personalia, quàm ob annuũ censum &c. quæ omnia à feudo vero exorbitant, ut videatur hic tantum Emphyteusis quædam Ecclesiastica esse concessa. Constat autem, eam theoricam de non intentãda famosa actione erga Dominum feudi nõ usquequaq; obtinere in Emphyteuticariis & aliis à natura veri feudi exorbitantibus; maximè si sibi injuriam factam persequantur, *l. 1. & 2. ubi Gloss. verb. patronos. Bartbol. Odofred. Rebuff.* & communiter scribentes. *C. in quib. caus. colon. libr. 11.* Nam & vasallum suam injuriam contra Dominum non modo civiliter, sed & criminaliter persequi posse, indubitati juris est, *Gloss. ad verb. perdit* & cõmuniter Dd. *in c. 1. §. item si delator. Quæ fuit prima caus. benef. amitt. per l. qui eum. §. si patris. de bon. libert. Curt. in tract feudal. parte 4. num. 62. Zasius in epitom. feudal. parte 10. n. 48.*

Et ut maximè verum esset, interdictum unde vi non dari contra dominum: tamen querela spolii ex canone † redintegranda 37
(quod remedium ut locupletissimum intentari hic oporteret) proculdubio datur, *Alvarot. in c. 1. §. si vasallus. num. 3. & 4. de milit. vasall. qui contumax est ibidem Andr. de Isern. num. 6. & 7. Bald. num. 3. Matth. de Afflict. num. 70. Jacob. de S. Georg. in d. tract. feudal. ad verb. & dicti vasalli, pro dictis rebus. num. 7. & 8. Molineus in consuetud. Paris. §. 1. gloss. 4. num. 40. 41.* & multo magis interdictum uti possidetis, vi seu querela turbationis, *Bald. in l. 1. C. commun. de manumiss. Bartbol. & Alexand. l. 1. §. 1. uti possid.* cum hæc levioris delicti sit accusatio quam spoliationis, *Dynus in c. qui ad agendum. num. 4. de regul. jur. in 6.* Imo turbatio † propriè non est delictum: cum non 38
sit factum consummatum, sed inchoatum, *Bald. post gloss. in l. final. num. 4. Cod. finium regundor.* ut nuper admodum practicatum etiam est & definitum in utraque ejusmodi actione possessorii recuperandæ & retinendę à Comitibus M. contra Electorem N. intentata.

Quod autem postremò subjectum est hanc actionem impediri ex eo, quoniam Capitulum non immediatè Imperio sed Episcopo est subjectum: solvitur per prætacta; cum præsupponamus ad supplicationem, de qua in prima quæstione tractatum est, rescriptum ejusmodi concessum iri, quo totius hujus causæ cognitio ad Cameram vel alios certè Judices, aut cum minimum ad justum & legitimum judicii ordinem & non suspectum devolvatur.

Porro quod ad actionem fractæ pacis attinet, omnino sentio, eam non rectè posse intentari; non modò, quia criminalis tota & pœnalis, & in ea dolus probandus est, & quidem verus & omnimodo probandus, *Mynsing. observat. 8. centur. 3.* sed etiam, quia dubium valde fuerit, an in ea possit obtineri, cum difficulter probari poterit, fractã fuisse pacem; propterea, quod ab adversa parte objicietur, non sine & consilio frangendę pacis publicæ, sed magis juris sui conservandi causa omnia esse facta, sicut quotidie à Comitibus & terrarum † Dominis, præser- 39
tim contra inferiorem fieri solet. Licet enim iis etiam militari manu & turbando suos turbatores, jurisdictionem suam aliaq; jura defendere, *Bald. in l. quemadmodum. 21. §. Magistratus. in princ. ad L. Aquil. Panormitan. n. 4. & 10. in c. cum olim de restitut. spoliator. Jason. in l. quo minus. n. 100. de flumin. Chassaneus in consuetud. Burgund. tit. de justic. §. 5. n. 85. 87. & §. 7. in princ. num. 15.* Quod autem licet, hoc nullam mereri pœnam potest, *l. 4. C. ad L. Jul. de adulter*

ter. cum ibi notatis. Cagnol. in l. nemo potest 194. num. 1. de regul. jur. Multo minus in crimen fractę pacis publicę incidere potest id, quod privati juris causa tuendi factum sit. Non enim perhiberi potest vim fecisse is qui jure suo se putat agere, *l. 3. § sed et si. Quod vi aut clam. cum similibus.*

Dato etiam, quod hic non omnia juris tuendi causa exactè facta essent: tamen cũ hic totum judicium sit pœnale & in dolum conceptum, eò quælibet causa etiam inju-
40 sta † & fatua ab ejusmodi judicii pœna excusaret *l. igitur. de liberal. caus. gloss. magn. in fine. & Dd. in l. ultim. in fine. Si quis 19 dicent. Jas. post Dd in l. justè n. 31. de acquirend. possession.* Nam etsi, quãdo pœna pecuniaria pro delicto imponatur, tunc in dubio non requiritur dolus sed sufficit lata culpa, *Jas. d. l. justè n. 25. de acquirend. possession.* secus tamen est in criminalibus, quãdo pœna corporalis sequi potest. Ibi enim dolus requiritur, *l. in lege. ad L. Cornel. de Sicar. cum simil.* Et proinde hic quælibet causa, etiam injusta à dolo & pœna doli excusat *Jason. in d. l. justè. num. 2. in 2. limitat.* Cum autem fractæ Pacis delictum sit Publicum & capitale, & ideo dolo tantum committatur, *c. 1. §. 1. & tot. tit. cum ibi not. de pac. tenend.* prout etiam Ordinationes Imperii disertè dolum tantum notant: facile intelligi potest, difficilem fore hujus judicii persecutionem.

Pręterea, ut maximè actor hic obtinere posset: ex ejusmodi tamen accusationis institutione parum juvaretur, quando illius judicii pœna, ut criminis publici, fisco esset applicanda. Et ut maximè parti applicaretur: non tamen per hoc jus proprietatis & possessionis, quod quærit actor, illi hac ratione conservaretur. Etsi autem unà cum
41 criminali judicio † etiam civile posset incidenter intentari, *l. si de vi. de judic. Barthol. & Dd. in l. interdum. de public. judic. & in l. 2. §. 1. de vi. bonor. rapt. Marant. in Specul. judic. parte 4. dist. 1. num. 33.* tamen hoc multas habet cautiones; & certè violentia ista utroque modo civiliter & criminaliter in judicium deducta possessorium esset vacuandum, *d. l. si de vi. de judic. cum similibus.* Atque ita semper necesse esset primùm de possessorio disputari: ut omnibus rectè collatis non videatur actori consulendum, ut tam atrocem fractæ pacis accusationem contra Dominos, præsertim feudi, & eorum adhærentes proponat.

Ex iisdem etiam rationibus non satis placet citari Senatum E. & Capitulum B. ad videndum, eos condemnari in pœna fractæ salvæguardiæ.

Nam primum periculosum erit, talem actionem criminalem ut & superiorem contra Dominum feudi instituere.

Secundò, salvaguardia tantum imponit pœnam, nec ulterius procedit actus contrarios annullando. Ut igitur maximè pœnam actor obtinere posset: non tamen juri illius satis consuleretur; cum disputari posset, an actus contrà facti propterea essent retractandi, per ea quę notat Jason. *num. 18. cum sequent. in l. non dubium. Cod. de legibus. cum similibus.*

Tertiò valde dubitandum esset, an obtinere agens hac actione posset. Nam salvaguardia tantum loquitur de conservatione personæ & rerum agentis. At hic contra excipietur, non esse ea violenta, sed se contra ipsius turbationem suum jus pascendi, &c. manu militari conservasse. Et habet hic Capitulum B. pro se literas investituræ & confessiones actoris, unde patet, proprietatem horum bonorum dicti Capituli esse. Ex quo inferetur, non aliena violasse, sed in suo jus dixisse & servandi juris sui causa quid fecisse in re sua, cujus sit moderator & arbiter &c. *l. in re mandata 21. C. mandati.*

Quartò, in controversiam adduci posset, cum illa salvaguardia tantum loquatur de bonis corporalibus agentis; (Habe und Güter) & in pœnalibus maximè contra tertium strictè sit interpretanda, an etiam complectatur jura incorporalia pascendi &c. de quibus hic controvertitur, per ea, quæ traduntur à Jasone & Dd. *in l. à Divo Pio. §. in venditione. de re judicat. Barthol. l. quam Tuberonis. de pecul. cum similibus.*

Quintò, ut illa rectè dilui possent & facilem admitterent (ut sane admittunt) responsionem: tamen sicuti quamlibet causam etiam fatuam & injustam à pœnis fractæ pacis excusare diximus; ita & idem valiturum esse ad amolitionem pœnarum violatæ salvæguardiæ dubitari non potest.

Sextò ad consequendam intentionem agentis etiam hic necesse esset cumulari querelam spoliationis & restitutionis; quæ an cum illo pœnali judicio conjungi possit, quæstionis foret: & si posset, tamen possessorium primo loco esset expediendum, atq; ita ad hoc primò semper iri necesse erit. Ut omnibus perpensis existimarim, commodissimum fore, si ante omnia possessorium † utrumque, de quo primò cognosci, quęcunq; actio intentetur, opus est, quodq; non 42
tam exactas requirit probationes, itẽ minus prejudiciale & magis summarium est, & minore cũ periculo cõtra Dominũ feudi datur ac

ac tuitionem juris persequitur, aliasq; multas habet oportunitates contra spoliatores & turbatores horumque mandatores, & qui ratum habent vel habere volunt, secundum illa quæ supra dicta sunt, intentetur. In quam petitionem etiam vis facta ministro, impositio mulctæ hoc nomine absque causæ cognitione decreta, denique summa omnium querimoniarum una cum jure actoris poterit deduci, petique ut quatenus spoliatio facta est eatenus fiat restitutio; quatenus turbatio, eatenus desistatur, & cautio de non amplius molestando præstetur, *juxta c. ult. verb. sufficiente cautione cap. ex transmissa ubi gloss. & Dd. de restitut. Spoliat. l. unic. ubi Barthol. & Dd. Cod. uti possidet.* Nam hac petendi forma utrumque judicium recte potest cumulari; præsertim ubi dubium est, utrum spoliatio potius an turbatio facta sit ut per Anchoran. *consil. 248. ad prædicta num. 4.* Parisius, *consil. 126. nullitas. num. 7. volum. 4. Decision. Neapolit. 156. pro parte num. 2.* per doctrinam Bald. *in l. si proprietate. num. 15. Cod. Si à non compet. Judic.* Panormitan. *in ca. veniens. num. 3. & 29. de præscript.* Felinus *in cap. licet Heli. in 10. limitat. de simon.* Jason, *in l. naturaliter. § nihil commune. nu. 154. de acquirend. possession.*

QUÆSTIO III.

EJusmodi igitur constituta & instituta actione de victoria certa spes concipi, atque ita tertiæ quæstionis nodus cõsequenter facile explicari posset. Nam primùm petitio agentis esset fundata ex jure communi & titulo emptionis, unde constat & præsumitur, hæc bona à patre actoris justissimo titulo empta ac acquisita, ab eodem legitimo successionis jure ad ipsum actorem filium pervenisse, ac horum bonorum ipsum esse dominum saltem utilem & justum possessorem, *l. sive possidetis. cum ibi notatis. C. de probation.*

Hinc autem & alia præsumptio juris sequitur, nempe, quod hæc ipsius bona sunt
43 ab † omni servitutis onere ac pascendi jure immunia & libera juxta l. altius, *Cod. de servitut* ubi glossa *ad verb. prohibetur,* Baldus & Dd. *Jason. in l. si prius. num. 40. de oper. nov. nunciat. Schurff. consil. 69. in princip. centur. 1.* Quod potuit & possit jus suum defendere, nedum contra extraneum: sed etiam con-
44 tra † dominum directum, *l. 1. 2. & tot. tit. Si ager vectigal. & de loc. publ. fruend.* etiam præcludendo animantes, & pignorando eos qui damnum suis pascuis & fundis darent; cum pascuari in alieno sit prohibitum, *c. si l. ferit. ubi* Panormitan. *n. 1. de injur. & damn. dat. c. 1. in fin. de pac. tenend.* Et quamvis hę pręclusiones jure civili non usquequaq; conceduntur, *l. quamvis. 40. ad L. Aquil. Barthol. in l. hoc amplius. § 1 num. 3. de damn. infect.* tamen conceduntur, licet non animo celandi, *gloss. in d. l. quamvis 40. verb. includit.* attamen ad hoc, ut sciatur quisnam sit earum Dominus, & ut cum eo agi posset, *Bald. in l. 2. num. 2. & 3. de serv. fugitiv. Speculat. de actor. num. 29.* Deinde & Ordinationibus Imperii moribus ac notoria consuetudine, quæ pro lege est, ejusmodi pignorationes in usu sunt & permittuntur. Ac hic tale jus semper dicto agenti & ejus prædecessoribus competiisse & fuisse usurpatum, patet ex testibus anteexaminatis. Qui cum fuerint producti in lite vertente inter patrem dicti actoris & communitatem S. liquet, quod acta hæc probēt inter easdem personas & eorū successores, qui personā illarū repræsentant per notata Jasonis & Dd. *in l. 2. C. de edend. cum similibus.*

Etsi autem in judicio possessorio non anxiè disputare de titulo est necesse: tamen cum hic haberi possit & statim demonstrari,
non dubium est, quin hæc probatio † tituli 45
& utilis dominii (supra præsumptionem juris, quod res sit libera) justificatura multum sit interesse possessorii, ut secundum agentem omnino debeat pronunciari, nisi contrarium ostendatur, *Barthol. in l. 3. n. 4. ff. uti possidet. & in l. si de vi. ubi Dd. de judic. l. unic. C. uti possid. Ferrar. in form. libell. turbat. possess. verb. ad cessandum. n. 4. & 5.*

Deinde ad justificandam possessionem dicti actoris faciunt prædicta acta, testes, testimonia & alia producta, ex quibus constat plane, actorē hoc jus pignorandi & jura sua defendendi, si non præscripsisse, (quoniam primus testis de usu pignoris ante 30. annos loquitur, cui ut de actu sui officii deponenti meritò creditur) at saltem longo tempore possedisse. Et eodē facit, quod ex testimoniis constet, ibi semper eo fine tentum fuisse custodem (einen Flurschützen) qui hoc jus defenderet tueretur & usurparet. Item sepimenta aggeres & alia munimenta eo fine constructa antiquitus, ut dicta prædia & fūdi ab ejusmodi incursibus alienarum pecudum defenderentur; quæque jam recenter de facto & vi, ac citra causæ cognitionem per dicti Capituli ministros fuerunt dissipata & disjuncta.

Ex quibus omnibus simul & extractis cognitionibus & aliis documentis transmissis liquidò poterit probari, dictū actorem ultra quàm, quod præsumptionē juris pro se habet, etiam antiquiorem suæ libertatis obtinere possessionem; id quod ad victoriā sufficit, *c. licet. de probation. Barthol. in l. 1. §. quod ait. Prætor. n. 14. 18. ff. uti possidet. Ferrar. in form. libell.*

verb. hodiè tenet. num. 2.3. 4. Nam licet jure civili in interdictis debeat probare actor, se tempore litis contestatæ possedisse, *§. seu interdicto versic. quorum Instit. de interdict.* tamen cum remedia Canonum sint locupletiora, quæ potissimum nunc intentantur, & quibus hic quoq; utendum est; ideo sufficit ad victoriam in utroq; judicio tam recuperandæ quam retinendæ, antiquiorem possessionem probare: unde sequens adversæ partis usucapio & possessio præsumitur esse injusta & violenta. Ita est communis, *in d. l. licet.* Baldi *in l. penult. in fin. Si à non compet. judic.* Francisci Balbi *in repet. l. Celsus in princ. & num. 48. de usucap. Alexand. consil. 6. circa n. 5. vol. 3. & consil. 103. super. num. 1. vol. 7. Matth. de Afflict. Decis. Neapolit. 327. fint bene. num. 2. Cornaeus consil. 35. circa num. 17. & consil. 18. visa. num. 3. vol. 1. Henning. Goden consil. feudal. 13. quidam. n. 7. & 8.*

Neque sanè hac de re tantopere laborandum est; cum habeat juris præsumptionem pro se dictus actor, quod res sua sit à iure pascendi libera, & jus suum utilis dominii tueri possit, nedum contra extraneos, sed etiam ipsum Dominum directum, *d. l. 1. & 2. in §. 1. Si ager vectigal.* ut ante dictum est. Quare donec a contraria parte probetur servitus, non est anxiè de ejus probationibus, an sufficiant, disputandum; & hac in re non vilis adversæ partis documentis supervacuum fuerit multam operam nunc quidem ponere. Ac sanè non proderit adversæ parti, si per testes dicant, (ut quidam deposuerunt) se nescire, vel non vidisse oppignorationem; cum credatur plus duobus affirmantibus, quam mille negantibus. *Juribus vulgatis.* Item si dicant, alios ibi esse pasculatos; cum illud non sufficiat ad inducendum in alieno jus servitutis. Imo ostendi debeat præscientia & patientia Domini, quæ loco tituli sit; & quidem tanti temporis, ut ad præscriptionem sufficiat, *l. 2. ubi Bald. & Dd. C. de servitut.* absq; quo is, qui in possessione cujuslibet temporis, etiam cum titulo & causa usucapionis fuit, se contra Dominū asserentem rem suam vel rei suę libertatem, tueri non potest, *l. penult. & l. ult. de publ. in rem action.* Quod etsi usus tanti temporis, qui ad pręscriptionem sufficeret, hic allegari & probari ab adversa parte posset: tamen
46 facilè fuerit † interruptionem ex supra dictis ostendere, quæ variis modis tam criminaliter quam civiliter contingere & probari potest, *l. quæ universas. §. 1. de acquir. possess. ubi Barthol. & Dd. in l. naturaliter. de usucapion. Felin. post Panorm. in c. ap. illud de præscript.* etiam per testes singulares *Felinus in d. cap. illud. num. 12. Franciscus. Balb. in tract. præscript. part. 6. & ult. part. quæst. 3. n. 54.*

Verum de toto jure probationis quæ non in jure, sed in facto consistit, longè melius & opportunius poterit disputari, cum ab utraq; parte documenta producta & publicata erunt: nec operæ pretium fuerit de futuro contingente nunc in aëre, ut dicitur, pluribus disputare.

QUÆSTIO IV.

Descendendo igitur ad ultimam quęstionem sciendum est, vasallum non
posse feudo privari nisi ob † dolum 47
vel culpam latam, quę pœnis doli coercetur, *c. 1. §. si vasallus. Si de feudo defuncti. & c. c. unic. de controvers. inter domin. Jas. in l. final. num. 177. C. de jur. Emphyt. Molineus in consuetud. Paris. §. 13. gloss. 5. num. 6.* Dein-
de ob † denegatam justitiam non aliter pos- 48
se privari, quàm tribus his concurrentibus 1. Ut subditos malè tractet, & insigniter deterioret. 2. Ut ter sit juridicè ad faciendam justitiam à Domino requisitus. Tertiò, ut sub comminatione auferendi feudi sit citatatus, ut declarat Baldus, *num. 3 & Dd. in authentic. statuimus. C. de sacrosanct. Eccles. & idem Bald. in c. 1. versic. publici latrones. de pac. tenend. Jason. post Castrens. in authent. qui rem num. 5. Cod. de sacrosanct. Eccles. Curtius tract. feudal. parte 6. quæst. 1. Jacobin. de S. Georg. eod. tract. verb. Marchio. §. quæritur etiam. num. 1. & 2. Boerius decis. 304. num. 7. parte 2. Socinus consil. 272. non prosequendo. num. 9. volum. 2.* Imo ne his quidem concurrentibus revocatorię actioni locum esse oportere, sed potius arbitrariè vasallum esse puniendum, Dd. præallegatis locis non obscurè volunt, ut Jacobin. *d. S. Georg. §. quæritur. n. 1. & 2.*

Præterea etsi plures sint causæ jure feudali expressæ, ex quibus feuda amittantur, *ut tot. tit. quæ fuit prima causa &c. & quibus ex caus. feud. amittat. cum similibus:* tamen nunc
eas † usu non servari; imo vix ex quinq; illis 49
quæ sunt in l. ult. C. de de revocand. donat. posse ad privationem perveniri, tenent Pet. Jacob. *in practic. tit. de caus. ex quibus vasall. n. 1. 2. 6. Molineus in consuetud. Paris. tit. 1. de feud. §. 30. num. 3. 135. 136. 137.* Et alioqui omnes illæ causæ sunt arbitrariæ, ac ex judicantium arbitrio pendent, qui rarò solent, nisi ex justissimis causis & atrocissimis delictis ad declarationem commissionis pervenire, *Bald. in c. 1. in princ. In quib. caus. feud. amitt. Curtius part. 4. nu. 77. Montan. tract. feudal. lib. 4. cap. 2. cum similibus.*

Cum autem eadem; imo major sit ratio in Domino, quàm in vasallo (non enim is

æquè

æquè vasallo astrictus est, ut contra) facilè hic intelligi potest, non posse dici in præsente casu, dictum Capitulum jure suo feudali cecidisse. Ut enim non quælibet denegatio justiciæ privat vasallum: ita nec contra Dominum. *Jacobin. in d. tract. feud. verb. dictiq; vasalli. num. 24.* Qui cum hic juridicè & ter ad faciendam justiciam non sit, neque sub illa comminatione citatus, & enormis deterioratio rei feudalis cesset: facilè apparet, non posse dici, Dominium feudi directum ob eam causam amissum esse; sed hoc potius inferendum, jurisdictionem dicto Capitulo ex hac causa esse auferendam in hunc agentem; cui jus dicere supersedit & denegavit ac illi à superiore (ut in 1. quæstione tractatum est) jus esse reddendum *Jacobin. in d. §. quæritur. num. 1. & 2. Curt. d. parte 6. quæst. 1. & Dd. locis præallegatis.* Quin etiam sunt, qui negent, Dominum ob denegatam justitiam privari posse, ut patet ex Boerii decisione *304. num. 7.* versic. licet teneat, Dominum non privari jure suo. Et vix est sanè,
50 ut † Dominus privari feudo ob aliquam culpam etiam latam; nisi ob manifestam injuriam vasallo factam, & quidem ex dolo malo possit: ut in promptu esset, siquidem necessitas requireret, ostendi.

Dictum est autem antea, quamlibet causam etiam injustam & fatuam à pœnis doli excusare. Quare nullo modo consulendum est actori, ut ejusmodi petitionem contra Dominum feudi intentet, quo nihil aliud ferè consequi posse videtur, quam ut ipse deinceps revocatoria à Domino ob accusationem & famosam actionem (quam etiam de facto talem esse sufficit *l. 1. §. interdictum hoc. ff. de vi & vi armat. l. 2. cum sequent. de obseq. à libert. præstand. latè Alexand. consil. 6. circa. num. 1. volum. 3.*) temerè intentatam possit re conveniri, ut alias memini esse practicatum.

Et hæc quidem ad definitionem propositarum quæstionum sufficere hoc tempore & in ipso litis ingressu videntur, quæ veris juris fundamentis atque ipsa rei veritate inniti testor atque judico.

Salvo.

CONSILIUM CCCIX. DE LUITIONE OPPIGNORATI OPPIDI R.

SUMMARIA.

1. *Ex qualitate factorum adjectorum contractus æstimantur.*
2. *Proprium venditionis cum pacto de retrovendendo quod?*
3. *In dubio semper censetur quis eo modo tradere, quo habet jus?*
4. *Dominium translatum intelligitur, si contractus ad id sit aptus.*
5. *Usura & delictum interpretatione excluditur.*
6. *Verb.* Pfandtschilling *etiam in retrovenditione usurpatur.*
7. *Verba secundum subjectam contractus materiam accipienda.*
8. *Verba secundum communem vulgi consuetudinem intelligenda. Limitatur in contractibus Principum. n. 31.*
9. *Declaratio contrahentium est optima contractus interpretatio.*
10. *Contractus quilibet talis in sua essentia, qualem ostendunt literæ.*
11. *Contractuum scripturæ sunt stricti Juris.*
12. *Verbum nullum censeri debet otiosè contractui appositum.*
13. *Instrumentum contractus nihil probat aliud, quàm quod verba important.*
14. *Verba contractus intelligi debent, prout melius adaptari possunt.*
15. *Contractus essentia æstimatur ex clausulis appositis.*
16. *In dubio debitor non intelligitur dominium transtulisse.*
17. *Interpretatio fit pro debitore contra creditorem.*
18. *Unusquisq; verborum suorum interpres quando sit?*
19. *In dubio eligendus contractus minus præjudicialis debitori.*
20. *Pactum retrovenditionis longe minus præjudicialis debitori quàm Emtio &c. Ubi explicatur.*
21. *Contractus in dubio secundum juris præsumptionem sunt interpretandi.*
22. *Juri contrahentes se conformare intelliguntur.*
23. *Juris præsumptione quod inducitur, alia declaratione opus non habet.*
24. *Secundum naturam contractus contractum intelligitur.*
25. *Ea, quæ contractui tacitè insunt, & de ejus natura, ut exprimantur, nihil est nececesse.*
26. *Pactum luitionis est indifferens, & æquè pignori atq; venditioni apponitur.*
27. *Aliud* einreumen/ *aliud* verkauffen.
28. *Dotis contractus habilis ad transferendum Dominium.*

29. Voluntas magis attenditur, quam verba.

30. Substantia potius rei est intuenda, quam error opinionis.

32. Declaratio non admittitur, ubi verba sunt clara.

33. Scriptura ab uno facta alteri nocere non debet.

34. Emtor fructus ex pacto retrovenditionis restituere non cogitur.

35. Creditor fructus in sortem imputare tenetur. Ubi ampliationes.

36. Pactum antichriseos pignori adjectum valet. An de Jure Canonico? n. seq.

37. Interpretatio induci non debet, unde oriatur delictum & contractus existat usurarius.

38. Petitioni de imputando fructus in sortem non obstat præscriptio.

39. Creditor si probabile habet interesse, fructus non imputat.

40. In contractibus lucri cessantis eadem ratio, quæ damni emergentis.

41. Impensæ detrahuntur de fructibus. Item damna & interesse.

42. Fructus deducta impensa intelliguntur.

43. Æquissimum est, ut emtor, qui re fruitur, usuras pretii pendat.

44. Cedens alicui usum rei, intelligitur cum omni usu cedere.

45. Collecta respectu subditorum munus extraordinarium.

46. Mulctæ condemnationes &c. transeunt per universitatem in eum, cui utilitas rei conceditur.

47. Cum Universitate transeunt etiam ea, quæ alias per se non cessabilia aut alienabilia. Modo non contineant commoditatem inæstimabilem. n. 49.

48. Fidelitatis & subjectionis pars præstare tempore necessitatis Domino collectas.

50. De similibus idem judicium.

51. Ex contractu pignoratitio evictio non debetur.

52. Ratione nudæ possessionis evictio non datur.

53. Jus & natura nihil operantur frustra.

54. Filia accepta dote pro legitima an successioni renunciavit?

55. Sequestrationes omnes sunt prohibitæ.

56. per Judicem causa cognita fiunt.

57. Creditor possessionem pignoris inconsulto Judice occupare nequit licet ita conventum.

58. Prædo spoliandus sua possessione non est.

Durante quondam bello Dux N. præfecturam R. cum oppido & arce ibidem C. C. ademptam M. M. vendidit: qui eam pro 50000. fl. exolutis, ut patet ex apochis liberationum E. H. utendam, fruendam tradidit, & loci homines eidem assignavit ac obedire fidelitatemque facere voluit, donec pro eadem pecunia à se & suis successoribus, non obstante ulla temporis præscriptione lueretur. Hoc jus luitionis à M. M. retentum post ejus mortem ex transactione O. rediit ad B. B. ubi dicta præfectura sita est, ad cujus prædecessores eadem ante pertinuerat; qui luere quidem eam præfecturam intendit: ita tamen, ut fructus per 16. annos ex præfectura percepti, item collectæ & indictiones extraordinariæ ab E. H. indidem exactæ in sortem imputentur. Recusat E. H. obtendens contractum, qui luitionem non nisi eadem summa 50000. fl. refusa permittit, & asseverans non pignoratitium hunc esse contractum, sed emptionem cum pacto de retrovendendo, ut nihil hoc nomine in sortem sit imputandum, aut de sorte fructuum ratione detrahi debeat. Ex hac facti specie subsequentes quæstiones in disceptationem juris decidendæ praeponuntur.

I. QVÆSTIO.

Utrum iste contractus pignoratitius sit, ita ut in sortem fructus imputari debeant; an potius emptio cum pacto de retrovendendo: maximè, quia in eo nō invenitur E. H. ut in mutuo fieri solet, reservasse facultatem sibi repetendi pecuniam datam, sed ea potestas tantum M. M. velut in emptionibus venditori est facta?

II. QVÆSTIO.

An dictus E. H. habuerit potestatem subditos collectandi, & an eadem exactio non sit in sortem computanda?

III. QVÆSTIO.

Et casu, quo E. H. hoc nomine conveniri posset, an habiturus sit regressum denunciationis & evictionis contra M. M. heredem & successorem.

IV. QVÆSTIO.

An d. Princeps B. B. casu, quo pendente super his lite deponere velit summam, pro qua hypothecata est præfectura,

ctura, non posit interea propria autho-
ritate aut saltem impetrato Cæsareæ
Majestatis super hoc rescripto dictam
præfecturam occupare, appræhendere
& ad suas accipere manus.

QVÆSTIO I.

Quod ad primam quæstionem atti-
net, ea duo habet capita & in duas
quæstiones distribui potest, ac de-
bet: 1. Utrum hic contractus pi-
gnoratitius sit, an emptio cum pacto de re-
trovendendo. 2. & qualiscunque tandem
sit contractus, utrum fructus hic in sortem
imputandi sint an non sint?

RATIONES DUBITANDI PRIMI MEMBRI I. QVÆSTIONIS.

ET videri prima facie poterat potius es-
se venditionem celebratam, quàm
nudum pignus super mutua pecunia
contractum. Nam est de natura mu-
tui, ut creditor, quando velit, post aliquod
spacium repetere posit mutuum, & habeat
facultatem pignoris conditioni renuncian-
di *l. quod dicimus. de solution. junct. l. 3. Si cert.
petat. l. promissor. §. 1. de constit. pecun.* At hic
contra non hæc facultas creditori inveni-
tur concessa, sed tantum ei, qui oppignora-
vit. Atque ita potius emptio videri debet
contracta quàm mutuum. Nam ex qualita-
1 te † pactorum adjectorum contractus æsti-
mantur. *Panormitanus & Dd. in c. illo. de pigno-
rib. Dd. in l. si uno §. etsi. locat.* Est autem pro-
2 prium venditionis cum pacto † de retro-
vendendo, ut venditori detur facultas luen-
di rem oblato pretio, quandocunque velit
*l. 2. C. de pact. inter emptor. cum ibi notat. Socin.
consil. 15. visis. num. 39. vol. 1. Zasius l. de quibus.
num. 30. de leg.*

Secundò, quia M. M. cessit & tradidit di-
ctam præfecturam E. H. prout ipse habuit
eam & emit à Duce N. sicut verba expressa
habent. Ergo transferre voluit, & conse-
quenter vendere; alioqui non posset dici eo
modo tradidisse, quo emisset. Nam etiam
in dubio semper censetur quis eo modo †
3 concedere & tradere jus, quomodo ipse ha-
bet *l. in vendendo 66. de contrahend. empt.* & qui-
dem intelligitur in dubio omne jus, quod
habet, concedere & transferre. *Decius consil.
292. pro tenui. num. 4. per not. Bald. in c. 1. de ca-
pit. qui curiam vendid.* Ac in terminis, quando
datur alteri libera facultas utēdæ possiden-
dæ rei pro arbitrio, quod tum ipsa res cum
omni jure vendita censeatur, tenet Jason
post Alexandr. *in l. cum qui. §. qui proprietatem
in 2. notab. & in l. si stipulatus fuero. §. Titius. & §.
final. de verbor. obligat. per l. si alii. de usufruct. le-
gat. Signor. de Homod. consil. 70. per l. Proculus. de
usufruct.* Refert & sequitur Zasius *consil. 12.
num. 25. lib. 1.* ubi addit, quod in dubio domi-
nium translatum † præsumatur, si contractꝰ 4
ad hoc sit aptus per l. ult. §. *penult. in verb.* cre-
dendum est id agi, ut statim ejus fiant. *ff. pro
dote. l si ita distrahatur. de contrah. emption.* Hic
autem aptus fuit: quia accessit consensus &
rei traditio §. *per traditionem Institut. de rer.
division. l. traditionibus. C. de pact.* & data ple-
na utendi rei ac fruendi potestas, quod ab
eo exorbitat à parte pignoratitia, ut credi-
tor furtum committat, qui pignore utatur *l.
si pignore. de furt. §. fuit Instit. de obligat. quæ ex
delict.* & habeatur contractus talis pro usu-
rario *c. ad nostram. de emption. c. ille vos. de pi-
gnor.* Est autem ea sumenda interpretatio, ut
† usura, velut delictum excludatur *Socin. con- 5
sil. 15. visis. n. 26. & per discursum. lib. 1. Zasius con-
sil. 12. n. 11. lib. 1. per l. merito. ff. pro Soc. cum aliis
allegat.* Ergo potius emptio, quam pignus u-
surarium hic subintelligi debet.

Nec in contrarium movere debet, quod
verba pignoris als Pfandtschilling in instru-
mento sint posita. Nam verba pignoris usur-
pantur pro revenditione, & usitatè germa-
nica lingua utuntur vulgò verbo Pfandt-
schilling † etiam in retrovenditione; præser- 6
tim juris ignari & qui inter pignus & retro-
venditionem ob exiguum horum contra-
ctum discrimen distinguere nesciunt, ut lo-
quitur in terminis Socinus *consil. 15. visis. n. 39.
volum. 1.* Zasius *in l. de quibus. n. 30. de legib. &
sil. 1. n. 32. volum. 2. d. consil. 12. n. 25. lib. 1.* Nam ma-
gna est utriusq; contractus vicinitas. *Mudæus
de pact. pignor. n. 50. Socin. consil. 15. visis. n. 25. 26.
volum. 1.* eoque hic, ut & alias in contractibus
magis mens, quam verba contrahentium
spectanda sunt *l. in conventionibus. de verbor.
significat. l. insulam. de præscript. verb. l. ult. C. quæ
res pignor. l. sed Celsus. §. 1. de contrahend. empt. l.
ita stipulatus. versic. Sabinus. de verbor. obligation.
l. 1. & tot. tit. C. plus valer. quod agit. quam quod.
& c. gloss. penult. in l. si in venditione. 7. verb. veri-
tas. ff. commun. prædior. Bald. in l. quamvis. n. 2. C.
de fideicommiss. Alexand. consil. 125. attentis in fin.
volum. 5. Zasius consil. 1. n. 32. volum. 2.* & verba se-
cundum subjectam † contractus materiam 7
accipienda atq; improprianda *l. si uno. locat. l.
insulam. de præscript. verb. l. sed etsi numero. de ju-
rejurand. Jason. in l. is qui putat. in fin. n. 20. de ac-
quir. heredit. Alexand. in rubric. solut. matrim.* &
† intelligenda secundum communem vulgi 8
consuetudinem *Socin. consil. 199. in causa. n. 8.
vol. 1. l. cum autem. C. de donat. ante nupt. Roman.
consil. 4. sententiam. num. 1. & 2.* & consuetu-
dinem vulgarem cujusque regionis *So-
cin. consil. 199. num. 6. & consil. 19. adsit. volum. 1.*
Undè

Unde & Bartholus *l. si necessarias. §. annua. num. 4. de pignor. action.* dicit, verba concesso & vulgari modo in contractibus esse accipienda. Quia proferuntur à contrahentibus, qui istius æquipollentias ignorant. Bonus textus in l. si cui. 9. *ff. de servit.* ad idem Bald. *l. 1. num. 3. C. de fruct. & lit. expens.*

Præterea accedit declaratio contrahentium. Nam E. H. in mandato, quod Sebastiano à L. dedit, declaravit & contestatus est, se emisse & hunc contractum vocat em-
9 ptionem. Declaratio † autem contrahentium seu eorum, qui actum gerunt, est optima contractus interpretatio *l. pro herede. ubi Barthol. & Dd. de acquirend. hered. l. 1. in fin. Si mensor fals. mod.* cum unusquisque Dominus sit suorum verborum, & qui illa protulit, eadem etiam interpretari possit. *d. l. pro herede. cum ibi notatis. l. si quis intentionem. ubi glossa. de judic.*

MEMBRUM SECUNDUM I. QVÆSTIONIS.

Quod ad secundum punctum primæ quæstionis attinet, videbatur creditorem fructus lucrari; dato, quod id non esset revenditio, sed tantum pignus. Nam creditor, qui diu possedit, habetur pro domino, ut fructus lucrari debeat *Barthol. l. qui habebat. de legat. 3. l. hereditate. §. final. de suppellect. legat. Jason. l. si res. num. 12. 13. 14. 15. de legat. 1. l. 4. num. 10. de justit. & jur. & l. qui Romæ. in princ. num. 26. de verb. obligat. post Angel. & Imol. ubi Zasius l. 1. per servum. de acquirend. possess.* Ex hoc videtur, quod potius sit venditio aut alienatio saltem in antiquis. Nam & locationis contractus transit in Emphyteuticum vel similem, quando ultra annos 10. durat, sive conventum de tempore sit, sive non tempore.

RATIONES DECIDENDI IN I. QVÆSTIONE.

His non obstantibus contrarium est verum & judicandum, quod hic contractus sit pignoris seu pignoratitius; non verò emptio & venditio cum pacto retrovenditionis.

Nam certi juris est, quod quilibet con-
10 tractus talis sit † in essentia, qualem eum ostendit esse literarum figura *Bald. in c. 1. num. 1. & 2. de feud. dat. invicem legis commiss. per l. cum precibus. C. de probat. l. emptione. C. plus valere, quod ag. quam quod & c. 1. naviganti extr. de usur.* Instrumenti enim verba dant formam actui. *Bald. in l. quoties. 12. num. 4. C. de suis & legitim.* Unde inquit JC. in l. non figura. *de obligat. & action.* nos oratione, quam literæ scripturæ exprimunt, obligari. Itaque nec aliud requiri debet, neque aliud præsumitur actum, quam quod scriptura est expressum *l. ult. ubi Bald. Saliect. & Dd. C. de fals. caus. adject. Bald. consil. 189. creditor. num. 3. volum. 2.* cujus verbis nec addendum est quicquam, neque detrahendum *Bald. in l. lecta. 2. oppo. si cert. petat.* Contractus enim seu scri-
pturæ † contractuum sunt stricti juris; nec 11
aliquid præsumitur actum, quàm quod est verbis expressum *Socin. consil. 73. Circa. num. 3. volum. 1. per l. quicquid. l. stipulatus. §. Chrysogonus. de verbor. obligation.* Quamobrem verba contractuum diligenter ponderanda sunt. *Bald. in d. l. lecta. in 2. opposit. Si cert. petat.* nec ullum debet † censeri otiosè contra- 12
ctui appositum & sine virtute operandi *Bald. in rubric. C. de contrahend. emption. quæstion. 9. num. 9. Tiraquel. de retract. convent. §. 1. gloss. 2. num. 22.* Eoque nec probat aliud † in- 13
strumentum contractus, quàm quod verba dispositivè important *Bald. in l. interest. num. 2. per illum textum C. de solutionib.*

Jam in proposito, ex instrumento contractus dato S. die 27. Martii Anno 25. manifestissimè apparet, quod nulla venditio, sed tantum pignoratitius contractus super præfectura R. inter M. M. & E. H. sit celebratus. Sic enim habent verba, Daß wir eines Pfandschillings vff vnsern (notetur. Quia non de vendendo agit, sed de jure super sua præfectura constituenda agi verba ostendunt) Ambt R. nachfolgender gestalt vorglichen / nemlich daß seine L. vns alsbald 30000. fl. erlegen lassen / Dargegen wir seiner Liebe bemelt vnser (notetur. Ideo non agitur de translatione dominii, cum adhuc suum in actu traditionis appellet) Ambt auch würcklich wollen einreumen (quod non est vendere vel ex vendito transferre dominium, sed nudam tradere ac cedere possessionem) vnd die Vnterthanen &c. wie wir solches Kauffweiß an vns bracht / weisen lassen / (quod non ad hunc contractum pertinet, sed titulum M. M. ostendit; & sunt tantum verba narrativa propter aliud dicta, quæ per se ad hunc contractum non faciunt, & ex quibus duci argumentum non debet) Item biß zu vnser wiederablösung (quæ verba non retrovenditionem, sed luitionem important) Et post, vnd also den vollkommenen Pfandschilling (non pretium rei venditæ, sed sortem pignoris) erlegen wollen. Item vnd biß wieder zur ablösung etc. In zeit der ablösung etc. Et, gegen erlegung des Pfandschillings etc. vnd sol diese ablösung etc. Doch wann solche ablösung erfolgen etc. vnd alsdann der Pfandtschilling also baldt gegen abtrettung des Ambts erlegt vnd bezalt werden etc. Quæ omnia verba tantum pignus & luitionem pigno-

pignoris important, ut etiam probat Soci-
nus *consil. 15. visis. num. 26. 38. vol. 1.*

Nec mentio emptionis in ulla sit parte di-
spositionis. Quare verba hujus contractus
intelligi debent, prout melius adaptari pos-
sunt *Castrensis consil. 374. visis. in fine. volum. 1.* &
14 in dubio salva ratione † recti sermonis *l.
Plautius. de aur. & argent. legat.*

Deinde nulla etiam pretii aut mercis aut
æstimationis fit mentio: unde substantialia
emptionis deficiunt *l. 1. in princ. de rer. permu-
tat.* de quibus Jason post alios *in l. jurisgen-
tium. §. adeo. n. 1. 2. de pact.* nec solitæ emptio-
num clausulæ, de evictione &c. sunt apposi-
tæ: sed tantum eæ, quæ pertinent ad pigno-
15 ris luitionem. Constat autem ex † clausulis
appositis de essentia, & qualis quisque sit
contractus, judicari *Panormitanus in d. c. illo
vos. num. 2. cum sequent. de pignor. Dd. in l. si uno.
§. sed et si. locat.*

Nec ullum dominium est translatum, ne-
que de eo apparet actum: verum solummo-
do possessio pro numeratione pecunię con-
cessa, donec illa refunderetur. Quod tam
longè abest à venditione, ut nisi agatur de
dominii translatione, contractus ille con-
stare non possit *l. cum manu fata. §. final. de con-
trahend. empt.* Et adjuvatur hæc interpretatio
juris præsumptione. Quia in dubio debitor
16 † non intelligitur dominium transtulisse,
donec id probetur actum *Cynus in l. incēdium
in fine C. Si cert. petat.* Nec creditor præsumi-
tur jure dominii, sed magis creditoris possi-
dere *Barthol. in l. ult. C. de jur. domin. impetrand.
Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 373.* Et fit con-
17 tra creditorem † interpretatio pro debitore;
cum illi imputandum, cur legem non dixe-
rit apertius *l. veteribus. ubi Barthol. ff. de pact.
Schurff. consil. 37. num. 6. centur. 1.*

Unde quod dicitur, unumquenq; sua ver-
18 ba posse declarare, obtinet tantum in † judi-
ciis *d. l. si quis intentione. de judic.* & actibus,
quæ pendent ab unius voluntate. *d. l. pro he-
rede. de acquir. hered.* non in contractibus.
Quia ibi fit interpretatio contra proferen-
tem, & quidem creditorem. *d. l. veteribus. ubi*
sic distinguit glossa in fin. *Socin. consil. 73. circa
num. 11. volum. 1.* & in dubiis eligendus sit
19 contractus minus † præjudicialis debitori *l.
Labeo. de contrahend. emption. l. cum quæritur. de
rebus. dub. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. de
verbor. obligat.* Semper enim in dubiis mini-
mum est eligendum *l. semper in dubiis. de re-
gul. Jur.* Bonus textus in l. qui concubinam.
29. §. 1. de legat. 3. quem ad hoc notat Bartho-
lus, quod in dubio assumimus id, quod est
minus; & jura favēt magis liberationi quàm
obligationi *l. Arrianus. de Obligat. & actionib.*
Est autem contractus pignoratitius lon-
gè alius, quàm emptio cum pacto retroven-
ditionis, sicut multa utriusq; discrimina cu-
mulat Mudæus *dict. tract. de pact. pignor. n. 50.*
& certè longè minus † præjudicialis debito- 20
ri, quàm emptio & venditio, tam respectu
proprietatis, quàm respectu possessionis.
Respectu proprietatis: quia in pignore non
transit dominiū, & manet debitor dominꝰ,
nec jus in re proprietatis creditor habet *l.
sciendum. §. creditor. qui satisdar. cogant. l. servi
nomine. de usur.* In venditione contra abalie-
natur dominium, quod transit in emptio-
nem *§. venditæ. Instit. de rer. divis. l. ubi. §. sed &
Marcellus. de in diem addict. cum similib.* Re-
spectu possessionis: quia ex illo non transit
plena possessio in creditorem. *l. sciendum. 15.
§. creditor. ff. qui satisd. cogant.* velut ex isto
quamvis adjecto reconventionis pacto. *An-
gel. consil. 55. ex pacto. n. 3. Tiraquel. de retract. con-
vent. §. 2. gloss. 1. n. 34. & §. 5. gloss. 1. n. 2. Molineus
de usur. quæstion. 35. n. 268. Mudæus de pignorib.
tit. de pact. pignor. n. 51.* Unde pignus manere
in bonis & jure debitoris dicitur. *Neguzant.
latè de pignorib. membr. 3. n. 72.* & consequen-
ter, nec commodum possessionis, nempè
fructus lucratur debitor. *d. c. illo. c. cum contra.
de pignorib. l. 1. l. 2. C. de pignor. action. l. si domi-
num. C. de pignorib. l. 1. C de distract. pignor.* cum
tamen illud ad emptorem petineat, eoque
etiam, cum ex pacto retrovenditionis res re-
trahitur, non tamen fructus emptor resti-
tuere cogitur: sed eos plenè dominii, quod
habuit, jure lucratur *l. 2. ubi* communiter
Dd. *C. de pact. inter empt. & venditor. gloss. &
Dd. d. c. ad nostram. Jason. l. qui Romæ in princ.
num. 37. Tiraquel. latè de retract. convent. §. 5.
gloss. 1. num. 1.*

Quæ cum ita se habeant, potius præsumi
hic in dubio debet contractus pignoratitius
esse factus, quam celebrata emptio & vendi-
tio, quando contractus in dubio secundum
juris præsumptionem & dispositionem † sint 21
interpretandi *l. quæro. §. inter. locat. l. quidam cū
filium. de verb. obligat. Alexand. consil. 133. super in
princ. vol. 5.* Maximè, quoniam verba instru-
menti, ut ante ostensum est, cum hac Juris
præsumptione consonant, Pfandtschilling
&c. nec res aut pretium in emptione talem
appellationem recipit. Non res: quia res vē-
dita & tradita pignori esse apud emptorem
nequit; cum res sua sit. Nemini autem pignꝰ
in re propria esse possit. *Jurib. vulgat.* Nō pre-
tium, quia pecunia non pignus est, sed pro
ea pignus in securitatem datur, quod non fit
neque est in venditione. Quia hic non sors
pro pignore, sed pretium pro merce datur.
Ex qua specifica nota mercis ac pretii con-
tractum emptionis judicat & ponderat atq;
ab aliis secernit JC. *in l. 1. de rer. permutat.*

Nec

Nec verò alia præsumenda hic est fuisse
mens contrahentium, quàm verba sonant
*l. beni aliter. de legat. 3. l. librorum. §. quod tamen
Cassius ubi gloss. de legat. 3. l. Labeo. de suppellect.
legat.* & quam est juris præsumptio, cui se †
22 conformare partes intelliguntur *Cornæus
consil. 190. num. 6. volum. 1. Socin. consil. 19. adsit.
num. 6. volum. 1.* Quod enim induci potest
23 juris præsumptione, hoc † dicitur palam es-
se, ut alia declaratione non sit opus. *Jason in
l. si fundum. num. 2. solut. matrimon.* Et naturali-
ter non est præsumendum, quod accipiens
pecuniam, præsertim tempore belli & sic
necessitate circumventus, ut tunc fuit M.M.
& dando in securitatem pignus, potius vo-
luerit dominium transferre, & jus suum o-
mne in creditorem transfundere, quàm do-
minium retinere, & securum duntaxat face-
re creditorem secundum propriam hujus
contractus naturam, secundum quam sem-
24 per intelligitur † contractum, ubi aliud non
apparet *l. ex empto. 11. ff. de action. empt.* Et a-
lioqui debitor præsumitur, quàm minimè
voluisse arctare sese, & de suo jure cedere
per l. 1. cum ibi traditis. de solut. cum generali-
ter nemo præsumatur jactare suum *l. cum de
indebito. circa finem. de probation.*

Cum ergo in hanc interpretationem
concurrant & verba instrumenti atque con-
tractus, & mens præsumpta contrahenti-
um, & denique præsumptio juris: aliter dici
nec potest nec debet, quàm hunc contra-
ctum potius pignoratitium esse, quàm em-
ptionem & venditionem, non obstantibus
iis quæ supra in contrarium sunt adducta &
quæ facilem omninò solutionem habent, ut
patet ex subjectis.

REFUTATIO RATIONUM DUBITANDI IN I. QUÆSTIONE.

NON enim obstat, quod creditori hîc
nulla repetendæ sortis & renunci-
andi securitati pignoratitiæ potestas
reperiatur expressim facta. Nam nec
expressim invenitur prohibita aut adempta.
Quare manet hæc res in communi natura
& qualitate contractus *d. l. ex empto. 11. in
princ. de action. empt.* Etenim, quæ tacitè in-
25 sunt contractui, & sunt † de ejus natura, ea
ut exprimantur nihil est necesse, ne in mu-
tuo quidem; cum hîc præcipuè valeat regu-
la, eandem esse taciti vim, quæ sit expressi, ut
est textus in terminis ubi Dd. in l. 3. *ff. si cert.
petat.* Nam quæ non exprimuntur, ea naturæ
contractus relicta esse intelliguntur, *d. l. ex
empto. 11. in princ. de action. empt.* Cum ergo
ex natura mutui creditor habeat potesta-
tem repetendæ semper sortis, postquam de-
bitor pecunia est usus, nec illa inveniatur
hic adempta: dicendum est ex vi contractus,
tacitè eam inesse; & ideò de hoc nihil fuisse
cautum quod illud ex natura contractus es-
set usitatum. Ut idcircò supervacanea ex-
pressio ejus, quod per se inesset contractui
rectè sit omissa, ut in l. quod si nolit. §. *quia
assidua. de ædilit. edict.* Nec hic ex qualitate
pacti potest ulla sumi interpretatio; cum
hoc pactum † luitionis sit indifferens & 26
commune, & æquè pignori apponi possit
atque venditioni, Non igitur probat hoc es-
se quod ab hoc contingit abesse. Nec magis
emptionem demonstrat, quàm pignus, at-
que è diverso *l. neque natales. C. de probat. cum
similib.*

Non obstat, quod M. M. tradidit præfe-
cturam qualem ipse habuit emptam à Duce
N. Nam verba ipsa & tota res ostendit, hoc
tantum dici de usu & facultate possessionis;
non verò de dominii translatione. Nec e-
nim dicit, se vendere jus quale à Duce N. e-
merat, **sondern daß es dem E. H. solte eingereu-
met werden / wie es M. M. erkaufft / etc.** Aliud
autem est **einreumen** / aliud † **verkauffen**; Sicut 27
& in jure aliud longè est, rem tantum trade-
re tenendam: aliud verò cum causa domi-
nii vendere *l. si rem tradi. cum ibi notat. de
verb. obligat.* Quod quidem dominium non
intelligitur translatum, nisi hoc appareat
actum, ut ante est abundè demonstratum.
Deinde illa verba sunt narrativa propter a-
liud posita: ideò ex iis non potest firmum
duci argumentum *Socin. Jun. in l. centurio.
num. 19. de vulgar. & pupillar. substitut. Jason in
l. licet. num. 9. C. de pact.*

Non obstat, quod, quando datur alteri li-
bera possidendæ utendæ rei pro arbitrio fa-
cultas, videri debeat dominium translatum.
Nam hoc verum est ex contractu ad domi-
nium transferendum habili; & ubi constat,
de eo actum esse, ut quando quis stipulatur
fundum dari: de quo casu agunt Jason. &
Dd. *d. l. eum. §. qui stipulatur. de verb. obligat.*

Eoque nec obstat l. 1. §. pen. ff. pro suo.
Nam loquitur in contractu dotis, quæ est
natura sua † habilis ad dominium transfe- 28
rendum *l. in rebus. C. de jur. dot. cum similib.*
Non est autē ejusmodi contractus pignora-
titius, ut ante ostensum est. Ergo non potest
in eo hoc videri actum, sed potius contrari-
um per doctrinam Cyni *in d. l. incendium. in
fin. C. Si cert. petat.*

Nec verum est, esse contra naturam pig-
noris, ut creditor pignus possideat aut fru-
ctus colligat: cum ad hoc ex natura contra-
ctus detur hypothecaria actio. §. *item Servia-
na. cum ibi notatis. Instit. de action.* Neq; hoc ul-
lam per se sapit usuram; verùm illud, si fru-
ctus

ctas lucrari & non in sortem velit imputare, ut probant textus in l. si ea pactione. *ubi Bald.* l. si ea lege. l. ex prædiis. *C. de usur.* quemadmodum & idem postea pluribus declarabitur.

Non obstat, quod verbum pignoris possit impropriari secundum subjectam naturam. Nam hoc verum, quando constat de mente contrahentium, quod voluerint venditio-
29 nem celebrare. Tunc enim † voluntas magis attenditur, quàm verba, in quibus terminis Zasius loquitur juxta regulam, plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. *tot. tit. C. eod.* Item veritatem errore non vitiari *l. illicitas. §. 1. de offic. Præsid.* & falsa demonstratione non vitiari substantiam veritatis *l. cum falsa. C. de jur. & fact. ignorantia.* Quia substantia potius rei est intuenda,
30 quam † error opinionis *l. 2. §. si sub conditione. 2. ff. pro emptor.* Et in tali casu loquitur Socinus *d. consil. 15.* & alii supra allegati. Sed hoc ipsum hic quæstionis est, qualis sit contractus celebratus: ideo cum de mente non constet, standum est verbis, nec ab earum proprietate in dubio recedendum *l. ille aut ille. l. non aliter. de legat. 3.* cum non aliud intelligantur sensisse partes, quàm quod verbis expresserunt *l. Labeo. de suppellect. legat. cum simil.* & de contractu ipso ex verbis instrumenti est judicandum, ut antea pluribus est demonstratum. Nec hic interpretatio est conformanda vulgarium & idiotarum errore & consuetudine loquendi; cum non tales contexerint, sed Principes, qui non nisi ad-
31 hibitis jurisperitis & pragmaticis † instrumenta contractus facere solent. Ideò secundum horum potius intellectum, & sententiam verba hæc sunt interpretanda. *Romanus d. consil. 4. in princ.* Quæ quidem cum sint clara & aperta, non est admittenda hic alia declaratio *Socin. consil. 19. adsit. num. 7. volum. 1. per l. 1. §. cum in verbis. de legat. 3. cum aliis per eum allegatis.*

Non obstat declaratio ab E, H. postmodum facta. Nam contractu perfecto sicut non licet invita altera parte eum mutare *l. sicut. C. de Obligat. & action. l. in commodato. §. sicut commodat. ff. commodat. l. ult. de pact.* ita non licet illi aliud dare nomen & aliam facere appellationem, quàm in quam mutuò est consensum *l. jurisgentium. §. adeo. cum l.*
32 *ab emptione. de pact.* Imò declaratio † non admittitur, ubi verba sunt clara, ut antedictum est. Declaratio enim cadit in dubiis non in claris *l. si stipulatus. ubi gloss. Dd. & Alexand. l. si mihi & tibi. §. final. de verbor. oblig.* Itaque literæ illæ nihil probant contra eos, qui in eadem non consenserunt. Nec declarationem super contractum in alterius præjudicium & ad sui emolumentum facere E. H. potuit, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur. *jurib. vulgat.* Quare hic obtinere debet regula, quod scriptura ab uno facta alteri non consentienti † no- 33
cere non debeat *l. si constiterit. 8. ubi Bald. in princ. C. de fid. instrument. Socin. consil. 39. visis. num. 10. volum. 1.*

MEMBRUM SECUNDUM PRIMÆ QUÆSTIONIS.

HOC igitur constituto facilis est alterius membri in hac prima quæstione resolutio. Etsi enim fructus lucratur ex emptione emptor post rem traditam, ut qui sit Dominus *l. curabit. l. fructus. cum ibi notat. C. de action. empt.* nec ex pacto † retrovenditionis eos restituere co- 34
gitur, cum perceperit eos jure dominii, *Panormitanus in c. at si clerici. de judic. & c. 1. de feud. Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 3. de feud. §. 2. in princ. num. 28.* & res personali actione, non rei vendicatione hoc casu ab ea repetatur, ut est communis doctrina Baldi Castrensis Saliceti & Dd. *in l. 2. C. de pact. inter emptor. & in l. his rebus. §. mancipia. solut. matrim. c. 1. in fin. de feud. dat. in vicem L. commiss. ubi* Alvarotti, Panormitani, & Hostiensis post gloss. *in c. ad nostram. & d. c. illo. & in c. conquestus.* Tiraquelli *de retract. convent. §. 5. gloss. 1. num. 1. & de retract. lignag. §. 15. gloss. 2. & in l. si unquam. 8. verb. revertatur. C. de revocand. donat;* quod idem etiam obtinere in creditore, qui jure prioritatis percepit, ostendit Neguzantius *in tract. pignor. 5. partis. 5. membro. num. 13. in 4. limitat;* eoque, nec id, quod lucratur, in sortem imputare cogitur, cum non debiti ad debitum nulla sit compensatio *l. ultim. ubi Castrens. & Dd. C. de compensation:* tamen, quia hic non sumus in terminis emptionis, verum in contractu pignoratitio; idcirco obtinere debet regula, qua traditur, creditorem † fructus perceptos 35
in sortem imputare oportere, ne res in prohibitum fœnus exeat, & cum alieno damno contra naturam mutui supra sortem lucretur creditor ac locupletetur *d. l. 1. & 2. C. de pignorib.* l. rescriptum. 12. §. 1. *de distract. pignor. ubi* disertè inquit JC. si majores fructus creditor abstulit, universos in quantitatem debitam accepto ferre debebit. *l. 1. C. de distract. pignor:* ubi Baldus notat, quod imputentur in sortem fructus ipso jure, & eam extenuent, etiamsi ab homine nō opponatur. *l. si dominium. C. de pignor. c. illo. c. cum contra. de pignor. c. 1. & 2. de usur. Panormitan. late in c. cum Bertoldus. n. 38. & 39. de sentent. & re judicat.* Cernæus *consil. 44. in hac. n. 6. & 10. ubi* dicit communiter approbari. *volum. 2. gloss. c. ex*

L lite-

literis. de jurejurand. Cepoll. de simult. contract. in 1. casu. Molineus. in tract. usur quæstion. 56. n. 394. late Neguzantius *in d. tract. pignor. in 5. membro. 5. partis. num. 1. 2. & 3. cum multis seq. ubi* ampliat, hanc regulam obtinere non solum in fructibus perceptis, sed iis etiam, qui percipi potuerunt *per l. 2. C. de pignorat. action.* Item non tantum in fructibus, sed etiam in interesse, si res sit a creditore possidente deteriorata, ut hoc quoque imputari, & si supra sortem ex fructibus percepit, illud restituere debitori debeat *c. cum contra. de pignor. & per notat. Bald. & Salicet. in d. l. 2. C. de pignorat. action.* item, quod non modo obtineant ista in ipso creditore: verum etiam ejus successore, nedum universali, sed etiam particulari vel singulari *per Bald. l. not. 7. l. 1. C. de pignor. action.*

Neque obstat, si dicatur, pactum antichreseos pignori † adjectum valere, & ex eo creditorem lucrari posse fructus *l. si pecuniam. 33. de pignorat. action. l. si is qui bona. §. 1. de pignor. l. si ea pactione. C. de usur. Alberic. Barthol. l. si ea pactione. C. de usur*; maximè ob incertitudinem fructuum. *Tiraquell. in repetit. l. si unquam verb. donatione. num. 113. C. de revocand. donation.* Nam primò, negatur hic tale pactum intercessisse; cum illud ex contractu non appareat. Pacta autem facti sunt, eoque probari debent *l. consilio. de curat. furios. l. asseveratio. C. de non numerat. pecun.* Præsertim hujusmodi usuraria & odiosa, ut est pactum antichreseos, quemadmodum mox subjiciemus. Quia non debet talis interpretatio & præsumptio induci, unde oria-
37 tur delictum † & contractus existat usurarius *Socin. d. consil. 15. cum aliis sup. adductis.* Deinde tantummodo hoc verum est de jure civili veteri: secus est de Jure Canonico, quod in hac materia usuraria peccati venit attendendum *Bald. l. eos. C. de usur.* Quia paria sunt pacisci, quod fructus (*Mynsinger. observ. 6 centur. 4.* non computentur in sortem & lucro cedant, & promittere creditori solvere illicitas usuras, ut probat Baldus *in l. 1. in princ. C. de distract. pignor.* ubi glossam, quæ dicit ex pacto creditorem fructus lucrari posse, sic interpretatur & limitat, Cave tibi inquiens, glossa debet intelligi de jure antiquo Codicis; alias non tenet pactum de lucrandis fructibus loco usurarum, nisi in casibus exceptis de jure Canonico ut *notatur in authent. ad hæc C. de usur. & c. salubriter. c. conquestus. ext. eod.* Hæc Baldus. Quæ melius ac latius confirmat Neguzantius præallegato tract. *pignor. 5. partis. quinto membro. num. 10. ubi num. 14. in 5. limitatione* & addit, idem obtinere, etiamsi debitor jurasset non molestare creditorem super fructibus, & hanc dicit esse communem contra Bartholi. *in l. amplius. non peti in fin. rem rat. haber. & Dd. in d. c. ad nostram. Alexand. consil. 91. visis. num. 4. & 5. volum. 2. per c. 1. ubi Panorm. notat. c. conquestus. c. quia frustra. de usur. & l. si ea petitione. l. ea lege. C. eod. de usur.* Alexand. *consil. 31. viso. num. 3. & 4. volum. 6. & consil 13.*
circa. vol. 2. in fine. ubi addit, petitioni † de im- 38
putando fructus in sortem non obstare ullam proscriptionem. Ad idem Henning. Goden. *in consil. de pignor. num. 27. cum sequent.* Mudæus *de pact. pignor. num. 62. & 63. ubi* dicit, eas pactiones non excusare ab usura, nisi intra legitimum modum, ne quidem ratione incertitudinis fructuum; nisi cum in alium contractum extra mutuum, puta emptionem res transit *c. 1. & 2. in extravag. de empt. & vendit.* ad quam theoricam & limitationem pacti antichreseos mirum est N. & M. in suis consiliis scriptis in hac materia Comitibus à N. non respexisse.

Illud benè verum est, quandocunque & quatenus creditor habet probabile interes-
se, tum & eatenus in sortem fructus non † 39
imputari, sed cum ipso interesse compẽsari. *gloss. in d. c. conquestus. verb. de feudo. de usur. Cornæus consil. 44. in hac. in fine. n. 11. volum. 2.* Neguzant. *præalleg. loc. n. 13. in 3. limitat. ubi* dicit, idem esset, si laborem notabilem subiit creditor, in quem potius quam in sortem fructus sunt computandi. Ad idem Hostiensis. *de usur. §. aliquo. versic. 10. Joann. Andr. post Panormitan. & gloss. in d. c. conquestus. Odofred. in l. 1. C. de usur. Speculat. de usur. versic. dic contra.* Nam hoc casu usura non esse censetur, sed magis compensatiò seu recompensatoria damni emergentis vel lucri cessantis, quæ usura est omni jure permissa Cynus *in penult. quæstion. auth. ad hæc. C. de usur. ubi* dicit, hoc quoq; verũ esse in interesse lucri cessantis; & merito. Quia
hujus in contractibus eadem † & æquè habe- 40
tur ratio, atq; damni emergentis *l. 3. §. ult. ff. de eo, quod cert. loc. ubi glossa, Castrensis & Dd.*

Eadem ratione & impensæ † detrahuntur 41
de fructibus, seu fructus prius cum his compensantur, quam in sorẽ computẽtur *Bald. l. 1. n. 3. & 5. C. de fruct. & lit. expens gloss. in d. c. conquestus. verb. recepistis. textus in c. 1. ubi gloss. verb. deductis expensis. & c. 2. de usur. Raph. Cumanus consil. 19. Calderin. consil. 27. Cornæus d. consil. 44. in hac. vol. 2.* Et damna ac interesse, quod creditor habet ob pecuniam non solutam, peti semper possit *c. dilecti. de for. cõpet. Dd. l. curabit. C. de action. empt.* Eamq; distinctionẽ inter usuras lucri & usuras ut interesse, faciũt cõmuniter Dd. *in l. 1. ubi Jason. n. 50. C. de Summ. Trinit.* Sicut enim emptor à quo ex retrovẽditione res retrahitur, detrahit & imputat impẽsas necessarias *l. mitra. §. 1. de minor. l. planè. cum sequẽt. de petit. hered. l. Imperator. de indicem addict.*

ad dict. l. domum. C. de rei vendicat. Imò & uti-
les. *Bald. consil. 167. in fin. & consil. 303. lib. 1. per d.*
l. intra. l. emptor de rei vendicat. l. qui exceptio-
nem. §. si pars. de condict. indebit. Cagnol. l. 2. quæst.
24. C. de pact. inter emptor. ita creditor, qui ex
antichresi possedit, & refusa sorte cogitur
restituere.

Ex quibus fundamentis hoc consequi pu-
tamus, quod hic E. H. primum poterit cum
fructibꝰ compensare sumptus & labores fa-
42 ctos. Nam fructus deducta † impensa intelli-
guntur & dicuntur *l. fructus. l. divortia. §. im-*
pendia. solut. matrim. Quę regula cum propriè
obtineat & loquatur de sumptibus factis in
ipsos fructus *d. l. fructus. ubi gloss. verb. impensa.*
l. si fundus. ubi Jas. n. 6. solut. matrimon: ideo abs-
que distinctione tales impensæ cum fructi-
bus poterunt compensari. *gloss. d. l. fructus.*
verb. impensa.

Secundò poterit de illis fructibus dedu-
cere legitimū interusurium & lucrum ces-
sans, quod quotannis ex pecunia 50000. fl.
habere potuit in ordinarios & permissos re-
ditus locata; qui hoc casu computatis quin-
que in centum seu quincuncibus usuris, ef-
ficiunt & reddunt quotannis bis mille &
quingentos florenos & ita usus pecuniæ æ-
quetur cum fructuum commodo. *Mudæus in*
tract. de pact. pignor. n. 53. per c. 1. de feud. Nam
sanè iniquum esset E. H. caruisse tamdiu pe-
cunia, & ea M. M. usum fuisse non verò con-
trà E. H. ullam percipere ex re utilitatem. Ac
ut JC. ait *in l. Julianus. §. ex vendito. ff. de actio-*
nib. empt. æquissimum esse, emptorem, qui re
43 † fruatur, cum usuras pretii pendere, ubi
gloss. ad verb. post diem. *& in l. curabit. verb.*
restitutum. C. de action. empt. ac Dd. utrobique
hanc ęqualitatis rationem probant, ita, cum
eadem sit contrariorum & correlativorum
ratio & doctrina *l. 2. de his qui sunt sui vel alien.*
jur. l. ult. C. de indict. viduitat. tollend; è contra-
rio jus & æquitas suadent, ut qui usus est pe-
cunia creditoris, patiatur eum tantundem
de fructibus rei possessæ lucrari, quantum
ex pecunia sua habere potuit. Et hoc confir-
mat glossa *d. c. conquestus. verb. de feudo. circa*
med. Cornæus d. consil. 44. in hac. n. 11. & 12. volum.
2. Mudæus *in d. tract. pignor. tit. de pact. pign. n.*
39. disertè addens, creditorem usuras debitas
cum usu pecuniæ pretii compensare. Pro
quo textus in d. l. rescriptum §. *1. de distract.*
pignor. Si majores (scilicet legitimis usuris)
fructus creditor abstulisset, universos in
quantitatem debitam accepti ferre debe-
bit.

Cum autem ex rationibus obventionum,
quas dicta præfectura R. quotannis impor-
tat, intelligi possit, supra hanc summam
2500. fl. vix aliquid fructuum inde percipi
& obvenire: ideo si hoc interusurium &
impensas & labores reliquos deducere ve-
lit E. H. sicuti facere potest, prout antè o-
stensum est, non multum fortè supererit,
quod in sortem possit imputari. Si tamen
quid sit, maximè ex collectis & extraordina-
riis indictionibus collectum, de quo dein-
ceps dicetur, hoc ex prædictis arbitramur &
concludimus, in sortem esse imputandum,
& illam ipso jure imminuere, per supradi-
cta. Et tantum de prima quæstione.

QVÆSTIONIS SECUNDÆ RESOLUTIO.

AD secundam quæstionem facilis est
responsio. Non enim hic disputan-
dum est de jure collectandi, quod sit
de regalibus, & nemini præterquam
Principi competat *l. 1. C. de superindiction. libr.*
10. ubi Dd. Nam hic constat, quod M. M. ha-
buerit jus collectandi suos subditos, & con-
sequenter præfecturam quoque R. Constat
enim, quod E. H. idem jus in suos subditos
habeat. Concedendo ergo, & tribuendo,
præfecturam dicto E. videtur & cum hoc
jure collectandi tribuisse; cum cedens † ali- 44
cui usum rei, intelligatur cum omni eo usu
cedere, quem ipse habet Jason *in l. si fundum.*
in princ. num. 1. ff. solut. matrim. ubi ampliat
hoc, etiam procedere in usu, ad quem res est
destinata *per l. æquissimum. l. quærebatur. de u-*
sufruct.

Nec movere debet, quod collecta sit mu-
nus extraordinarium. Nam hoc verum re-
spectu † subditorum: non autem sequitur, 45
quin sit in ordinario jure superioris, qui il-
lud jus habet *l. 1. C. de judic. Thomat. tract. de*
collect. §. exactio. num. 23. & quin sit fructus
ipsius jurisdictionis & statutum auxilium
additum juri communi ad exigendos juris-
dictionis fructus *Thomat. in dict. tract. collect.*
§. subjiciunt. num. 19. Quare sicut multæ † 46
condemnationes & similia transeunt per
Universitatem in eum, cui utilitas rei con-
ceditur, ut in maritum *Jason. post Barthol. &*
Dd. in l. divortio. §. si vir in fundo. num. 8. Solu-
to matrimon. quia dicuntur in fructu, eo
quod renascuntur *Barthol. Angel. & Dd. ibi*
& in l. final. cod. tit. Bald. in l. 1. num. 10. C. de
fruct. ita & jus collectandi in cessionarios
casu, quo illud habere possunt, transit etiam
in maritum ex rebus dotalibus. Barthol. *in*
d. l. ult. ff. Solut. matrimon. ubi dicit, posita in
c. 1. quæ sint regal. transire in maritum. Sed
in d. c. 1. etiam indictiones & collectæ nu-
merantur. Ergo & hæ concessa universi-
tate transeunt qua constat transire etiam
ea, quæ alias † per se non cessibilia aut alie- 47

nabilia *l. in medicis. ubi gloff. verb. acceffit. de contrahend. empt. Panormitan. in c. cum Bertholdus. num. 39. de fentent. & re judicat. Jafon. in d. l. divortio. §. fi vir in fundo. num. 7. folut. matrimon.*

Quare idem hoc cafu dicendum eft, in E. H. creditore, cui omnis jurisdictionis utilitas ceffa eft, & homines cum omni fidelitate ac fubjectione funt affignati. Eft enim pars
48 † fidelitatis ac fubjectionis, præftare tempore neceffitatis Domino fubfidium ac collectas. *Thomat. in princip. tract. de collect. num. 8. & 10.* à quibus neceffitate exigente nemo excufatur *Thomat. ibidem §. exactio. num. 50. & §. fubjiciunt num. 7.* & ad quæ poffeffiones, quovis titulo acquifitæ, velut fub tacita hypotheca obligantur. *Thomat. in princ. ibidem. num. 12. & §. nefcienter. num. 8. cum ibi allegatis.* Et pro hoc eft cafus in d. c. cum Bertholdus. *de fentent. & re judicat.* ubi Panormitanus *n. 38.* notat, quod omnis commoditas, etiam juris patronatus (quod alias non eft per fe alienabile) tranfeat in creditorem cum univerfitate, cui univerfitas eft eppignorata ratione acceffori, *per c. ex literis. de jure patronat.* cum fubjaceat reftitutioni, & poffit diminuere fortem. Ad idem l. quamvis. *C. in quibus cauf. pign. tacit. contrah.* & c. ad noftram. *1. de jurejurand.* Ceffant enim quoad iftam commoditatem æftimabilem rationes pofitæ in gloffa. Sed commoditas
49 inæftimabilis non tranfit † in creditorem etiam cum univerfitate; quia non poteft hæc utilitas reftitui: & ideo non tranfit in contractu pignoratitio. Et ifte eft cafus c. noftri. Hactenus Panormitanus, qui poft *n. 39.* reddit eam rationem *d. c.* cur fcilicet jus præfentandi patronatꝰ in creditorem non tranfeat. Quia creditor tenetur reftituere omnem fructum vel quafi, quem capit ex pignore; & fi fructum confumpfit, tenetur illum feu æftimationem ejus computare in fortem *d. c. ad noftram. l. 1. 2. C. de pignorat. action.* Sed fi jus patronatus tranfiret, non poffet reftitui quafi fructus ipfius juris, nec poffet dari ejus æftimatio. Quia eft inæftimabilis ut res fpiritualis &c. Ad idem Jafon *in d. l. divortio. §. fi vir in fundo. num. 7. Solut. matrim. ubi* dicit omnem fructum tranfire, quando commodum & emolumentum percipi poteft; hæc enim funt in recompenfatione bonorum. Sed præfentare eft folus quidam honor.

Ad idem Bald. *in l. 1. num. 10. C. de fruct. & lit. expens. ubi* dicit, ad poffefforem bonæ fidei jurisdictionis fructus, gabellarum & reliquorum bonorum pertinere per l. creditor. *de action. empt* qui textus in creditore loquitur, & Bartholus ibidem in fine ad jus collectarum extendit. Ac ut creditor pignus poffidens tenetur Superiori ad collectas *l. debitorem. de pact. l. in fumma. C. de pignor.* item ufufructuarius omnisque, qui fructum percipit *l. fi pendente. §. fi quid. l. ufufructu. de ufufruct. legat. Angel. confil. 206. inter num. 2.* ita è contrario poffidens jus Superioritatis, cui infit collectandi poteftas, poteft etiam jus collectandi percipere, ut reliquos fructus; ut ibi fit commodum ubi eft incommodum; & idem in doctrina contractuum jus fervetur. *Ad quæ in terminis Guido Papæ decis. 477. latè Chaffaneus in confuetud. Bituric. rubr. 4. gloff. 6. n. 1. 2. 3. 4. 5. cum feqq.*

Cum itaq; jus collectandi fit quædam utilitas æftimabilis & fructus jurisdictionis: concludimus E. H. cui utilitas omnis jurisdictionis attributa, & homines cum fidelitate ac fubjectione affignati fuerunt, potuiffe dictam præfecturam, ut reliquos fuos fubditos collectare. Sed addimus, quod Panormitanus dicit *in d. c. cum Bertholdus. n. 38.* quod hi fructus, ut reliqui omnes fint fubjecti reftitutioni, vel fi cōfumpti fint, diminuere fortem debeant & in eam imputentur. Cum enim, ut dictum eft, fint fructus & obventiones jurisdictionis, perinde de illis, quod de reliquis, judicium eft faciendum, ficut Panormitanus ibi facit, & Bartholus *in d. l. ultim. ff. folut. matrim. & textus ac Dd. in c. 1. quæ fint regal.* Quod enim juris eft in genere vel toto, idem etiam eft in fpecie & parte *l. quæ de tota. de rei vendicat.* & de fimilibus idem † 50
eft judicium. *Bald. in l. precibus. n. 19. C. de Impub. & aliis fubftitut.* Id quod hac in caufa obtineri fuffecerit. Nam, ut exacta velut illicita fubditis reftituantur, non quæritur, nec in quæftionem verifimiliter eft venturum.

III. QVÆSTIO.

Quod ad tertiam quæftionem attinet, ftatuendum eft, M. M. heredem & fucceflorem hoc nomine ad evictionem non teneri, nec litem ei denunciari poffe. Nam antea in prima quæftione dilucidatum eft, non hic emptionem fuiffe contractam, fed tantum pignus. Conftat autem ex pignoratitio cōtractu † evicti- 51
onem non deberi: fed competere tantū creditori actionem pignoratitiam contrariam, fi res aliena pignori data fit *l. fi rem. 9. l. cum debitore. 32. de pignorat. action. l. refcriptum. §. fi alienam. de diftract. pign.* in hoc, ut præftet intereffe vel aliud pignus æquè bonum *Barthol. in d. l. cum debitore. num. 1.* Et hoc probat l. cum ea. *68. §. 1. ubi* gloffa *ad verb. liberatus. de evict.* quo loco negatur actionem evictionis dari creditori, pignoribus evictis. Porrò in l. in creditore *38. eod. tit.* quo gloffa *d. l. cum ea.* fe remittit, dicitur, evicta re illi non competere aliam actionem contra debitorem, quam

quam contrariam pignoratitiam. Ergo nec alia etiam danda aut imaginanda est.

Facit & illa ratio, quod in pignoratitio contractu non agitur de transferendo dominio, sed in id solum, ut possessionem habeat vel rem detineat creditor, ut patet ex superioribus, & est notissimi juris *l. sciendum. §. creditor. qui satisd. cogant.* Sed sic est, quod
52 ratione † nudæ possessionis, quæ evincitur, alicui non debeatur evictio, nisi hoc expressè sit cautum. *Bartbol. in l. ratio. de action. empt. Bald. & post eum Salicet. in l. 1. num. 11. C. de pericul. & commod. rei vendit. per l. si cum vendītor. §. 1. de evict. latè Socin. consil. 199. in causa. num. 8. volum. 2.* Deinde debetur evictio, cum à tertio res possidenti aufertur; non autem, quando is, à quo causam habet possessor, agit; & cui non potest objici exceptio, quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vendicantem. de eviction. l. si ob causam. 7. C. de evict.* Si enim jure is rem repetit, non potest teneri de evictione; cum exercitium & executio sui juris non pariat alteri actionem. Atqui B. B. successor hac in parte est M. M. & cesso huic sibi jure ex ipsis contractu rem repetit. Non igitur potest E. H. conventus M. M. aut ejus heredem de evictione interpellare, aut litem ei denunciare; cum cessis ab illo actionibus agatur. Sicut nec quilibet debitor, si cessis actionibus conveniatur à cessionario, potest denunciare litem creditori, qui ipsius agere per cessionem intelligitur & qui invito etiam debitore nomen ejus potest cedere vel vendire. *l. nominis. 3. C. de hered. vel action. vendit. cum similib.*

Etsi autem Baldus *in l. 1. num. 4. C. credit. eviction. non deber. & l. si ob causam. C. de evict.* dicat, debitorem de evictione teneri: tamen loquitur in aliis longè terminis, scilicet quãdo creditor pignus vendidit, & à tertio res evicta est. Quo casu non mirum est, debitorem de evictione teneri; non ex pignoratitio quidem contractu, sed ex empto. Perinde enim habetur atque si ipse vendidisset, cujus nomine & venditum est; & cui pretium, quo debitum ejus solutum est, profuit *d. l. si ob causam. ubi* id pluribus confirmat Bald. At hic cum non simus in terminis emptionis, non potest ex separatis ulla bona fieri illatio. Ex quibus omnibus concludendum hic est, quod isto casu denunciationi locus non sit, ubi non debetur evictio, quo casu denunciatio frustra futura sit. Ut au-
53 tem jus, ita natura † nihil frustra operatur.

Addimus etiam amplius, ne quidem dandam hic esse contrariam pignoratitiam actionem, cum non prætendatur res aliena pignori data, nec hoc quæratur; neque à tertio evincatur pignus: sed reperat id debitor, aut, quod perinde est, ejus successor: vertaturque tantum quæstio juris, an ejus, an fructus percepti in sortem imputari debeant; & sic cesset fundamentum ac medium concludendi actionis pignoratitiæ contrariæ, quando non arguatur fraus debitoris, quod creditorem deceperit: sed vertatur quæstio juris, quo qui utitur, nemini facit injuriam, aut parit actionem *l. factum. l. qui in jus. l. nemo. 194. ubi Cagnol. de regul. juris.* Cumque non evincatur a tertio aliquo res creditori, sed debitor ipse vel ejus successor seu cessionarius ut pignus debito exoluto repetat: quo nomine constat nullam esse contrariam pignoratitiam actionem creditori, cum ad rei restitutionem sit ex jure contractus re ipsa in tali casu obligatus, ut actione ab altero petere aut repetere nequeat, ad quod ipsusmet ex natura contractus tenetur *§. ult. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. l. si rem. 9. §. 1. & tot. tit. de pignorat. action.*

Posito etiam non concesso, quod hic evictionem debuisset M. M. tamen adhuc disputabile esset, an ejus Successor hoc nomine teneretur. Obligatio enim evictionis in heredes allodiales cum reliquis oneribus transit. Atqui ille Successor heres allodialis M. M. non fuit: sed filia, qua extante fratri non est in successione locus. Nisi dicamus, filiam accepta dote † pro legitima ex c. 2. de 54
pact. *in 6.* prout nunc inter Magnates moris est, successioni renunciasse atque ita successorem M. fratris nedum in feudalibus, sed etiam allodialibus factum esse heredem. De quo non est quærendum pluribus, cum sit magis quæstio facti, quam juris; & sufficiat, quod est positum ac deductum fuit M. M. ad evictionem non fuisse obligatum, neque ex conventione; quia illud non est expresse conventum: neque ex natura contractus; cum ex pignore non debeatur, prout supra est probatum.

IV. QVÆSTIO.

Quarta etiam quæstio minus habet difficultatis consideranti, quod sequestrationes † omnes pendente li- 55
te sint prohibitæ *l. unic. C. de prohib. sequest. tot. tit. de sequest. possess. Specul. eod. tit. per totum.* Etiam cum petitor habet jus in re & actionem realem, ut rei vendicationem & petitionem hereditatis *clement. 1. de sequest. Ferrar. in formul. libell. saximent. in princ.* ut latius exponit Baldus Curtius & alii *in d. l. unic.* & etiam in casibus, quibus permittitur, non tamen propria authoritate usurpari potest, sed adhibita † causæ per judicem co- 56
gnitione *Panormitan. in c. 2. num. 28. de sequest.*

possess. Zabarell. in d. clem. 1. num. 21. Angel. consil. 197. num. 1. Decius consil. 366. num. 13. Schurff. consil. 6. num. 9. consil. 15. num. 6. centur. 3. Manet enim immota regula, quod pendente lite possessio possessori non sit auferenda *tot. tit. ext. ut lit. pendent. l. unic. ubi Bald. num. 2. C. de prohibit. sequestrat.* ne rescripto quidem Principis *l. meminerint. C. Unde vi cum similib.* Ex quibus dilucidè apparet Principem, qui sequestrationem hoc casu petere nequeat, multò minus posse propria authoritate possessionem, in qua creditor sit, occupare.

Suadet & hoc ratio correlativorum, quæ est inter creditorem & debitorem & qui ideo eodem jure uti debent *l. ult. C. de indict. viduit. tollend.* Creditor enim, cui pignus obligatum est, quamvis habeat jus reale in re; non tamen potest propria authoritate possessionem invadere, sed debet illam petere actione hypothecaria. Et dato, quod sit conventum, ut propria authoritate pignus occupare possit: tamen non debet †
57 hoc facere inconsulto judice *l. si creditores. ubi Bart. Salicetus & Dd. C. de pignor. Neguzant. in tract. pignor. 4. parte. num. 26. cum sequent. Socin. consil. 131. volum. 1.* nec jus pacti exercere, præsertim contra successorem singularem *Salicetus d. l. 3. num. 19.* Ergo multo minus debitor hic pignus à creditore possessum potest propria authoritate occupare; maximè, ubi nihil de eo apparet conventum. Nam creditor licet non quoad satisdationem evitandam, & alia in quibus ratio habetur dominii: tamen quoad commodum fructuum verè est possessor, ut rectè distinguit glossa *verb. possessionem. in l. cum & sortis. §. final. de pignor. action.* Præsertim hoc casu, ubi possessio illi plenè tradita, & homines loci cum omni territorii usu assignati sint. Non igitur potest illi auferri possessio sequestratione; multò minus privata occupatione & expulsione *d. l. unic. l. meminerint. l. si quis in tantam. C. unde vi. cum similib.*

Nec movet, quod depositione sortis pignus solvatur, æquè ac solutione *l. acceptam. C. de usur. l. obsignatione. C. de solut.* & ideo debitor Dominus nedum pignoratitiam personalem habeat actionem *l. nec creditores. C. de pignorat. action. l. solutum. §. solet. ff. eod.* verum & realem rei vendicationem. textus in terminis in l. nec creditores. 9. *C. de pignor. action.* Nam ne Dominus quidem, potest rem propria authoritate & absque cognitione possessori auferre, nedum justo; sed ne quidem injusto. Unde dicitur, nec prædonem † spoliari sua possessione *c. in literis. ubi Dd. de restit. spoliat.* Sed dantur ideò 58
Domino judicia tam petitoria, quàm possessoria, ut judicio & per causæ cognitionem rem possessori auferat, ut hæc traduntur in tit. de rei vendicat. & quor. bonor. Item ne vis fiat &c.

Non obstat, quod in l. debitor. 40. *§. final. de pignor. action.* dicitur, creditori post solutum debitum non esse pignoris retentionem. Nam hoc verum est respectu pignoratitiæ actionis: quin aut ex ea aut rei vendicatione restituere debeat, ut declarat d. l. creditores. *cum l. sequent. C. eod. tit.* Non verò, quod possit à debitore pendente lite & non expedita causæ cognitione auferri; id, quod ostendit l. pignoris. *C. de pignor. action.* dum ait, pignoris causa res obligatas restitui debere soluto debito; quia id natura pignoratitiæ actionis (quæ alioqui danda est) declaret: non quod debitori licitum sit, propria authoritate occupare, sicut nec creditori est, ut mox in textu subjicitur. Nec sequitur, etiamsi aliquis jus retinendi non habeat; ideò posse illi possessionem auferri propria authoritate. Nam nec prædo aut is, qui alium dejecit, jus retinendi habet *l. non videtur. 12. ubi gloss. de acquir. possess.* cui tamen auferri hoc modo possessionem non posse diximus. *dict. c. in literis. 5. ubi post gloss. Panormitan. num. 10. de restit. spoliat. gloss. in c. ad decimas. eod. t. de restit. spoliat. Franc. Ripa. in repet. l. naturaliter. 12. §. nihil commune. num. 70. de acquir. possess. & ibidem Socin. junior. num. 7. 81. 82. cum multis seqq. & n. 232.*

Atque ita arbitramur ad positas quæstiones sufficienter pro informatione juris ex bonis fundamentis responsum, quæ consona esse juri & æquitati testamur. Salvo.

CON-

Consilium CCCX.

DE PRIVATIONE FEUDI, ET Spoliato Vasallo A Domino.

SUMMARIA.

1. Vasallus feudo privatur, non faciens servitium, evocatus à Domino ad expeditionem.
2. Item, Si voluntariè faciat, ex quo Domino damnum accedit.
3. Item, Si cum hostibus ligam faciat, & magis sit inimicus, quàm amicus.
4. Sola amicitia cum hoste Domini facta nõ fraudulenter est insufficiens causa privationis feudi.
5. Ubicunq; præsumi potest vasallum esse Domino inimicum, amittit feudum.
6. Scilicet, quando concludit inimicitiam. Non enim quælibet caussa, ex qua gravatur opinio, ad privandum est sufficiens.
7. Vasallus justo metu excusatur, etiamsi cum inimicis domini contraxit.
8. Item, quando coactus præstat advocationem contra Dominum.
9. Inspiciendum, qua mente quidq; factum.
10. Quoties duo intellectus capi possunt, ille capiendus, qui à delicto excuset.
11. Iustus metus minarũ in potẽte, qui solet exequi.
12. Vasallus sine culpa rationabili, & caussæ cognitione, ac sententia privari feudo nequit.
13. Non omnis culpa sufficit, ad privationem feudi & quæ sufficit, coram paribus probanda est.
14. Sententia declaratoria opus, etiam quando ipso jure vasallus privatur.
15. In hæresi, quamvis ipso jure pœna confiscationis bonorum imposita, tamen opus declaratoria sententia.
16. Quamvis lex ipso facto damnare quẽ, aut bannire possit, tamen opus sententia declaratoria.
17. Dominus commissum ob non præstita servitia feudũ nequit propria authoritate occupare.
18. Culpa in dubio non præsumitur, unde allegantı probatio incumbit.
19. Non ex præsumptionibus, sed probationibus Judicari debet.
20. Quinq; testes in culpa probanda necessarij.
21. In notoria culpa facti permanentis Vasalli feudum Dominus propria authoritate potest occupare.
22. Alias sententia opus est.
23. Nemo damnari potest, nec ejus bona publicari, absens & inauditus.
24. Uxor pro marito conveniri nequit.
25. Uxoris dos aut res non confiscantur ob delictũ mariti, & repetere sua à fisco potest, etiam in crimine læsæ majestatis.
26. Uxor probare cogitur sua.
27. Bona magis præsumuntur esse viri, quàm uxoris
28. Bona præsumuntur possidentis, in quæ fit executio.
29. Actiones & jura activè ac passivè transeunt in hæredem.
30. Spoliatus etiam à judice, ante omnia cum fructibus restituendus.
31. Actio spolij datur etiam contra hæredem de eo, quod ad eum pervenit.
32. Interdictum unde vi, & similis, vel de facto famosa actio non datur in Dominum, vel patronum.
33. Vasallus à Domino spoliatus actione in factum agere debet.
34. Condictio non infamat, dato, quod principalis actio sit famosa.
35. Ubi Dominus, qui vasallum spoliavit, conveniendus.

Der Fall/ so zuberathschlagen/ verhelt sich kürtzlich also vnd volgender gestalt.

Aß vngefehrlich vor Sieben Jahren/ dem Edlen vnd Ehrenvesten Joachim von W. sein Gut zum T. so die Zeit von N. N. vom N. etc. Seliger vnd löblicher Gedechtnüß gelassen Ehegemahl etc. zu Lehen gerüret/ mit allen andern Gütern/ Erb vnd eigen Fahrnüß/ vnd Vorrath/ aus befehlich L. L. Hochlöblicher Gedechtnüß eingezogen/ vnd daß in denen selben seiner lieben Haußfrawen/ auch jhrer Wittumbs vnd eigenen Güter/ als Bergtheile/ die sie vmb jhr Geldt erkaufft/ entsetzet worden/ dergestalt vnd also/ daß sie auß der Behausung weichen/ vnd jhren Ehevogt obgenant in ein ander Fürstenthumb folgen hat müssen/ vnd wiewol gedachter von W. nach beschehener entsatzung/ vnd einziehung der Güter zum offtermal angehalten/ vnd gebeten/ jhme die vrsachen/ die L. L. hierzu bewegt/ zuvermelden.

So hat er doch eins mehreren nicht

können bericht werden / dann daß diß die vrsachen / daß er in stehenden Krieg / von W. K. die Zeit Ambtmann zu M. erfordert / vnd jhme angezeigt worden sey / entweder vor einen Ambtmann vff O. so die Zeit M. M. eingenommen gewesen / sich brauchen zu lassen / oder in die Festung V. sich zubegeben / welches zu thun er außgeschlagen. Zum andern / So hette er sich vff Zeit / do des M. M. verordente Kriegs Befehlichshaber vnd Obersten zu M. vnd die andere Städte wieder eingenommen vnd erobert gehabt / vff M. vor einē Ambtmann bestellen lassen wollen. Zum dritten / were er M. M. verordenten Kriegs Rähten / do sie von M. verrückt / gefolget / gemeinschafft mit jhnen gehabt / vnd ferner mit jhnen gezogen / welches alles jhme / als einen Lehenmann vnd Vnterthanen die Zeit in solchen Kriegsleufften nicht gebühret / daß er sich zu L. L. Feinden vnd Wiederwertigen begeben / denselben adhæriren, vnd anhangen / auch folgen solt.

Dargegen er aber fürgewandt / vnd noch / daß er sich zu einem Ambtmann vffs O. die Zeit bestellen zu lassen hat wiedersetzt / das hab er gute vnd erhebliche Vrsach gehabt / dann weil solche Stadt jhrem rechten Erbherren mit gewalt abgedrungen gewesen / habe er bey jhme selbst erachten können / was vor weitterung darauß erfolgen möchte / daß jhme auch / als einem nahe gesessenen leichtlich nachtheil darauß entstehen köndte / so sey es jhme gantz vngelegen gewesen / in eine Festung sich zubegeben. Dann was er die Zeit L. L. seiner Lehengüter halben mit Ritterdienst zu leisten / als einem halben Pferde schüldig gewesen / das habe er durch seinen Vättern krafft jhrer habenden Vortrage bestellet gehabt / der solche Ritterdienst auch getrewlich geleistet / vnd sey darüber in seinem Sitz vnd Gütern blieben / wiewol er vff erfordern seine Vnterthanen / a n Ort vnd ende / wie begehret worden / auch geschickt / die gleich andern Vnderthanen im Krieg gebraucht sein worden. Es habe sich aber kurtz hernach zugetragen / daß Hertzog L. L. sehliger ein Fehnlein Knechte zu M. gehabt / darüber Peter Strauß ein Häuptmann gewesen / doselbst were jhm vertrawlich angelangt / daß dieselbigen jhn heimsuchen solten / wie er dann diß auch verwarnet worden / derhalben hette er sich aus solcher furcht zu O. bey einem Prædicanten gantzer 7. Wochen in grosser geheim vnd verborgen gehalten. Do aber die Städte wieder eingenommen / were er vff seinem Gute vnd Sitz gewesen / vnd folgends vff erfordern nicht ehr pflicht gethan / biß alle andere gesessene von Adel / vnd were darnach wieder nach seiner gewarsam geritten.

Zum andern / so köndte / vnd möchte im wenigsten nicht beygebracht noch erwiesen werden / daß er sich vffn M. die Zeit bestellen hette lassen wollen / vnd solches were von seinen Mißgönnern vff jhne erdichtet / Es würde jhm auch der Herr N. der noch am Leben des entschüldigen / inmassen jhnen O. L. seliger / bey seinen Leben gleichfals gegen L. L. auch entschüldiget hette.

Zum dritten / das er mit den verordenten Kriegß Befehlhabern vnnd Obersten nach dem Lande zu B. vorritten / hierumb hette es die gelegenheit / das er seiner eigenen Beysach halben zu jhnen zu kommen erfodert worden / daselbst er mit einen Buben nach M. geritten / als sie aber nach dem O. verrücket gewesen / hat er jhnen gefolget / vnnd weil jhm angelanget / des L. L. ein Vngnad auff jhn geworffen / hab er allerley bedencken gehabt / sich anheimb auff seinem gute finden zu lassen / sondern sey aus Furcht / vnnd das jhme an seinem Leib einiger beschwerlicher Nachtheil nicht zugefügt möchte werden / mit dem Hauffen nach dem Lande zu B. gezogen / der meinung ein weil des Orts vmb seinen Pfenning zuzehren / vnnd bey seinen Ver-

30. nisi prior obligatio fuerit mutata, & num. 33.
31. Mutatio termini solutionis novationem importat. Limit. num. 36.
32. Prorogatione solâ termini fidejussor non liberatur.
34. Pacti novi adjectio priorem obligationem novat.
35. Novatio hodie per alium etiam contractum, quàm per stipulationem, fieri potest: Imò & per nudum pactum.
37. Obligatio sublata censetur, quatenus solutum est.

38. Cre-

38. *Creditor petendo à confidejussore partem, obligationem divisisse non præsumitur.*
39. *nisi partem in solutum recipiat.*
40. *Creditor partem accipiendo ab uno fidejussorum, non potest revocare factam hoc modo divisionem obligationem: Nisi protestatus sit, quod salvo jure solidi accipiat.*
41. *Executio quomodo facienda.*
42. *Executio, in quâ forma à jure præscripta observata non fuit, rescindenda est.*

AN der Bitte wieder H. wird dem Herrn S. fürnemlich in wege liegen/daß er den von Herrn Räthen gegebenen Abschiedt/darin jhme des H. Schuldt abezutragen vfferlegt/hat angenommen.

1 Recipiens † enim literas, aut transactionem, vel decretum, in quo agitur de suo præjudicio, nec contradicens, hoc ipso ratificasse videtur *clement. 1. ubi Zabar. de procurat. Jas. repet. l. admonendi. n. 142. de jurejurand. & l. quæ dotis. num. 40. solut. matrim. Barthol. l. quo enim. §. final. num. 1. Rem rat. haber. Bald. l. si filiusfamil. num. 4. C. ad S.C. Macedon. Felin. post Panor. c. nonne. num. 10. de*
2 *præsumpt.* Ac etiam † decreta quoad partem transeunt in rem judicatam, quando non contradicitur intra decendium *Jas. l. quod jussit. num. 31. de re judicat.*

Ob aber wol der S. solches nicht anders wil angenommen haben/dann so viel seine Schuldt belanget/so hette er dennoch darvon alsbaldt/vnd vor der annehmung solcher abtheilung bedingen vnd zierlich protestiren sollen. *Dec. con-*
3 *sil. 460. n. 12.* protestatio † enim jus integrum conservat *l. si debitor. quib. mod. pign. vel hypothec. tacit. Philipp. Port. consil. 24. num. 11. consil. 47. num 13. & 14. consil. 61. num. 40.* per communem doctrinam *in d. ult. de empt. l. non solum. §. merito. ubi post Alex. Jas. n. 39. & 48. de oper. nov. nunc. Dec. consil. 516. num. 19.* sed quoniam est facti, non præsumitur, verum probanda
4 est, imò † & veritas ejus ostendenda est *Bald.*
5 *l. si major. 21. in fin. C. de transact.* & † toties necessaria est, nedum utilis, quando nullius alius actus interponitur, quo suus dissensus declaretur *Cagnol. l. in omnibus. num. 10. de reg. jur. post Dec. ibi num. 12. Jas. l. de pupillo. §. si quis ipsi. num. 2. de oper. nov. nunciat. & l. properandum. §. sin autem uterque. num. 3. C. de judic.*

Weil aber berichtet wird/als solte der S. derentwegen protestiret haben/so wird man solches im Fall der Verneinung darzu thuen wissen/ vff welchen Fall H. nicht befugt/seine Schuldt/so jhme die Graffen schüldig in jhren Gütern/so andern versatzt vnd eingethan/zu suchen *authen. hoc si debitor. C. de pignorib.* nisi pignus illis satisfaciat. *tot. tit. C. de his qui in prior cred. l. adjuro. §. quod si res. de re judicat.*

Zu setzen aber daß S. diese Schuldt vff sich genommen hette / so were dennoch H. dem Herrn S. in seinem Pfandtgut nit vorzuziehen/ Erstlich weil er der Graff creditor chirographarius allein ist/qui † non potest præferri 6
hypothecariis *l. unic. in fin. l. etiam ob chirograph. pecun. l. cum tibi. C. qui pot. in pignor.* etiamsi privilegium personale habeat *l. eos. C. qui pot. in pign.*

Zum andern/wenn schon S. die Zahlung dieser Schuldt vff sich genommen hette / So were dennoch dadurch dem H. keine Gerechtigkeit ins Ambt S. angewachsen sondern † were 7
befüget/im Fall der nicht Zahlung die Hülff in des S. eigenen Vnverpfandten Gütern erstlich fahrenden/hernach liegenden/vnd nicht streitigen Pfandtschilling zu suchen *l. a divo Pio. §. 1. §. 2. cum sequent. §. si super. in fin. de re judicat. & ibi Dd. l. stipendia. C. de exception. rei judicat. l. final. ubi Barthol. quod cujusq. univers. Angel. Rebuff. & Dd. l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Roland. à Valle consil. 32. num. 32. volum. 1.* Nam si delegatio hujus debiti in S. facta est, certè hac delegatione † sublata est 8
& novata prior obligatio. *l. novatione. de novat. l. novatione. C. de fidejuss.* secundum communem opinionem in foro receptam, qua traditur, etiamsi novatio aliàs in dubio hodie non præsumatur *l. ultim. C. de novation.* tamen semper præsumi & induci, non solum jure veteri, sed etiam novo, quando delegatio facta est *l. 2. C. de novat. Barthol. l. singularia. num. 10. & ibi Jas. num. 38. 39. Si cert. petat. & l. delegare. 1. de novatio. Dec. consil. 421. plene. num. 10. 17. Alexand. consil. 173. visis. num. 2. volum. 7. consil. 10. visis. num. 1. volum. 2. consil. 60. viso. num. 1. volum. 6.* Unde dicit Glossa *l. 3. C. de novatio.* quod ubicunque sit delegatio, ibi fiat novatio, sed non è contra. Fit † autem delegatio per interventum no- 9
væ personæ *l. delegare. 11. & passim. de novatio. l. 1. & passim. C. eod. tit.* quando nimirum alius quàm prior debitor in se suscipit debitionem *d. l. delegare. l. 1. 2. 5. 6. l. penult. C. de novat.*

Si igitur Petri H. creditum in se suscepit S. Comitum M. debitio, qua Petro H. obligati fuerunt, sublata est §. *Præterea. Instit. quib.*

quib. mod. tollit. obligat. & per consequens
nihil in eorum bonis amplius Petrus H. pe-
tere debet, quia nihil ei debent, sed tantum-
modo convenire novum suum debitorem
S. & in casu non factæ solutionis petere
executionem in ejus bonis mobilibus, & si
hæc non sufficiant, in immobilibus propriis,
non verò in hac præfectura aliena, ipsi tan-
tum oppignorata, potest, juxta l. à divo Pio.
*§. 1. cum sequent. de re jud. cum aliis supr. allega-
tis.*

So ist allhie auch eine andere Vnrichtigkeit
vorhanden / nemlich daß in hangender Hand-
lung da S. wegen Peter H. Schuldt furgela-
den / vnd in derselbigen Sachen dieser Abschiedt
gegeben / daß mit solcher Schuldtforderung sol-
te innengehalten werden / biß Graff E. wieder
gedachten H. seine Klage anstellen vnd auß-
führen würde / wie auß H. vnd P. zuersehen /
dessen vngeachtet mitlerweil ein Befehlich dem
Graffen vnd H. in Rücken außgebracht / da-
durch dem Schösser des Ambts S. befohlen /
dem H. 2000. Thaler Häuptsummen zuerle-
gen.

10 Constat † autem pendente lite non vale-
re rescripta, sic impetrata *l. 2. tot. tit. C. ut lit.
pendent. & tot. tit. ext. in 6. & clement. Ut lit. pen-*
11 *dent.* & pendentiam † talem induci etiam à
tempore oblati libelli, & citationis solum
factæ *clem. 2. ut lit. pend. Jas. l. 2. num. 2. C. eod.
tit.* præsertim inaudita altera parte, cum sit
12 de innata Principis † justicia, ne adimat par-
ti litiganti jus suum *Bald. l. exprimere. num. 1.
C. de duob. reis. Jas. l. 2. num. 2. C. Ut lit. pendent.*
13 & obstat † exceptio litis pendentiæ rescri-
to *Jas. in rubric. C. ut lit. pendent. per l. facul-
tas. C. de jur. fisc. lib. 10.* quæ impedit vires re-
scripti *Bald. c. ult. in fin. ex. ut lit. pendent. l. 2.*
14 *C. eod. tit.* Sed † & talia mandata non valent
impetrata contra decretum modo factum
l. 1. versic. rescriptum postea secutum ad re-
trahenda ea, quæ decreto terminata sunt,
non patrocinatur *l. ult. C. ut lit. pend.* Nam
15 decretum † & sententia, etiam interlocuto-
ria, transit in rem judicatam parti, si non ap-
pellet *Jas. l. quod jussit. num. 30. 31. ff. de re ju-
dic.* Unde idem quod in sententia definitiva
hic servandum, nempe ut contra supplicare
non liceat *l. 1. C. ut lit. penden.* Imò suppli-
16 cans † contra decretum principis (consili-
17 um autem † principis pro principe judicat
*l. 3. verb. vice principis C. si adversus rem judicat.
Barthol. & Dd. l. 1. quis & a quo appell. l. jube-
mus. l. præcipimus. & passim. C. de appellat.*)
condemnatur in litis æstimationem *l. 2. C. ut
lit. pend. Jas. l. 1. in princ. eod. tit.*

Vnd ist sich darüber wol zuverwundern daß
do S. vnd andere Gleubiger so dingliche Ge-
rechtigkeit in solch Ambt erlangt / sich für jhre
außgelegt Geldt vnd liquidirte Schulden an
dem Genieß vnd Zinsen allein müssen genügen
lassen / dieser chirographarius creditor H.
deme nur vor Steinichen vnnd Beinchen die
Graffen schuldig werden / vnd nicht allerding
solche illiquidirte Schuldt gestendig dennoch
nicht allein solte jenen vorgezogen werden / son-
dern auch die Zahlung der Häuptsumme vor
jhnen erlangen. Nam & hypothecarios † præ- 18
ferri chirographariis ac personalibus no-
tum est *l. eos. C. qui pot. in pignor.* & liquida † 19
debita non impediri & renovari ab illiqui-
dis *l. ult. ubi Castrens. & Dd. C. de compensat.* Ut
† proinde hoc, tanquam contra jus factum, 20
debeat esse ipso jure nullum, *Bald. l. prola-
tam. num. 3. 4. C. de senten.* etiam in materia
executionis. *Jas. & Dd. l. à divo Pio. §. in ven-
ditione. de re judicat. Everard. loc. ab ordine. ver-
sic. Ex hoc loco potest formari &c.*

Darumb diese Bitt des S. wie sie vffs Pa-
pier bracht / dem Rechten nicht vngemeß / es
möchte aber darneben auch gebeten werden / per
condicionem indebiti, daß H. solch / durch
vnrechtmessigen expracticirten Befehlich er-
langtes Geldt / wiederumb herauß zu geben oder
doch in Gerichten niederzulegen pflichtig / biß
er seine Schuldt wieder den Graffen vnd H. so
jhme derselbigen nicht gestendig / außführe vnd
liquidire.

In der folgenden Bitte ist vieleicht ein verse-
hen / jrgendt in dem Buchstab mit R. bezeichnet /
sintemal darinnen nicht das Ambt L. sondern
die M. Einkommen verpfendet / es sey dann das
L. ein appertinentz des Schlosses M. sey / wie
wol zu glauben / vff welchen Fall accessorium
† seu appertinentia sequitur principale *c. ac- 21
cessorium. ubi Dyn. de reg. jur. in 6. l. cum princi-
palis. de reg. jur. ubi Dec. Cagnol. & Dd.* & eo-
dem † pignoris nexu tenetur *l. 1. 2. C. de pact. 22
pignor. & omn. caus. l. quamvis. C. in quib. caus.
pign. tacite contrah. l. grege. de pignor.* quo-
niam eodem † jure eademque possessione 23
continetur *late Tiraqell. de retract. proximit. §.
36. gloss. 3. num. 3. 4.* Unde cum † principali 24
in eandem pignoris causam venit & tene-
tur *Neguzant. late de pignor. in 2. membr. par-
tis 2. num. 25. & primo memb. tertiæ partis. num.
18. per l. si convenerit. §. si nuda de pignor. action.
l. si fundus. l. si inter. §. 1. l. Paulus. §. 1. de pi-
gnorib.*

Vnd weil dißfals solche Vorpfendung dem
H. geschehen nicht allein von den allbereit da-
mals vffgelauffenen Schulden / sondern auch
vor künfftige do noch etwas mehr vor den Graf-
fen der H. würde außlegen / so ist solcher Ver-
pfendungsvorschreibung auch wegen der herna-
cher außgelegten Summen bündig vnd kreff-
tig. Nec † enim modò pro debitis præsenti- 25
bus, sed etiam pro futuris constitit pignoris
obli-

obligatio, cum pro his quoque expresse di-
cta præfectura fuerit S. obligata *l. res hypo-
thecæ. versic. sed & futuræ obligationis nomine
dari possunt ff. de pignorib. Neguzan. de pignor.
3. partis memb. 1. num. 1. 2. cum sequent.*

Darumb der H. nicht zuverdencken/ daß er
als prior tempore bittet den vorzug vñ priori-
tet vor anderen Gleubigern/ so nicht Eltere, son-
dern Jüngere Pfandtsgerechtigkeit/ oder wol
allein persönliche Zuspruch an solchen Gütern
haben. *l. eos. 9. C. qui potior. in pignor. cum aliis
supra allegat.*

Jn der Letzten Fragen H. von S. Schulde
betreffende/ ist es vnverborgens Rechtens/ wenn
köndte dargethan werden/ daß derselbige mit den
Graffen sich zu newen Vorschreibungen einge-
lassen/ dadurch die vorigen innovirt vnd vffge-
26 hoben/ daß † dadurch die Bürgen erster obliga-
tion, so nicht darein gewilliget/ loß vnd ledig
weren worden. *l. novatione. 4. C. de fidejussorib.
l. novatione. ff. de novat. l. solutionem. de soluti-
onib. l. 1. C. etiam ob chirograph. Jas. l. 1. num. 18.*
27 *19. C. de judic.* Weil † aber solche novation
nicht vormuhtet wird *l. ult. C. de novation.* wie
keine Handlung/ wenn sie nicht erweißlich. *l.
consilio. de curat. furios. l. scire. C. de probat. l. as-
severatio. C. de non numerat. pecun.*

Als wil allhie dem H. obliegen/ solche nova-
28 tion zu erweisen/ ne obstet regula: Non † tibi
jus sed probatio deficit *l. duo sunt Titii. de te-
stament. tutel.*

29 Welche dann dadurch † nicht kan bescheinet
werden/ daß sich S. vff Bergwerck hernacher
habe vorsichern lassen *l. ultim. verb. vel pignus*
30 *acceperit. C. de novat.* nisi † aliter prior obli-
gatio esset renovata *Barthol. l. Valerianus.
10. aliàs incipit. Si præses. penult. num. 5. ff. de
prætor. stipulat. Bald. l. novatione. C. de novat.
Castrens. l. 4. §. ex conventione. & ibi Jas. num.
7. ff. de re judicat.*

Denn weil vnverbotten/ mancherley Vor-
sicherung zu nemen/ so kan darauß allein keine
novation erzwungen werden/ daß S. sich habe
31 vff Bergwerck vorsichern lassen/ es † were dann
daß dargethan werden köndte/ daß die Häupt-
vorschreibung darneben in einigem Stück irgend
vorendert/ als daß die Graffen auff andere
Marckten vnd termin, als zuvor zu zahlen het-
ten zugesagt *Barthol. d. l. penult. num. 5. de præ-
tor. stipul. Bald. l. novatione. in fin. C. fidejussorib.
Alexand. l. qui bis idem. de verbor. obligation.
Cravet. consil. 167. num. 12. volum. 1.* quanquam
32 † ex sola termini prorogatione non libera-
ri fidejussores velit Jas. *l. 1. num. 19. cum seq. C.*
33 *de judic. l. lect. 1. si cert. petat.* oder † daß sonsten
die Form der vorigen Vorschreibung irgendt
vorendert/ *Bald. d. l. novatione. in fin. C. de fide-
jussorib. Barthol. & Dd. d. l. pen. de prætor. sti-*
34 *pulationib.* oder ein † newes Pact darzu gesetzet.
*Barthol. & Dd. l. item quia. §. final. de pact. &
in l. pacta novissima. C. eod. tit. Alexand. consil.
122. volum. 2. consil. 208. volum. 5. Dec. consil. 464.
Cravet. consil. 167. num. 9. volum. 1.* Nam nova-
tio, † hodie præsertim, etiam per alium con- 35
tractum, ut pactum, etiam nudum, fieri pot-
est, quàm per stipulationem *Barthol. l. singu-
laria. num. 10. & ibidem Dec. & Jas. Si cert. pe-
tat. & idem Bart. ac alii Dd. l. 1. de novat. idem
Barthol. l. quintus. num. 1. ff. mandat. per text.
singularem. l. si mandato. §. ult. ff. mandat. Ale-
xand. l. si divortio. solut. matrim. Castrens. l. de-
legare. num. 3. de novatio. Dec. consil. 421. plena.
num. 1. consil. 107. in causa. num. 1. Alexand. con-
sil. 10. visis. num. 1. vol. 2. consil 60. viso. num. 1.
& 2. vol. 6.* nisi † tamen expressum esset, ut in 36
casu non factæ solutionis, salvum maneret
omne jus prius *Jas. d. l. 1. num. 18. versic. limi-
ta duobus modis. C. de judic. Barthol. l. si quis a-
liam post princ. de solutionib. Cæpoll. cautel. 191.*

Die ander exceptio ist gewisser vnd bestendi-
ger/ nemlich daß S. von etzlichen Mitbürgen
ihren Antheil empfangen habe/ Derwegen er die
gantze Summa nunmehr bey einem Bürgen
allein als den H. nicht fordern kan/ quatenus
† enim solutum est, catenus omnis obliga- 37
tio sublata. *in princ. Instit. quib. mod. tollit. ob-
ligat.* Et quamvis petendo † ab uno confide- 38
jussore partem creditor non intelligatur
obligationem divisisse *l. reos. C. de fidejusso-
rib.* Secus tamen si recipiat † in solutum, 39
nam recipiendo solutionem partis ab uno,
intelligitur obligationem inter omnes di-
videre, adeo ut reliqui confidejussores tuti
sint exceptione taciti pacti, ne ultra partem
suam virilem conveniri possint *l. si creditores.
ubi Barthol. Bald. Jas. & omnes Dd. C. de pact. l.
amissi. §. final. de fidejussorib. l. liberum. C. eod. l.
si per imprudentiam. §. final. de evict.* atque ita
prosit etiam absentibus, nec acceptantibus,
jure connexitatis, talis solutio, neque credi-
tor † in eorum præjudicium revocare aut 40
immutare, illisque auferre jus ita quæsitum
possit. *Jas. post Castrens. d. l. si creditores. n. 4. C.
de pact. fac. l. ult. de pact.* nisi creditor apertè
protestatus esset, se velle accipere salvo jure
solidi, & non aliter. *Cyn. in ult. not. Bald. Alb.
Salic. Jas. num. 3. num. 4. & communiter Dd. d.
l. si creditores.* quæ protestatio, ut supra osten-
di, non præsumitur, nisi probetur.

Es muß aber solche sonderbare Bezahlung/ so
von etzlichen Mitbürgen gethan vnd angenom-
men/ im Fall der vorneinung beygebracht werden
l. asseveratio. C. de non numerat. pecun. Vnnd
wenn sie dargethan/ so ist leichtlich darauß zu
schliessen/ daß die Hülff wieder den H. allein
als Mitbürgen/ vff die gantze Summa angestel-
let gar vnrechtmessig/ vnd billich zu hinderzie-
hen sey.

Dann

Dann erstlich/ so viel von etlichen Mitbürgen bezalet/ solches kan noch einmal nicht gefordert/ vnd derwegen auch kein Hülff gethan werden.

Zum andern/ weil der D. vber seinem Theil nicht zu zahlen dißfals schüldig. *ex d. l. si creditores. C. de pact.* als wird vnbillicher weise vff die gantze Summa die Hülff wieder jhn angesetzet. Cum fidejussori jus exceptionis, ex tacito pacto quæsitum, auferri nequeat. *l. final. de pact. cum aliis sup. allegatis.*

Zum dritten/ vnd wenn er schon die gantze Summa schuldig were/ so müste doch die Hülff
41 † in seinen eigenen Gütern in diesem Fürstenthumb gelegen/ erstlichen fahrenden/ hernacher/ da die nicht gnugsam/ liegenden/ vnd nicht ins Ambt S. so nicht jhme/ sondern den Graffen zustendig/ vnd darauff er nur ein Pfandtschilling hat/ welches auch ausserhalb Landes in einer anderen vnd frembden Herrschafft gelegen/ angestellet worden sein *juxta l. à divo Pio. §. 1. §. in venditione. de re judic. cum aliis sup. allegat.* quibus addi potest Matth. Afflict. *decis. 358.* Roland. à Valle. *consil. 32. num. 32. volum. 1. l. stipendia. C. de execut. rei judicat. l. final. ubi Barthol. Quod cujusq. universit. Angel. Rebuff. & alii l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Specul. de prim. & secund. decret. §. 3. in princ.*

Derwegen † solche Hülffe/ als vnformlich/ 42
vnd wieder Rechtlichen Process vnnd vblicher Ordnung fürgenommen/ billich hinterzogen/ vornichtiget vnd vffgehoben wird. *Everard. loc. ab ordin. versic. ex hoc loco potest formari*, Sicut etiam Alexander & Jason hanc opinionem amplectuntur *in d. §. in venditione.* cum JCtus ibi ponat formam, à qua recedi non debet, ne nimis gravetur debitor, & sequuntur hanc opinionem Felin. *c. quo ad consultationem, de re judicat.* Marant. *Specul. aur. in 6. parte de execut.* & refert ita judicatum fuisse Matth. Afflict. *decis. 358.* ad idem Cravet. *consil. 302. num. 5.*

Vnd achte daß darin des Herrn D. vnterthenige suchen dem Rechten gemeß/ vnd darin gnugsam ergründet sey/ per supra dicta.

Salvo.

CONSILIUM CCCXIII. DE LICITATIONE ET JURE VIDUÆ IN SUCCESSIONIBUS, AN PRÆferenda sit liberis in divisione, ac optione.

SUMMARIA.

1. *Vidua præ aliis potius jus habet in bonis mariti.*
2. *Licitatio ultra modum est permissa.*
3. *in Licitando qui vicit ei res adjudicanda.*
4. *Licitatio quid? & quid differat ab Adjectione? & num. 12. & seq.*
5. *Adjectio quid? & ejus natura. & num. 6.*
7. *Fiscus utitur jure privatorum, nisi aliter cautum sit.*
8. *L. item. §. fin. ff. de in diem addict. cum L. licet. ff. eod. conciliatur.*
9. *Jura posteriora derogant prioribus.*
10. *Contractus non tam facilè rescinduntur, ut ab initio impediuntur.*
11. *Variare in alterius, cui jus quæsitum est, injuriam non licet.*
12. *Addictionis & licitationis differentia. & n. 13.*
14. *Arbitrator ab arbitrio & voluntate semel declarata recedere non potest.*
15. *Variationes omnes sunt odiosæ.*
16. *Obligatio dolum habens non est admittenda.*
17. *in Hereditatis divisione summa est servanda æqualitas: præsertim inter liberos. num. 21.*
18. *Successio ab intestato etiam ex voluntate defuncti intelligitur devolvi.*
19. *Variare in ultima voluntate non licet.*
20. *Judex in familiæ herciscundæ judicio ex bono & æquo, & cui vult, adjudicationes facit. & num. 38.*
22. *Viduitas in hereditatis divisione attendenda.*

EX facto propositum fuit. Fuerunt cuidam plures heredes liberi, unà cum uxore vidua. Qui cum hereditaria quædam bona commodè dividere non possent, æstimatio eorum bonorum à Magistratu est facta, subsecutum est mandatum principale: Plus offerenti ea bona addicantur. Alter ex prioribus liberis ad æstimationem factam quinquaginta addidit, quam postea summam vidua adjecit, quæ cum jure sit præfe-

præferenda, cùm quia vidua defuncti
1 † *gloſſ. in l. 2. ad verb. in ſortium. C. quand. & quib. quart. pars. lib. 10. per l. unic. C. de his qui ſe def.* tùm quod prædicta prædia litigioſa diu poſſederit, & in iis etiam primum jus conſecuta ſit, nominata æſtimatione, nec aliam habitationem habeat, ut evidens æquitas pro illa faciat & præferri merito debeat *juxta not. Jaſ. in §. quadam. num. 59. cum ibi alleg. Inſtit. de actio.* quæritur: Utrum rurſus alter ille heres prior majorem quantitatem æſtimationis offerre poſsit?

2 ET quanquam in † licitationibus jure permiſſum ſciamus, ut etiam ultra modum calore licitationis quis procedere, & ſubinde ac ſæpius pretium intendere poſſit *l. licitatio de public. & vectig.*
3 & ei † qui licitando vicerit, res ſit adjudicanda *l. 3. C. commun. divid. l. 4. de vectigal.* tamen à nobis in hoc caſu contra judicatum eſt, ſententiæ hæ nobis conſtiterunt rationes.

In primis quia hic non verſamur in caſu licitationis, ſed potius adjectionis, quæ lon-
4 gè ſunt diverſæ. Licitatio † enim contractum præcedit, & quia priores licitationes ſemper minores juſto pretio ſunt, non mirum eſt, ſi augere liceat, præſertim cum hoc fiat & ad vendentis utilitatem, & in nullius licitatoris injuriam, utpote cum nulli jus ſit quæſitum, & unicuique liberum ſit, ſi pretium diſpliceat, non emere, *l. nec emere.*
5 *C. de Jur. delib.* Sed † Adjectio ſeu additio ſequitur ferè contractum, & fit poſtquam juſtum pretium oblatum fuit, ut in pactis addictionis in diem, ut in l. 1. *C. de vend. reb. civit. in l. 2. C. de locat. prædior. lib. 11.*
6 Additionum † autem hæc eſt natura, ut qui majus pretium offert, quam ante fuit oblatum & præſtitum, is ſemel tantum facere id poſſit, non modo in fiſcalibus contractibus *d. l. 2. C. de locat. prædior. gloſſ. in d. l. 1. C. de vend. reb. civit & in l. ſi tempora. C. de fid. inſtrum. & jure haſt. fiſcal.* ſed etiam in
7 privatorum, quia † jure fiſci utuntur, niſi aliter cautum inveniatur *l. item veniunt. §. in privatorum. cum ibi allegat. de petit. heredit.*

Et quamvis contra videatur ſentire Ul-
8 pian. † *in l. item. §. final. in verb. licitatus ſit ff. de in diem addict.* ubi videtur licitationem in addictione admittere: tamen ille textus, ut reliquis concilietur, rectè intelligitur, de licitatione, quam prior emptor facit, tantundem offerens quantum poſterior: in qua licitatione ſatis ibi oſtendit JCtus eum obtinere debere, ut apparet ex l. neceſſe. 8. *eod. tit.* ubi inquit, Venditorem neceſſe habere, allata meliore conditione, priorem certiorem facere emptorem, ut quod alius addidit, ipſe quoque adjicere poſſit: quod quorſum pertineret, ſi non hac adjectione prior emptor præferretur ſecundo? Nec obſtat huic l. licet. *eod. tit.* Illa enim verba: niſi paratus ſit plus adjicere priora accipienda ſunt ita, niſi ad prius pretium, quod præſtitit, paratus ſit plus adjicere prior emptor, tantundem videlicet, quantum ſecundus obtulit: & ita pulchrè hæc, antea ſatis inexplicata, conciliabuntur.

Sed ut ad rem redeamus, etiamſi maximè in addictionibus jure admiſſa fuiſſet vera illa licitatio, tamen cum jure Codicis aliter cautum inveniamus, ut ſemel tantum
augere liceat, merito poſteriora † jura de- 9
rogabunt prioribus *l. 1. ad L. Aquil. l. final. de conſtit. princ.* præſertim cum rationem habeat: ne in infinitum pretia rerum creſcant,
& contractus facile reſcindantur, qui † non 10
tam facile reſcindi poſſunt ut ab initio impediri. *l. patre. fin. in princ. ubi gloſſ. & Dd. ff.*
de his qui ſunt ſui vel alien. jur. Secundò, ne † 11
facile ac ſæpius, in alterius injuriam, cui jus quæſitum eſt, liceat variare *c. mutare. de reg. jur. in 6.*

At hic actus dubium non eſt quin addictioni longè proprior ſit quàm licitationi.
Nam † cum bona commodè dividi non 12
poſſent, magiſtratus bona æſtimarunt, certo & (ut pro facto magiſtratus præſumendum eſt) juſto pretio, quod qui ex heredibus daret, illum prædia ſequerentur, pretio reliquis in compenſationem dato. Hoc pretium mulier, quæ in poſſeſſione erat, aliique heredes obtulerunt ac depoſuerunt itaque rem quaſi jure empti, vel certè adjudicationis, cui emptio inſit, poſſidere videbantur, poſtea ne conqueri alii poſſint, mandatum eſt à principibus, ut aliis plus offerre liceret, & plus offerenti bona relinquerentur. Plus poſtea oblatum eſt: quis hoc non dicat additionem potius ſapere
quam licitationem? quæ fit † nullo ſtatuto 13
ante juſto pretio, nulli jure acquiſito, & non ad reſcindendum contractum præcedentem, ſed ad contrahendum adhibetur.

Sed quoquo modo res ſe in addictionibus habet, tamen aliæ cauſæ hic hanc variationem prohibent. Primò, is qui plus obtulit, videtur quaſi arbitrator, damnans priorem æſtimationem à Scabinis factam, aliam juſtam æſtimationem bonorum hereditariorum feciſſe, unde ut arbitrator † recedere 14

ab hac sua æstimatione non potest *gloss. & Dd. in l. final. C. de contrah. emptio. & in l. si quis arbitratu. de verbor. obligatio.* Nam etsi veré arbitrator non fuit, fecit tamen suo jure & arbitrandi facultate illi concessa, unde à semel explicato arbitrio declarataque voluntate recedere non debet *l. 1. ubi Oldrad. C.*
15 *de metall. lib. 12.* quia variationes † omnes in genere sunt odiosæ, nec facile admittendæ *l. adoptare. §. final. l. si quis. de adopt. l. final. C. de remiss. pignor.* & nemo potest mutare voluntatem in alterius injuriam *d. c. mutare.* Tenderet autem hæc nova pretii intensio in manifestam viduæ injuriam, cum certum sit eam fieri in hoc, ut aut vidua cum suis liberis bonis ante quæsitis, & diu possessis expellatur, aut ea iniquo & impenso pretio habere cogatur. Itaque cum in dolo sit offerens, aut certè res ipsa dolum habeat, ut in l. si quis cum aliter *de verbor. obligat.*
16 ejuscemodi † obligatio & intensio novi pretii non est admittenda. *Jas. in l. qui Romæ. §. inter cohæredes. num. 27. cum sequent. de verbor. obligat. l. eum qui. §. final de addict. in diem. l. final. C. de jure emphyteu.* præsertim in hære-
17 ditatis divisione in † qua summa servanda est æqualitas *l. 3. C. commun. divid. l. 3. C. commun. utriusq. judic.*

Tertiò versamur hic in divisione hereditatis, & sic exequenda voluntate defuncti. Nam etsi non agatur de testamento, sed hereditate ab intestato devoluta, tamen il-
18 la † perinde intelligitur devolvi ex voluntate testatoris, atque quæ ex testamento defertur *l. 2. in princ. l. conficiuntur. in princ. ubi gloss. & Bald. ff. de jure codicillor. Not. in §. vel singulis Inst. de pupil. substit. l. penult. §. si in articulum. versic. sed siquidem. C. de adopt.* si enim testator alios heredes habere voluis-
19 set, testamento instituisset. Constat † autem ubi quis semel eligit, statuitque in ultima voluntate, quod amplius variare, voluntatemque mutare non possit *l. apud Aufidium. de option. legat. l. servi electione. de legat. 1.* ne voluntates defunctorum ea variatione diutius extrahantur *l. final Commun. prædior. Dd. in d. l. apud Aufidium.*

Quartò, etiamsi non ageretur de ultima voluntate, tamen cum supradicta ratio d. l. apud Aufidium. hic militet: quando enim pervenietur ad exitum divisionis, si toties mutare pretia rerum liceat? merito eadem debet esse juris dispositio. *vulgatis juribus.* ut propter rationes & similitudines d. l. apud. extendit Panormitanus *consil. 11. parte 2.* ad casus longè diversos.

Postremò certum est, in † familiæ her- 20
ciscundæ judicio judicem ex æquo & bono adjudicationes facere debere *§. quædam. Instit. de actionib.* & cui velit rem adjudicare *Jas. in d. §. quædam. num. 10. Barthol. per l. 2. C. quand. & quib. quart. pars.* Etsi igitur mandato principali permissum est, ut plus offerenti prædia addicantur, tamen id non prohibet, quo minus ex bono & æquo, & ad finiendam controversiam inhiberi à judice possit variatio intensioque semel iterumque factæ æstimationis, ne contra naturam familiæ herciscundæ, & æqualitatem, quæ hic summa requiritur, pretium longè transcendat rerum veram æstimationem, atque ita inæquales constituantur heredum portiones, quod est in hoc judicio vitiosissimum *l. 3. C. commun. dividun.* & omni modo inhibendum *d. l. 3. C. commun. divid.* præser-
tim † cum inter liberos agitur *l. inter filios.* 21
C. famil. erciscund. & merito quidem, alioqui, inæqualitas inter conjunctos & æquales multas pareret discordias. Præsertim cum longe æquissimum sit dictæ viduæ ejusque
liberis propter viduitatem, quæ † hic consi- 22
deranda est *gloss. in d. l. 2. C. quand. & quib. quarta pars.* propter possessionem præcedentem, & jus quod consecuta est, propterque alias circumstantias ex actis apparentes, prædicta prædia adjudicari, quia ipsa & liberi habent justum interesse affectionis in bonis paternis & diu possessis, idque justo pretio, ex natura hujus judicii: cujus quidem pretii æqualitas teneri servarique nequit, nisi immoderatus aliorum heredum licitandi augendique pretii calor, qui non aliò pertinet, quam ad exturbandam bonis, vel certè ad perducendam ad iniquam conditionem viduam, prohibeatur.

His commoti nos rationibus judicium ita facimus, ut amplius eum qui semel auxisset pretium, post æstimationem hereditatis à Scabinis factam, non admitteremus ad ulteriorem licitationem: quod quidem mihi videtur juri & æquitati consentaneum: possentque in eam rationem plura adduci, si res esset integra: nunc cum sit retractata, &, quantum arbitror, ad exitum perducta, supervacaneum fuerit in re non necessaria, omissis necessariis occupationibus, diutius laborare.

DE

DE EADEM MATERIA ET QVÆSTIONE, RESPONSUM AUTORIS AD AMICUM.

SUMMARIA.

23. *in Divisione extrajudiciali, omnibus paribus, sorte res dirimenda est.*
24. *Viduæ datur optio in divisione ad bona retinenda vel pretium offerendum.*
25. *Præferri debet in electione, cæteris paribus, is pro quo est æquitas.*
26. *Bona apud ipsum manere debent, qui in licitatione superior est.*
27. *Licitatio ubi permissa, aucto pretio, iterum illud augeri potest.*
28. *Judex familiæ herciscundæ licitationi adstrictus non est.*
29. *Voluntas humanum petentis, in ambiguo, probanda.*
30. *Pretium augendi licentia in infinitum extendenda non est.*
31. *Variationes ad alterius injuriam tendentes, odiosæ.*
32. *in Ultimis voluntatibus heredes & legatarii mutare voluntatem non possunt.*
33. *Ultimæ voluntates, & controversiæ hereditariæ, diutius protrahendæ non sunt.*

CLarissime D. D. feci quod petieras, ut super quæstionibus propositis quid de jure verè responderi possit perquirerem: Etsi autem rem ipsam investigatione attingere non potui, tamen quid mihi videatur volui tibi significare.

AC de prima quæstione: an vidua tantundem offerens quantum alter præferenda sit, ais te non dubitare: in quo facile tibi assentior. Quanquam enim
23 omnibus† paribus sorte res esset dirimenda in extrajudiciali divisione *l. final. C. commun.*
24 *de legat.* tamen viduæ † merito hoc casu datur optio ut aut bona retinere possit aut pretium cessante sorte *gloss. in l. 2. ad verb. in sortium. C. quand. & quib. quarta pars. lib. 10. per l. unic. C. de his qui se defer. lib. 10.* præsertim cum dicta bona jamdiu possederit eoq; plus
25 juris in iis quam alter habere videatur: qui† autem quoquo modo plus juris habet aut pro quo facit æquitas, is ubi par est singulorum coheredum licitatio, neq; alter altero plus offert, præferri debet *Jas. in §. quadam. num. 59. cum ibi allegat. Instit. de actionib.*

Secundò, quæris: Utrum alter ille rursus majus offerre pretium possit, an vero sit exclusus, pretio semel jam constituto, neque amplius mutare voluntatem debeat? quod satis ambiguum est. Nam videntur† penes il- 26
lum debere manere bona, qui superior in licitatione extiterit *l. 3. C. commun. divid. l. 4. C. de vectigal.* quod † si licitatio hoc casu admitti- 27
tur, certe nemo prohibendus videtur, quin si quis post illum pretium auxerit, rursum posset augere *argum. l. item quod. §. final. d[illegible]n diem addict. tex. in l. licitatio sive locatio. de publican. in princ.*

Sed in hac causa non admodum puto licitationis jus attendendum, cum illi † judicis 28
religio non astringatur in materia familiæ hercifcundæ, sed possit cui velit rem adjudicare *d. l. ad officium. ubi not. Jas. in d. §. quadam. n. 10. Barthol. in l. 2. C. quan. & quib. quart. pars.* Et quia in istiusmodi electionum ac divisionum ambiguitatibus, quod æquius est sequi decet, ejusq; † probare voluntatē qui, quod 29
humaniꝰ est, petit *l. final. C. qui bon. ced. poss.* arbitror viduæ esse consulendum, quæ nullam habitationis sedem habet, præsertim cum illud non magnopere intersit aliorum coheredum, quibus abunde alioqui satis est.

Porro alteri illi coheredi non existimo dandam facultatem intendendi rursus pretium, & mutandæ voluntatis.

Primum, quia justum pretium excessum esse videtur, accessione quinquaginta aureorum, quæ adjecta est ad æstimationem, antea ab arbitratoribus factam: unde non † in 30
infinitum hanc patere oportet augendi licentiam, præsertim inter coheredes: ac potius qui semel statuit pretium, amplius mutare voluntatem non debebit, cum hæ † va- 31
riationes sint odiosæ *l. adoptare. §. final. l. qui liberatus. de adoptionib. l. si quis. C. de reb. credit. l. final. C. de remiss. pignor.* præsertim quando tendunt in alteriꝰ injuriā *c. mutari. de reg. jur. in 6.*

Secundò, quoniam † inductum est in ulti- 32
mis voluntatibus, ut mutari voluntas in eligendo statuendoq; amplius ab heredibus & legatariis nequeat *l. apud Aufidium. ubi Dd. de option. legat.* idq; ideo, ne † voluntates defun- 33
ctorum, & rerum hereditariarum controversiæ, diutius protrahantur *Dd. d. l. apud. per l. fin. commun. prædior.* quæ ratio cum & hic militet (res enim non inveniet exitum, si sic rerum pretia variare aut augere pro arbitrio liceat) eadem quoq; juris dispositio esse debet: quemadmodum & propter eandem rationem d. l. apud Aufidium. ad similes casus Panormitanus extendit. *consil. 11. parte 2.*

Deinde videtur hic subesse dolus plus offerentis, vel ad evertendam bonis viduam vel certè ad afficiendum damno. Nam cum semel æstimationem justam, ab arbitris constitutam, egressus sit, oblato majore pretio, si nunc, postquam illud ipsum præstare parata, sit vidua, rursus aliud majꝰ offerat, quis non judicabit, illum id non ex recto & bono facere: sed eo fine, ut vel deterrita impenso pretio vidua bona deserat, vel illa injusto pretio habere cogatur? Itaq; cum in dolo sit offerens, vel certè res ipsa dolum habeat, ut in l. si quis cum aliter. *de verbor. obligation.* e-
34 jusmodi † oblatio & intentio pretii non est admittenda *l final. C. de jur. emphyteut. l. eum qui. §. 1. de in diem addict. Jason in l. qui Romæ. §. inter coheredes. n. 27. cum sequent. de verb. obligat.*
35 Præterea in † similibus licitationibus, ubi timetur ne alteri fiat injuria, non permissum est nisi semel pretium augere *l. 2. ubi gloss. C. de locat. prædio. lib. 11. l. 1. cũ gloss. C. de vend. reb. civit. lib. 11. gloss. in l. si tempora. C. de fid. instrum. & jur. hast. fiscal. lib. 10.* quæ jura, etsi loquantur in publicis locationibus & venditionibus, tamen quid prohibet, in tanta hujus causæ æquitate, idem jus in privatorum rebus obtinere? Nec enim ignotum est, fiscum & privatos eodem jure uti, nisi aliter definitum expresse inveniatur: juraq; † quæ 36
obtinent in fisco etiam ad privatos pertinere *l. item veniunt. §. in privatorum. cum alleg. ibi per gloss. conc. de petit. heredit.* Quid? quod etiam in privatis hoc cautum est, ne, qui † ut 37
arbitror pretium rei statuit, mutare amplius posset *gloss. & Dd. in l. final. C. de contrah. empt. & l. si quis arbitratu. de verb. obligat. gloss. l. in proposita. ff. pro Soc.*

His ergo de causis motus, cum præsertim judici, in familiæ herciscundæ judicio, permissum sit, ex bono & æquo adjudicationes licitationesque facere pro arbitrio *d. l. ad officium. §. quædam. Instit. de actio.* arbitror, inhibendã esse hanc licentiam intendendi pretia ultra æquum & bonum, & in injuriam alterius variandæ voluntatis protervitatem, maximè ut res exitum invenire æquabilem, & consuli viduæ defuncti, quæ alioqui ubi se recipiat non habet, possit: qua à sententia nec tuam E. abhorrere intelligo. Salvo.

Consilium CCCXIV.
DE FELONIA.

SUMMARIA.

1. *Testis ad observantiam actus, cui adjungitur, non obligatur.*
2. *Articuli accusationis delictum specialiter cum omnibus circumstantiis continere debent.*
3. *Clausula insolita fraudis suspicionem facit.*
4. *Conditio: quatenus jus, æquum & honestas permittit, omnibus pactis generalibus inest.*
5. *Illicita in omni conventione excepta creduntur.*
6. *Persuadens quid alicui, ad quod non tenetur, in dolo est.*
7. *Deceptus pro volente non habetur.*
8. *Persuasio dolosa plus est quàm violenta coactio.*
9. *Concussio quid?*
10. *Muneribus ultra salarium acceptis concussio fit: non tamen locum habet pœnâ concussionis. num. 12. & 15.*
11. *Judex vel alius officialis cum subditis contrahere, & munera ultra salarium exigere, prohibetur.*
13. *Pœna concussionis tùm locum habet, quando verè terror est illatus: non præsumptivè.*
14. *ex Præsumptionibus in delictis nemo damnari solet.*
15. *Pœnalibus constitutionibus locus non est, nisi quatenus verba inferunt.*
16. *Princeps vel Dominus subditum vel ministrum suum metuere ac revereri non præsumitur.*
17. *Constitutiones pœnales, sine manifestâ ratione identitatis, non sunt extendendæ.*
18. *Probandum est evidentius quod minus præsumitur.*
19. *Pœna stellionatus in honestioribus amotionem ab ordine, aut relegationem temporalem excedere non debet.*
20. *Dolus post contractum perfectum interveniens, eum non annihilat.*
21. *Donatio ob causam expressam non adimpletam revocari potest: ob tacitam verò non.*
22. *Princeps ex contractibus, quos facit cum subditis, tenetur sicut privatus.*
23. *Princeps donationes revocare non potest.*
24. *Restitutioni in contractibus non quilibet metus locum facit, sed majoris mali, & qui in constantissimum hominem cadit.*
25. *in Dignitate positus vel administratione metum in contrahendo subditis intulisse non præsumitur: nisi probetur.*
26. *Metus reverentialis interdum rescissioni locum facit.*
27. *Metus ex contractus qualitate & circumstantiis probandus.*
28. *Permutatio est contractus bonæ fidei.*
29. *Contractus bonæ fidei, quibus dolus causam dedit, ipso jure nulli sunt.*

Dolum

30. Dolum contractui causam dedisse quomodo probetur.

31. Emens contra legis vel testatoris dispositionem in dolo est.

32. Argumentum à lege ad testatorem validum.

33. Permutatio venit verbo Alienationis.

34. Tutor qui clam cum pupillo contrahit dolosè agere præsumitur.

35. Respublica comparatur pupillo.

36. Consilium non obligat dantem illiusq; heredes.

37. Officiales & Consiliarii stipendiis suis contenti esse debent.

38. nec præter esculenta & poculenta quotidiana quid accipere;

39. ne quidem à volentibus.

40. aliàs præsumitur concussio: præsumptione juris & de jure. n. 44.

41 & quod acceperunt confiscatur: & quadruplum exigi potest. n. 43. prætereaq; ab officio cum infamiâ removentur. n. 44. & criminaliter puniuntur. n. 45.

42. de Officialibus ultra salarium munera accipientibus, quod in jure dispositum, etiam in Consiliariis ex publico stipendia habentibus locum habet.

46. Concussionis pœna extraordinaria & arbitraria est.

47. Pecuniam propterea accipiens, ut magis aut minus quid ex officio faceret, lege Jul. repetund. tenetur.

48. Pœna L. Juliæ repetund: est exilium, vel durior, ut confiscatio & fustigatio.

49. Pœnæ legales pœnis statutariis tolli non solent.

50. Arbitrium judicis legibus conformandum.

51. Officium gratuitum esse debet: præstitum tamen remunerari potest.

52. Officialis vel Judex post rem expeditam remunerationem accipiens, pœnâ concussionis non tenetur.

53. Consulentes illicitè ad habendam pecuniam, in crimen concussionis ac repetundarum incidunt.

54. Proxenetis nuptiarum remunerationem dare licet.

55. Personæ matrimonium contrahentes muneribus ad illud allici possunt & n. 65.

56. Tutores, Curatores & Administratores an muneribus ad contrahendum matrimonium licitè permoveri possint? adde num. 65.

57. Consiliarius, qui explicandi negotii spem vendit, judicem infamiâ afficit, & fustibus cæditur.

58. Judex, qui sententiam, etiam justam, vendit, falsi crimen committit.

59. Nundinatio spei vel victoriæ in omni officio probibita. & num. 60.

61. Officialis æq; tenetur extra judicium accipiendo pecuniam, atq; in judicio.

62. Tutor pupilli facultates ad alendum ipsum sufficere falsò negans, gravem ipsi facit injuriam.

63. Libertus patronum contemnens, vel ignominiâ afficiens, fustibus castigatur.

64. Pacisci de rerum controversarum eventu, illicitum est.

66. Consiliarius revelans secreta fit perjurus.

67. Perjurii pœna quæ?

68. Pecunia illicitè accepta exigi & confiscari potest, etsi criminaliter agatur.

69. Fur est qui scienter accipit id, quod scit sibi non deberi.

70. Reticentia dolosa in crimen stellionatus incidit.

71. Furtum non fit volenti, nec ab eo, qui putat Dominum assensurum.

72. Illicita fraudulenter fieri præsumuntur.

73. Furtum in instrumentis & literis, lucri causa surreptis, committitur.

74. Falsum committitur, si testamentum vel alia instrumenta, non lucri, sed veritatis occultandæ causa, surripiuntur. An & in privatis instrumentis? vid. n. 76. & seqq.

75. Furtum definitur.

77. Publicum instrumentum est, quod à publica est factum persona.

78. Crimen falsi etiam in privatis scripturis committitur.

79. L. Paulus. ff. ad l. Corn. de fals. explicatur.

80. Resignans literas alienas ad occultandam veritatem falsum committit.

81. maximè si Principis sint literæ.

82. & in archivum publicum relatæ.

83. Pœna falsi ordinaria est deportatio cum bonorum publicatione: interdum & arbitraria.

84. Literas veras qui amovit tantum, non falsas fabricavit, mitius puniendus.

85. Sententiam mitiorem Doctoribus variantibus sequi, tutius est: præsertim in pœnalibus.

86. Nobilem se mentiens falsi crimen committit.

87. Plebejus quis magis præsumitur quam nobilis.

88. in Possessione Nobilitatis qui est, ab onere probandi relevatur: præsertim si est diuturna. num. 89.

90. Possessio dolosa vel furtiva non relevat ab onere probandi.

91. Nobilitas etiam per famam probatur.

92. Nobilitas per communem opinionem verè non contrahitur.

93. Nobilitas à parentibus derivatur in filios. & num. 96.

94. Nobilis quis judicatur ex antiquitate generis: & ex nomine præsumptivè. num. 95.

97. Possessio patris in filios continuatur.

98. Heres probabilem habet ignorantiam, ut qui contra dicit id probare debeat.

99. Vasallus iis ex causis feudo privari potest, propter quas filius exheredatur, & donatio revocatur.

100. Graves tamen esse debent: licet aliquando ex culpa amittatur.

101. Una gravis causa ad privationem feudi sufficit.

102. Libertus propter levem causam in servitutem revocari potest.

103. An Vasallus liberto comparetur in amissione feudi? & n. seqq.

104. Argumentum à Majore ad minus affirmativè non valet.

105. Argumenta probabilia cessant, quando res textu est decisa.

106. Comparatio quando non fit simpliciter, sed secundum quid, non procedit, quando in comparato est dissimilitudo.

107. Libertus inæstimabile beneficiũ accipit à Domino.

108. Feudum ipso jure committitur; sententia tamen declaratoria requiritur.

109. Feudum novum commissum ad Dominum revertitur.

110. Antiquum tunc, quando propter injuriam Domino factam revocatur.

111. exclusis non modo liberis.

112. sed etiam agnatis.

113. secus si aliis ex causis.

114. Vasallus concutiens dominium feudo privatur. Explicatur ibid.

115. Beneficium ac feudum amittitur, si id non fiat, propter quod datum est.

116. Donationes propter causam impulsivam cessantem factæ non revocantur.

117. Remuneratoriæ donationes propter ingratitudinem non revocantur.

118. Vasallus Domino non minorem debet reverentiam, quàm libertus patrono.

119. Injuria, quam vasallus in Dominũ committit, ratione personarum non statim atrox est, nisi & re ipsa sit atrox.

120. Vasallus sine magna culpa devestiri non debet aut potest.

121. Lex author injuriarum non est.

122. Permissum lege quod est, pœnam nõ meretur.

123. Promittens factum alienum putativum, injuriarum non tenetur.

124. Injuria ex animo & affectu injuriantis æstimanda.

125. Contumelia à contemnendo dicta est.

126. Vasallus magnum Domini bonis damnum inferens feudo privatur.

127. Læsio enormis & magna est, quæ æquat aut superat dimidium ejus, ad quod refertur.

128. Lucri cessantis & damni illati in pœnalibus non eadem est ratio.

129. Vasallus secreta domini revelans feudum amittit. Declaratur ibid.

130. Generalitas obscura est, & nihil aperit.

131. Paria sunt nihil dici, aut ita dici, ut in specie intelligi non possit.

132. Exitus acta probat.

133. Non quid evenire potuit, sed quid evenit, inspiciendum, adde num. 136.

134. Negotia Domini facilia vasallus faciens difficilia, feudo privandus.

135. ab Animo quando quid pendet, juramento id declarari potest.

136. Ingratitudo an & quatenus sit causa amissionis feudi.

137. Libertus propter ingratitudinem in servitutem revocatur.

138. Perjurus feudo est privandus. Limitatur num. 142.

139. Limitata causa limitatum producit effectum.

140. Separatorum separata est ratio.

141. ab Uno non fit rectè illatio ad aliud.

143. Proditor feudo privatur.

144. Proditor quis dicatur?

145. Vasalli multis sunt subjecti periculis, & facilè possunt illaqueari.

146. Causæ, propter quas feudo Vasallus privandus, quinque testibus probandæ sunt.

147. nec ex præsumptionibus, sed probationibus indubitatis judicandæ.

148. & omnes pendent ex arbitrio judicis.

149. Acta in uno judicio fidem faciunt in alio.

PLura sunt accusationis in N. intentatæ capita, de quorum jure, etsi non audita defensione respondere difficile est, tamen quando res moram non patitur, conabimur, approbante DEO, ad singulos articulos, ea quæ maximè vero & legibus videbuntur consentanea, investigare.

PRimò quod accusatur contra testamentum Principis, in quo testis fuit, fecisse, gravare quidem potest ejus causam, per se autem in delictum aut pœnam non cadit, cum certi juris sit, testem † ad observantiam actus, cui adhibetur, non 1
obligari *l. Cajus. ubi gloss. Barthol. & Dd. de pignorat. action. l. si pater. C. de fidejussor. l. fidejussor. §. 1. ubi gloss. de pignor. gloss. & Canon. in c. quanto. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capit.*

Secundò, quod querelas ordinis equestris impediente N. non esse auditas, quod-

que

que quorundam consiliorum, quorum ipse
N. esset architectus, culpam in Illustrissi-
mumPrincipem reiecisse dicitur, obscurum
& generale est, magisque aggravat reliqua
delicta, quam per se crimen est. Notum e-
2 nim est, accusationis † articulos specialiter
& consignatè & de delicto, omnibusque
circumstantiis, loqui oportere *l. libellorum.*
ubi Dd. de accusat. Sane si in specie ostendi
posset, malorum aliquorum consiliorum à
se inventorum culpam in Principem tran-
stulisse N. dubium non est, hoc ad injuriam
Principis pertinere.

Tertiò cum susciperet administrationem
& prçfecturam Curię, insimulatur in instru-
mento obligationis, invito & renuēte Prin-
cipe, hanc clausulam inseruisse: **das J.F.G.**
jhm zu folgen sollen schüldig sein/ quæ videtur
esse insignis contumelia, Principem in suam
redigere potestatem, cum sit contra naturā,
ut servus præsit domino, & alioqui hęc clau-
3 sula, ut insolita, † fraudis suspicionem facit,
c. 2. ubi post gloss. & Panorm. Felin. in princ. n. 16.
de usucap. præsertim cum eventus postea do-
cuerit, fidem hujus clausulæ, N. multa iniq;
& injustè à Principe extorsisse. Huius puncti
veritas est, quod hæc clausula per se crimen
non habeat: nō enim novum est, Principes,
præsertim cū plures sunt ætate minus adul-
ta, gubernari consilio gravium & sapientum
virorum, sicut rex Galliæ Parlamento suo est
obstrictus. Deinde eam clausulam ipse N. sic
interpretatus est, ut nō pertineret ad perso-
nas Principum, sed solummodo respiceret
administrationem. Præterea ea clausula sic
fuit intelligenda, ut hactenus obligati essent
Principes sequi & attendere N. quatenus jus,
æquum, honestas permitterent: hæc enim
4 conditio † generalibus istiusmodi pactioni-
bus, propter bonam fidem, inest *l. creditori. §*
penult. ff. mandat. l. Thais. §. sorore. de fidecommiss.
libertat. l. si societatem. §. final. cum LL. seqq. ubi
Barthol. ff. pro Socio c. ad nostram. 2. ubi Canon. de
5 *jurejur.* & illicita † semper credūtur excepta
gloss. singular. in c. episcopo. in verb. nulli pandit. de
jurejur. and. in 6. fac. l. nemo. §. si jussu. de re judicat
sed in eo contra officium ac fidem fecit N. si
hac clausula, quæ ad jus, utilitatem Principis
& subditorum erat exigenda, abusus sit N. ad
privatum suum quæstum, extorquendasque
donationes, cum dispendio Principis, & bo-
norum Cameræ ducalis diminutione. Nam
videtur vim quandam Principi intulisse *l. 1. §.*
quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non detur. Castren.
6 *consil. 231. in quæst. n. 2.* & † in dolo est qui per-
suasit principi, quasi virtute dictæ clausulæ
obligatus esset princeps, ut quicquid vellet
concederet, etiam cum suo detrimento, cū
eam vim clausula nō haberet, *l. servus. §. final.*
l. si legatarius. ubi gloss. l. cum quis persuaserit. l.
quidam debitor. ff. de dol. mal.

Nec hic locum habet regula vulgaris: sci-
enti & consentienti non fieri injuriam neq;
dolum; quia ea non obtinet, quando ab al-
tera parte est volūtas, ab altera persuasio do-
losa, is † enim qui decipitur pro non volente 7
habetur, ut eleganter explicat Dyn. *in c. scien-*
ti. de regul. jur. ubi etiam addit, quod ejusmo-
di dolosa † persuasio plus est quam violenta 8
coactio *per l. 3. §. si quis volentem. de lib. hom. &*
gloss. l. 1. §. persuadere. de servo corrupt. & hanc
Dyni limitationem sequitur Cyn. *in l. unic. §.*
penult. per illum text. n. 2. C. de rapt. virgin. ubi a-
it: hanc voluntatem, quæ persuasione indu-
citur, non esse ordinatam: & sequuntur *ibid.*
Bald. *n. 20.* Salic. & communiter scribentes,
item Barthol. & Dd. *in l. 1. §. usq. adeo. de injur.*
& facit etiam textus *in l. cum C. de apost. l. rapto-*
res. in fin. C. de episcop. & cler. l. unic. cum gloss. C.
de Salagm. hosp. non præstand. lib. 12. In specie ta-
men probandum esset, quid virtute huius
clausulæ à principe abstulisset.

Nam quod insimulatur, quartò duos pa-
gos **H. vnd T.** ex bonis Cameræ ducalis hac
ratione acquisivisse, videtur non tam intui-
tu dictę clausulæ, quam aliis ex causis eos pa-
gos parasse. Etenim quod ad **H.** attinet, con-
stat eum pagum N. fuisse à Principe conces-
sum multo ante, quam hæc obligatio, cui d.
clausula inest, conscriberetur: ut dici ne-
queat, huius clausulæ prætextu eam donati-
onem factam, præsertim cum ex literis Prin-
cipis appareat, eo factum esse, ut N. hac li-
beralitate ad obeundum fungendumque,
quod principes vellent munus, induceretur.
Quod cum ita sit, nemo dixerit huic donati-
oni crimen commissum inesse. Concussio † 9
enim dicitur, ut & nomen à violentia tractū
indicat, quando superior à subditis, vel qui
vim verisimiliter adferre potest, ut miles
minis & terrore, quid aufert *l. 1. ubi gloss. de con-*
cussion. c. militari 23. q. 1. Speculat. in tit. de leg. §.
superest. n. 22. vel cum judex aut alius in suo
officio petit ab iis, qui denegare metu maio-
ris mali vel ob reverentiam non possunt, &
in eo casu loquitur textus cum glossa *in cap.*
quoniam distinct. 18. & in c. fin. 14. quæstio. 5. Spe-
culat. tit. de exec. §. 1. n. 5 & in tit. de recusat. n. 18.
& sic concussionem † fieri accipiendis mu- 10
neribus ultra salarium interpretatur *Jas. in*
§. quadrupli. n. 3. Instit. de actionib. nam † sicuti 11
judex, vel alius in officio positus, prohibetur
cōtrahere cum subditis, ratione præsumptæ
impressionis *l. non licet. l. qui officii. l. si in empti-*
one. §. final. de contrahend. empt. l. principalibus.
ubi Dd. si cert. petat. l. penult. cum ibi not. Cod. de
his quæ vi met. caus. l. unic. C. si quacunq. præd. pot-
est. eadem ratione etiam munera ultra sala-

rium accipere *l. solent. ubi Barth. Bald. & Dd. de offic. proconsul. l. unic. C. de contract. jud.* itaq; si quid ultro exigant, videntur teneri de cōcusione, propter præsumptam violentiam
12 *jurib. præalleg.* neq; † tamen propterea pœna extraordinaria criminali concussionis eos
13 teneri arbitror, tùm quia † pœna concussionis tantum locum habet, quando verè terror illatus est *l. 1. de concuss.* non quando tan-
14 tum est præsumptus: ex † præsumtionibus enim in delictis nemo damnari solet *l. final. cum ibi not. C. de probat. c. literas de præsumpt.*
15 neque † pœnalibus constitutionibus locus est, nisi quatenus verba inferunt *l. tribunus. ubi Bald. in 2. notab. C. de testam. milit. Alciat. in d. l. principalibus.* tùm quod alia pœna in hoc sit nominatim constituta, tum quod hoc casu concussionis pœnæ nunquam facta sit mentio *d. l. non licet. l. aufertur. §. quod à præside. ubi Barthol. post gloss. de jur. fisc. l. judices. C. de dignit. lib. 12.* Porro tali metu vel reverentià ad hanc donationem subdito suo N. faciendam, vel ad eam confirmandam inductum esse Principem, & N. in concussionis crimen
16 incidisse dici qui potest, cum revereri † aut metuere subditum & ministrum suum Princeps omnino non præsumitur? *l. final. in princ. cum ibi not. de eo quod met. caus. Bald. in l. final. C. de rescind. vendit.* Imo etiamsi reliqui officiales, ultra salarium exigentes, pœna concussionis tenerentur; tamen non putarem hic eam locum habere, cùm quia nusquam legitur, eum qui à superiore quid exigit, impetrat & accipit ultra salarium, concussionis crimen committere; erubescimus autem si-
17 ne lege loqui, nec † temere pœnales constitutiones, sine manifesta rationis identitate, sunt extendendæ *Jas. late in §. tripli. & §. quadrupli. inst. de action.* Alia autem est ratio à subdito exigere ubi præsumitur impressio & concussio, non à principe & superiore.

18 Quo autem minus † præsumitur, eò evidentius est probanda *c. quia verisimile. de præsumpt.* Quodque eo minus hic admittendum est, quia causa hujus donationis, civilis & legitima est in literis Principis expressa, sicuti paulo ante dictum est, ut nec dici posit contra testamentum Principis hanc alienationem factam esse, quippe quæ testamentum præcesserit. Illud magis vitio verti posset, quod arguitur N. conditiones donationis à Principe factæ, ipsum celasse, amotis etiam literis & instrumentis, quæ de modo donationis loquebantur, ut sic liberè, & sine ulla obligatione, pagum obtinere posset, quo nomine tenetur de dolo & crimine stellio-
19 natus, cujus pœna extraordinaria, quæ † tamen in honestioribus amotionem ab ordine, aut temporalem relegationem, excedere non debet *l. 3. in fin. de crim. stellion.* Et quamvis hic † dolus, qui donatione jam perfecta 20
intervenit ab eo, qui conditiones celavit neque præstitit, non annihilet contractum *l. ea conditione. C. de rescind. vendit. junct. §. 1. Instit de donationib.* tamen dici potest, si N. datus est pagus H. eo nomine, & ob † hanc expressam 21
(aliud enim est in causâ tacitâ & in mente retentâ. *l. si repetendi. C. de condict. ob caus.*) causam, ut quoad principes vellent ipsorum Curiæ præfecturam gereret, & hanc ipse conditionem sive modum donationis celavit, neque præstitit, ita ut aliis muneribus & salario, ad eum in officio retinendum, opus fuerit, hanc donationem jure revocari & agi posse ex l. 1. C. de donat. quæ sub modo. *l. 3. 4. 5. l. dicta vi. l. si libere. C. de condict. ob caus. c. verum. cum gloss. fin. ubi Canonist. de condition. apposit.*

Alterum pagum T. à Principe habet per dolosam, ut insimulatur, permutationem, & in ea fortasse valuit superior clausula: folgen müssen/ contractus tamen difficulter revocari posset, ex eo capite, quod Princeps videatur ab ipso esse coactus ad permutationē, Princeps † enim ex contractibus, quos 22
facit cum subditis, obligatur sicut privatus *vid. Alciat. præsumpt. reg. 3. n. 5. cum ibi notat. Dd. in c. 1. de probatio. & in l. digna vox. ubi Cyn. & Bald. C. de legib.* nec † potest revocare donati- 23
ones *Roman. consil 352. quæritur. n. 22. & c. 1. de nat. feud. gloss. in c. ad apostolos. de re judicat. l. 6. l. penult. ubi Bald. per illum text. C. de donat. inter vir. & uxor. & in l. sancimus §. 1. C. de donat. & in l. 1. de cōstit. princ. & in l. final. de senator.* Nec † qui- 24
libet metus facit locum restitutioni in contractibus, sed majoris mali, puta verberum vel vinculorum *l. 5. cum gloss. ff. de eo quod met. caus. l. interpositas. C. de transactio.* & qui in constantissimum hominem cadere posset *l. metum eod. tit.* Et † quamvis sit in dignitate, eti- 25
am quæ administrationem habeat, positus, non tamen præsumitur subditis metum in contrahendo adhibuisse *l. ad invidiam. C. de his quæ vi metus. caus. Alexand. consil. 240. perspectis. n. 9. per c. final. cum ibi notat, qui cler. vel vovent. cum aliis allegat. Barthol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de oper. nov. nunciat.* nisi evidenter probetur *l. penult. C. eod. tit.* unde potest præses vel prætor, qui aliàs cum subditis propter metum impressionis contrahere prohibetur, cum iis qui sibi non sunt subditi, licitè contrahere. *Jas. post alios. in l. principalibus. in 3. limitatione. ff. si cert. petat. per l. quisquis & ibi Dd. C. eod. tit.* quanto minus præsumi debet aut potest ab administratore & subdito principem esse coactum ad contrahendum *Dd. l. final. de eo quod met. caus.* Nam † etsi 26
quandoq; etiam metus reverentialis rescissioni

sioni contractus per officium judicis viam
faciat *gloss. in d. l. 1. §. quæ onerandæ. ad verb.*
metu. quarum rer. act. non det. l. final. §. 2. ubi
Barthol. de eo quod met. caus. & in l. penult. ff.
de furt. tamen hoc non aliter obtinet, quàm
si de minis constet, & personæ qualitas, cui
reverentia tribuitur, timorem aliquem ju-
stum inducat, ut tradunt communiter Dd. *in*
l. interpositas Cod. de transact. Jas. latè in §. qua-
drupli. num. 61. cum ibi allegat. Instit. de actionib.
Canon. in cap. causam matrimonii. de offic. dele-
gat. fac. l. si patre cogente. de rit. nupt. Alexand.
consil. 122. quoniam. volum. 6. Supradictæ au-
tem clausulæ, vel personæ ipsius N. nimia re-
verentia Principem coactum esse contrahe-
re, vereor ut probari possit, cum & præsum-
ptio juris sit in contrariũ, *d. l. final. de eo quod*
met. caus. ut non ex præcedentibus rationi-
27 bus & scripturis, sed † ex specifica ipsius con-
tractus qualitate & circumstantiis metum
probari oporteat, *d. l. interpositas ubi gloss. ad*
verb. qualitas. Itaque multo minus hic crimẽ
concussionis admisero, cum illud tãtum lo-
cum habeat, quando supra salarium munera
& largitiones extorquentur, sicuti supra di-
ctum est: at hic non de largitione, sed de cõ-
tractu permutationis licito, nec lucratio, sed
in quo hinc inde res præstatur sermo est, *cap*
1. §. final. de feud. guardia. ubi And. de Isern. Aliud
etiam est in principe, quam in subdito *Bald.*
in l. cum ipse tutor. C. de contrab. empt. fac. au-
then. quibuscunq. Cod. de jur. vectig. Sanè si
probari possit, dolo malo ad permutatio-
nem faciendam principem inductum esse,
contractus ipso jure esset nullus. permuta-
28 tio † enim est contractus bonæ fidei §. *actio-*
num. Instit. de actionibus. l. 2. C. de rer. permutat.
29 *c. cum venerabilis. de except.* contractus † au-
tem bonæ fidei, quibus dolus causam dedit,
sunt ipso jure nulli *l. & eleganter. ubi gloss. Bar-*
30 *thol. & Dd. de donat. l. 3. ff. pro soc.* Dolum † au-
tem contractui causam dedisse potest pro-
bari, vel quia persuasit N. Principi hanc per-
mutationem, fraudulenter commendando
quod ipse offerebat, & elevãdo quod à Prin-
cipe postulabat *l. quod venditor. ff. de dol. mal.*
vel quia scienter fecit contra testamentum
patris Principis, cui fuit testis adhibitus, in
quo ordinatum fuit, ne quid de bonis Ca-
meræ ducalis (inter quæ etiam est dictus pa-
gus) alienaretur. Qui enim facit contra id,
quod prohibitus est, vel debet facere, est in
31 dolo, vel qui † emit scienter contra disposi-
tionem legis & testatoris, *l. quemadmodũ. C. d.*
agric. & censit. c. qui contra. de reg. jur. in 6. argu-
endo de lege ad testatorem & consuetudi-
32 nem, quod † argumentum plurimum in iu-
re valet, *l. final. C. de reb. alien. non alien. Dd. in d.*
33 *l. filiusfam. §. divi. ff. d. legat. 1.* Permutatio † e-
nim venit verbo alienationis *authen. si ea*
permutatione. C. de sacrosanct. eccles. cap. 1. de rebus
eccles. vel quia occasione & intuitu supradi-
ctæ clausulæ principem ad contrahendum
perduxit, *d. l. quod vend. ff. de dol. mal.* vel quia
clam omnibus consiliariis hunc contractum
cum principe fecit. Ut enim † tutor dolo- 34
sè agere præsumitur, qui clam cum pupillo
contrahit, *l. cum ipse. ubi gloss. & Dd. Cod. de con-*
trab. empt. Angel. consil. 96. num. 2. Socin. consil. 42.
3. parte. Corn. consil. 198. volum. 1. num. 17. l. non ex-
istimo. de administrat. tutor. l. pupillus. §. item i-
psum. in verb. quia non bona fide videtur rem
gessisse, *cum gloss. ibidem de authorit. tut.* ita
quoque & reliqui administratores qui in
officio cum repub. aut principe, cui servi-
unt, secretò contrahunt, nam † prædictæ 35
LL. etiam in omnibus officiis publicis & pri-
vatis locum habent *gloss. & Dd. in d. l. cum ipse*
tutor. & in l. penult. C. de his quæ vi metus. caus.
tex. in d. l. si in emptione §. final. & in l. non licet. l. pe-
nult. C. de rescind. vẽdit. fac. tex. in l. donatio. circa
fin. C. d. donatio. l. final. de rit. nupt. Corn. cons. 325
n. 10. vol. 1. Dolus etiã satis probatur ex quali-
tate facti, cui inest præsumptivè, etiamsi præ-
cisè non probetur. *gloss. in l. 1. de except. ubi Dd.*

Quod si dolus probari nequit, tamen in
subsidium potest agi ex l. 2. Cod. de rescind.
vendit. si enormis sit læsio. Nam etsi dolus
re ipsa contractibus inesse dicitur, tamen is
contractum non rescindit, nisi enormissima
sit læsio, *l. si quis cum aliter. 36. ff. de verb. obligat.*
§. Illud sanè admitti nequit, ut revocari pos-
sit alienatio, quia contra prohibitionem te-
statoris Principis facta. Nam sive tantum
consilium † fuit, neque heredes nec N. obli- 36
gavit, *l. 2. in fin. mand. §. 2. Institut. eod. l. consilii.*
cum ibi notat. de regul. jur. Sin dispositiva pro-
hibitio, neq; principes obligavit, cum quia
facta in bonis feudalibus, non appropriè
quæsitis, sed antiquis, quarum alienatio-
nem Principi auferri mos non patitur: sive
quia facta sine designatione certæ personæ,
l. filiusfamilias. §. divi. ubi Jas. latè de legat. 1. &
præsumitur facta in favorem heredum, qui
illi possunt renuntiare, *l. penult. C. de pact.*
quod ipsum etiam indicant verba testamen-
ti, quibus permittitur alienatio quando o-
mnes tres consentiunt. Non etiam habet lo-
cum tit. C. de petit. bon. sublat. lib. 10.

Quintò accusatur N. in suo officio & ad-
ministratione ultra suum salarium ingentia
munera exegisse, practicasse, confecisse, ac-
cepisse, quod inprimis est contra jus cõmu-
ne: quo jure officiales & Consiliarii debent
† puras habere manus, & suis contenti esse 37
stipendiis, §. *cogitet. in authen. ut sine nov. suf-*
frag. cap. non satis. 86 distinct. c. cum ab omni de
vit. & honest. cleric. cap. non licet. 11. q. 3. Archid.
pulchre.

pulchre. consil. 201. præmittendum. n. 1. & Bald.
38 *consil. 378. salvo. num. 5. vol. 5.* ac † præter esculenta & poculenta, quotidianis vitæ usibus accommoda, recipere quid prohibentur, *l. plebiscito. de offic. præsid. l. solet. ubi Barthol. Bald. de offic. proconsul. c. statutum. §. insuper. de re-*
39 *script. in 6.* non modo † ab invitis, sed etiam à volentibus, *l. unic. C. de salga. hospit. non præstand. l. de votum. in fin. Cod. de metatis. lib. 12.*
40 quia, ut inquit Glossa *in d. l. unic.* semper † præsumitur concussio *l. 2. Cod. ne rustic. ad v. obseq. de voc. lib. 11. l. unic. C. ne operæ à collator. exigant. lib. 10. l. 1. & 3. C. de erogat. milit. lib. 12. & bonus textus in l. final. §. ut autem. C. de re militar. lib. 12. & in §. illud. de mandat. princip. & §. ad hoc. de collat. in authen. l. observare de offic.*
41 *proconsul. Dd. in d. l. solent.* quod † si quid contra accipiatur id confiscatur, *l. aufertur. §. quod à præside ubi gloss. & Barthol. de jure fisc. l. milites. in princ. de re militar.* ab eo videlicet cuius est consiliarius, ita in terminis Baldus *consil. 378. Salvo semper. num. 9. & 10. volum. 5.*
42 ubi etiam latè probat, quod quæcunque † in hac materia statuta sunt in officialibus, etiam habeant locum in consiliariis, præsertim qui solarium ex publico in administrationem habent, *per l. consiliarios. cum ibi not. de assessor. & domestic. l. nemo. §. sin autem C. de post. & quæ not. Barthol. & alij scribentes ad rubric. & passim in tot. tit. C. de decurio. lib. 10.* Imo
43 & † quadruplum exigi potest, *§. quadrupli in fin. Instit. de actio. l. non licet. de contrah. empt. gloss. & Barthol. in d. l. aufertur. §. quod à præside.* cuius simplum ei qui dedit, reliquum fisco applicatur, ut vult *Jas. in d. §. quadrupli. num. 1.* vide de hoc latius gloss. & Jason. *l. fi-*
44 *nal. de litigios.* perpetuoque † debent ab omni dignitate, cum existimationis diminutione istiusmodi officiales removeri, *§. festinabis §. oportet. In authen. de mandat. princip. l. judices. C. de dignitat. lib. 12. Imol. in c. quanto num. 1. de jurejur. Par. de Puteo. in tractat. synd. tit. de excess. prælator. in verb. at si testatore. Laud. de offic. dom. §. 89.* Et si quidem verum est, N. ante tractatus ejusmodi quid exegisse aut machinasse, de concussione tenetur. Etsi enim accepit à ducibus & comitibus, tamen quia ratione administrationis exegit, ut eorum tractatus promoveret, præsumi-
45 tur concussio † præsumptione juris & de jure *gloss. in d. l. unic. C. de salg. lib. 12. c. quoniam ubi gloss. dist. 18. & in c. final. 14. quæst. 5. Specul. tit. de executio. §. 1. num. 5. & in tit. de excuss. §. final. num. 18. Jas. in d. §. quadrupli.* qui ibi dicit, eos † criminaliter nomine concussionis posse puniri, *per gloss. in l. 1. de concuss. & est tex. in l. quod evitandi. Cod. de cond. ob turp. caus. l. severiter. ubi gloss. Cod. de excusat. tutor. Bart. in l. 2. C. de collat. fund. fiscal. lib. 11.* cujus † criminis pœna est extraordinaria *d. l. quod* 46
evitand. d. l. severiter. gloss. in d. l. 1. id est in arbitrio judicis posita *l. 1. de effract. carcer.* Quin
† & in Legem Juliam repetundarum incidit, 47
si propterea pecuniam accepit, ut quo magis aut minus quid ex officio faceret *l. 4. ad L. Jul. repetundar. c. lege Julia. 1. q. 1.* nec enim pæna L. Juliæ locum habet in simpliciter accipiente, sed in eo qui accepit, ut faceret non faciendum, vel omitteret faciendum *gloss. in l. 1. ad L. Jul. repetund.* Itaque propter pecuniam acceptam ab officio recessisse N. esset probandum. Hujus † autem 48
criminis pœna est exilium vel durior *l. lex Julia. §. final. ad L. Jul. repetund. c. eadem lege 1. quæst. 1.* pro ratione admissi, nam & interdum bona confiscantur, & adhibetur fustigatio. *§. si quis autem. in authen. ut judic. sine quoq. suffrag.*

Quamvis autem statutis Cancelariæ prohibitum est, ullo modo munera accipere, pœna arbitraria irrogata: tamen existimandum nõ est, pænas has veteres esse sublatas, nec † enim pænâ statutariâ solent tolli pæ- 49
næ legales & ordinariæ juris *l. quoties de oblig. & action. Barthol. in l. 1. de vi bonor. raptor. & in l. final. Cod. de aquæduct. lib. 11. & in l. sanctio legum de pæn. in l. nunquam plura. de privat. delict. Bald. in cap. 1. in princ. n. 7. de probib. feud. alienat. per Lothar. Angel. in §. quadrupli. Instit. de actio. Specul. & Joann. Andr. in tit. de pæn. tem. litigant. Bald. in l. data opera. C. qui accusar. & post Cyn. in l. qui sepulchra. ubi latè Salic. C. de sepulch. violat.* Deinde nullam pænam novam in recipientes statuerunt Principes, sed arbitrariam sibi retinuerunt, arbitrium
† autem LL. conformari solet. *Bald. in l. certi* 50
C. de judic. & in l. final. C. de pæn. judic. qui male jud.

Et hæc quidem ita se habent, si N. ante tractatus factos quid exegit vel accepit, nam si re expedita aliquid ei in remunerationem datum est, pænæ superiores cessant. Nam
etsi officia † debent esse gratuita *l. 1. mandat.* 51
tamen nihil impedit quo minus præstitum officium remunerari queat *l. si remunerandi. in princ. eod. tit. gloss. in §. final. Instit. de mand.*
& hoc † casu non teneri judicem aut offici- 52
alem tradit Anchor. *consil. 271. de titulis criminum. num. 4. per cap. si episcopum. 1. q. 2. Felin. in cap. tua nos. de simon. Hyppolit. singul. 190.* quanquam turpiter & illicitè nihilominus accipiat *d. c. cum omni. Anchoran. prealleg. consil.* Hoc tamen casu, cum contra ordinationem acceperit Curiæ, confiscari acceptum posset *Bald. in d. consil. 378. in fin.* & pæna arbitraria irrogari.

Sexto

Sextò accusatur in utriusque Principis
nuptiis conciliandis illicite munera ingen-
tia accepisse: & primum matrimonium diu
traxisse & suspendisse ad exprimendam pe-
cuniam: in quo & injuriam Principi fecit, &
53 contra fidem ac jusiurandum egit Qui † e-
nim ad habendam pecuniam res protrahũt,
vel variè illiciteq; consulunt, non sunt con-
siliarii, sed deceptores, *Imol. in d.c. quanto. n.*
1. & in crimen concussionis ac repetundarũ
incidunt, *Jas. latè in d. §. quadrupli. cum jurib.*
54 *quæ allegat.* Nam etsi remunerationem † in
nuptiis dari proxenetis licitum est, *c. hono-*
rantur. 32. q. 2. cum gloss. & gloss. in l. 2. ad verb.
conditionis. ff. de proxenet. & in rub. C. de sponsal.
ubi Bald. & in l. final. num. 13. eod. tit. Barthol. in
l. ille de hered. instit. & in l. Titio. §. 1. de condit. &
55 *demonstrat.* & non modo ipsæ † personæ cõ-
trahentes possunt muneribus allici ad ma-
trimonium, *d. l. Titio. §. 1. Panor. in cap. cum in*
56 *ecclesiæ. de simon.* sed † fortè etiam eorum tu-
tores, curatores & administratores, ut vult
Angelus, *per gloss. in d. cap. honorantur.* & est
de mente, *Bald. in d. rubric. C. de sponsal.* quod
tamen controverti potest: tamen si studiosè
rem fecit difficilem, quæ erat facilis, & pro-
traxerit ad exprimendam pecuniam, fecit
contra fidem suam & jusiurandum, & cri-
men concussionis ac repetundarum evitare
nequit, per ea quæ sunt ante dicta. Hæc au-
tem illicita exactio & pactio munerum ma-
gis apparet ex secundis nuptiis, ad quas cum
persentisceret inclinare animum Principis,
ab agendo reiecit eos, quibus id curæ fuerat,
dicens eos frustra agere, & Principem aliò
traduxisse animum, adeo ut illi re desperata
plane desisterent. Interim ipse pactum me-
diante G. fecit cum E. ut si sex milia Dale-
rorum illi, in eventum & conditionem nu-
ptiarum, promitterentur, se rem confectam
daturum.

Nam stellionatum & concussionem hic
esse commissam ab eo, qui dolo malo alios
semovit, & inchoatum, quasi desperatum,
ad utilitatem inde faciendam, effecerit, ex
superioribus facile perspicitur. Sed & gra-
vis hæc est in Principem ignominia, quasi is
non sui juris esset, & quã N. vellet coniugii
conditionem sequi teneretur: perinde atq;
57 ignominiosè † traducit judicem consiliari-
us, qui explicandi negotii spem (cujus finis
in judicis potestate ac motu situs est) polli-
cetur & vendit, *l. qui explicandi. C. de accusat.*
Itaque damnatus iniuriarum, quas laturus
sententiam intulit, fustibus castigatur, *l. item*
apud Labeonem. §. ait prætor, ne quid 25. & §.
Idem ait. 30. ff. de injur. & crimen falsi com-
58 mittit, exemplo judicis, qui † sententiam,
etiam justam, vendidit, *Gloss. Barthol. ad l. 1.*
de fals. Bald. in l. observare. §. proficisci. de offic.
proconsul. quamvis lenius puniatur, *gloss. in*
d. l. qui explicandi. per l. qui duobus. de fals. nec
modo hoc procedere quando sententia
venditur, sed in omni † negotio, cuius spes 59
vel victoria nundiãtur, tradit Salic. *in d. l. qui*
explicandi. pro quo facit *l. eadem lege. ff. ad L.*
Jul. repetun. quæ non † modo in judicio sed 60
& in publicis consiliis, & omni officio nun-
dinationem prohibet, & quod tradit Bar-
tholus *in l. si quis ab aliquo. §. cum publicanus.*
de calumn. ubi colligit, officialem † æquè te- 61
neri, si pecuniam accipiat extra judicium,
atq; si in judicio: ad quod facit optimè tex-
tus *in l. 3. §.* tutor qui ad alimenta, *de suspect.*
tutoribus. ubi si tutor † neget pupilli faculta- 62
tes ad alendum sufficere, cum sint sufficien-
tes, vel alioqui ad suum commodum menti-
atur, intelligitur gravem iniuriam facere
pupillo, *ut ibi gloss.* & extra ordinem punitur
à præfecto urbi, fustibus vel alia coercitione
l. 1. §. solent. de offic. præfect. urb. quod maximè
hoc casu videtur dicendum in Principe jam
adulto, & domino feudi, qui patrono com-
paratur; ut autem libertus patronũ † con- 63
tẽnens, aut iniuria afficiens, fustibus castiga-
tur; ita idem hic videtur dicendum, *d. l. 1. §.*
cum patronus. cum gloss. ad verb. cum inimi-
cis.

Mihi tamen hoc diligentius perpenden-
ti scrupulum facit, quod non sumus hic in
casu, ad quem ratio d. l. qui explicandi. per-
tineat. Nam in d. l. qui explicandi. non
mirum est puniri eum, qui spopondit victo-
riam litis, & videri iniuriam facere judici,
cum † per se illicitum sit pacisci de rerum 64
controversarum eventu, *l. si qui advocatorum*
Cod. de postuland. & multo magis emere aut
vendere sententias, & in talem opinionem
traducere nomen judicis, quasi is persuasi-
one consiliarii paciscentis possit corrumpi,
quod est gravissimã illi proculdubio injice-
re maculam. At hic sumus in re plane licita
& honesta: quid enim honestius quam con-
trahere matrimonium; quin & † illud quo- 65
que jure permissum est, muneribus & donis
allicere ad nuptias, *d. l. Titio. §. 1. ubi Dd. Canon.*
in cap. gemma. de sponsalibus & cap. cum in ec-
clesiæ. quod si hoc in personis principali-
bus licitum est, certè & in harum tutori-
bus, curatoribus, administratoribus, ut re-
cipere quid possint ad promovendum cre-
andumq; matrimonium, omnibusq; etiam
contractus & pactiones ea de re, ut honesta,
permittũtur, excepto quod personæ princi-
pales, harumque parentes & tutores, qui
cogere aliquo modo posse præsumun-
tur, non possint pœnis ad matrimoni-
um

um contrahendum adstringi quoniam ea oportet esse libera, quamvis muneribus invitari possint *Barthol. Bald. Castrens. Jas. & alij in d. l. Titio §. 1. & in l. heres meus. §. final. post gloss. de condit. & demonstrat. & in d. c. gemma ubi Panormitanus num. 9.* ait, hanc communem esse opinionem *Speculat. tit. de sponsalib. §. 2. num. 3. & 4. Bald. in rubric. C. de spons.* & facit textus cum gloss. *in l. final. C. illo tit.* ubi etiam possunt parentes & tutores arrhas dare ac accipere, pro futuris personarum, quas regunt, nuptiis.

Itaque cum hic simus in actu per se licito, cum quis accipit pecuniam ut promoveat matrimonium, quod per se licitum est & honestum, dubitari probabiliter possit, an dispositio l. qui explicandi. quæ loquitur in casu per se illicito, locum obtinere possit. Non n. pœnalia sunt extendenda, nisi planè eadem sit ubivis ratio, & ne tunc quidem extendi debere non pauci voluerunt: nisi dicas actum hunc in persona N. fuisse illicitum, quia ut consiliarius, habens à Principe stipendium, non debuit accipere munera, ad curandum Principis negotium, multo minus per quandam concussionem & injectâ E. desperatione, & per fraudem extorquere ac procurare, quod propriè cadit in concussionis vitium *d. l. 1. de concuss. Jas. in d. §. quadrupl. Speculat. prælegat. loc.* Quæ res eo magis fuit illicita, non modo quia redundat in ignominiam Principis jam adulti & gubernantis, quasi is pro suo arbitrio ducere uxorem non posset, sed etiam ei detrimentum attulit. Nam ea summa, quæ N. pacta est, detracta videtur de dote Principis, quæ alioqui ex consuetudine Ducum Germaniæ major fuisset, ac tale quid actum esse propemodum literæ G. indicant, cum scribit ad P. Posse id damni alia via percommodè resarciri &c. Quod si ita est, etiam in pœnam perjurii incidit, est enim ejusmodi factum contra juramentum, tam consiliariatus, quam fidelitatis, ut verba ipsa demonstrant; eo magis, quòd in hoc ipso tractatu, quo rem redderet desperatiorem, & facilius quod vellet consequeretur, propalavit, alia multò excelsiora matrimonia esse Principi in prōptu, si uti vellet, quod ipsius fidei & taciturnitati erat secretò commissum. Consilia-
66 rius † enim revelans secreta fit perjurus, & movetur ab officio *Bald. de pac. Constant. in verb. credentia. par. de excuss. consil. num. 4.*
67 perjurii † autem pœna est fustigatio, vel alia extraordinaria cum infamia & amissione omnium dignitatum *l. si duo. §. fin. ubi gloss. Barthol. Castrens. Jas. late de jurejur. junc. l. final. de crimin. stellionat. l. quoties. Cod. de dignitat. lib. 12. c. infames. 6. q. 1. gloss. & Dd. in l. si quis major. C. de transact. & in l. Lucius. de his qui notant. infam. Bald. in l. 2. C. de reb. cred.*

Nec etiam dubium est quin præter pœnam
criminalem hęc † pecunia illicitè & per con- 68
cussionem accepta, possit à Principe exigi & confiscari *Bald. d. cons. 378.* præsertim cum ad eius iniuriam sit exacta ut sic habeat iniuriæ suæ ultionem *Ancboran. d. cons. 271. arg. c. 1. in fin. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. & cap. si quis. 17. q. 4.* nec impedit quo minus & ad pœnam criminalem, & ad exigendum lucrum iniquum agi possit *l. quod evitandi. ubi Bald. & Salic. C. de condict. ob caus. Lauden. de offic. dom. §. 146. Bald. in l. venales. num. 6. C. quand. prov. non est necess.*

Septimò accusatur sesquiannum suæ prioris obligationis cum E. factæ reticuisse, atque ita de integro, magno salario & muneribus, ad novam obligationem ministerii esse inductum. Hic quidem articulus non satis congruere videtur cum eo, ubi de concussione pagi H. agitur. In illo enim dicitur, concessum ea conditione fuisse pagum, ut quoad Principes vellent, sine præfinitione temporis, N. in servitio esset: at hic apparet eum etiam ab E. ad certum tempus fuisse obligatum. Sed hoc domini Consiliarii quibus factum est notius, facilè conciliabunt. Sin autem ita se res habet, sicuti in articulo proponitur, furtum dici posset cōmissum, si pecunia à Principibus illi esset data pro priore servitio, cuius tempus celavit.
Qui † enim accipit scienter, quod scit sibi nō 69
deberi, fur est, *l. falsus. §. 1. de furt. l. quoniam. ubi Dd. de condict. furt.* Sed quoniam apparet pro nova ministerii obligatione, & futuro servitii tempore esse datam, verius est in
crimen † sitellionatus hanc dolosam reticen- 70
tiam incidere *l. 3. cum gloss. de crimin. stell. l. si fi- dejussor. §. in omnibus. ff. mandat.*

Octavò insimulatur, ad omittendas conditiones prioris obligationis, & concessionis pagi H. quædam instrumenta, ab E. in custodia hac de re scripta, præter voluntatē Principis, dolosè ac fraudulenter per Ant. subtraxisse. Hic ante omnia probatione opus est, hanc subtractionem fraudulenter, & invito Principe factam esse; maximè cum videantur ex mandato Principis omnia instrumenta huc pertinentia illi esse reddita,
quæ res illum excusat à furto, cum † illud nō 71
fiat volenti, *§. sed etsi. ubi gloss. ad verbum. furti. Institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt. l. de eo. in fine. de donat. inter vir. & uxor.* & quando etiam invito quis domino aufert, dummodo probabiliter credat dominum assensurum,

rum, est à furto excusatus, cum affectum fu-
randi non habeat, §. *placuit. ubi gloss. Instit. de obligat. quæ ex delict.* §. *1. Instit. de vi bonor. raptor.* §. *item si is. Instit. de usucap. l. inter omnes.* §. *1. de furt. gloss. in* §. *1. Instit. de obligat. quæ ex delict.*
quod etiam ex eo præsumi potuit, quod tũ
arctissimè Princeps N. clementi favore pro-
sequebatur, ut notat Fab. *in* §. *furtum. Instit. eod. tit.* quanquam his cessantibus regulari-
ter præsumitur res invito domino ablata
Barthol. in d. l. inter. l. rectè num. 1. & 3. per l. qui
72 *vas.* §. *vetare. ff. de furt.* quia quæ † per se sunt
illicita præsumuntur fieri fraudulenter *l. 1. C. unde vi & l. si non convicij. C. de injur.* Si itaque
probari potest, Principis jussum, sive restitu-
tionem literarum, non ad istas pertinuisse,
& N. fraudulenter invito Principe has lite-
ras subtraxisse, à furti crimine excusari ne-
73 quit, quod † etiam in instrumentis & literis
fit, æstimaturque tanti, quanti eius interest,
cui surreptæ sunt, *l. qui tabulas. l. quidam. l. Sempronia. l. fullo.* §. *final. de furt. l. si de possessione. C. de probat. gloss. in l. Paulus. in princ. de fals.* Sed
hoc putarim procedere in instrumentis, in
quibus debetur quid, quæque lucri gratia
surripiuntur; ipsa enim pecunia subtrahi
74 videtur : secus autem est, quando † instru-
menta aliud continent, nec lucrandi gratia
surripiuntur, sed occultandæ veritatis gra-
tia : tunc enim falsum committi potissimum
videtur, non modo in testamento, *l. 3.* §. *si quis dolo. de tabul. exhiben. l. 1. de public. judic. l. & 2. ad L. Cornel. de fals.* sed etiam in aliis instru-
mentis, *l. Paulus. ubi Barthol. eod. tit. gloss. in l. si quis affirmaverit.* §. *1. ubi Bald. de dol. mal. gloss. in l. eum qui. ubi Bald. C. de fals.* Hæc enim res
furto non convenit, quia nec definitio furti:
75 furtum † enim est contrectatio fraudulosa,
quæ fit animo lucrandi, *l. 1. de furt.* ergo ubi
hic animus, qui distinguit maleficia, abest,
furtum non potest dici commissum, atq; ita
distungunt inter furtum & falsum circa in-
strumenta Salic. *in d. l. si de possessione. Cyn. Bald. in d. l. eum. qui.* & est de mente glossæ & Bar-
tholi *in d. l. Paulus.*

76 Verum † in hac materia video admodum
variare Dd. an subtractione instrumentorũ
falsum committatur. De testamento quidẽ
dubium non est, de quo expresse L. Corne-
lia loquitur, *d. l. 1. d. l. 3.* nec de instrumento
publico, *d. l. Paulus.* sed de privatis instrumẽ-
tis, ad quæ publicum judicium L. Corneliæ
pertinere non videtur *d. l. Paulus. in princ. ubi* Glossa ita sentit, *& in l. 1. de pub. judic. in l. instrumenta. C. ad exhibend. Cyn. in d. l. eum qui. Jason. in l. pœnales. n. 22.* variat etiam *Bartholus in d. l. Paulus. & l. qui testamentum. de fals.* ubi ape-
rientem alienas literas existimat de stellio-
natu teneri : alibi Glossa indistinctè existi-
mat etiam in privatis scripturis falsum com-
mitti subtrahendo tantum, *in d. l. qui testamentum. in d. l. si quis affirmaverit.* §. *1. in d. l. eum qui.* quam Baldus sequitur, ut habeat locum
non modo in instrumento publico, id est,
quod à † publica persona factum est, *d. l. si quis affirmaverit. & l. final. n. 33. C. de eden.* sed qua- 77
libet privata scriptura, *in d. l. eum qui.* ubi di-
cit hanc quæstionem fuisse propositam de
facto, & ita fuisse judicatum. Et sane etiam
† in privatis scripturis & epistolis crimen 78
falsi committi evidenter ostendi potest legi-
bus, *l. damus. ubi Barthol. & Dd. l. si quis decurio. C. de fals. l. final. C. de fid. instrum. l. 1.* §. *is qui deposita. de fals.* de quo latius Angel. & Imol. *in l. l. de pub. jud.* Nec † obstat unicus ille textus 79
in d. l. Paulus. ubi inquit JCtus. instrumen-
torum surreptorum crimen non esse publi-
ci judicii : nam accipiendus est, quando res
incidit in crimen furti, quia instrumenta
subtracta sunt animo lucrandi : secus esset
quando animo opprimendi veritatem sur-
ripuisset & celasset, ut ipse textus *in d. l. Paulus in fin.* indicat, & ita conciliant hanc Leg.
quæ sibi non videtur constare, Bartholus *ibidem* & Baldus *in d. l. eum. qui.* & pro hoc intel-
lectu optimè facit verbum *surreptorum*, un-
de apparet JCtum proprie loqui in eo casu,
quando animo lucrandi subtrahuntur in-
strumenta. Sed hic non insisto, quoniam
alia ratione hoc factum incidit in falsum,
quia quando † non modo occultantur lite- 80
ræ alienæ, sed etiam ad occultandam veri-
tatem resignantur & aperiuntur, falsum cõ-
mittitur, textus expressus, *in d. l. Paulus. in fin. verb. resignaverint. & ibi gloss. & Barthol.* ubi
maximè † hoc verum esse, ait Bartholus, in 81
literis Principis, pro quo est textus *in l. majorem. C. de fals. Guid. Pap. decis. 235.* præsertim si
† sint in archivum publicum sive cameram 82
relatæ *gloss. Barthol. Bald. in l. si id quod. de jurisdict. omn. judic.* Jason. *in d.* §. *pœnales. num. 29. cum seq. Instit. de action.* ubi dicit, quod qui in-
strumentum tantum surripuit, teneatur fur-
ti, qui vero resignavit in legem falsi incidat,
per l. divus. §. *instrumenta. de pœn. l. 1.* §. *penult. l. qui testamentum. de fals. Guid. Pap. decis. 579. num. 5.*

Etsi autem pœna † legis Corneliæ de fal- 83
sis regularis est deportatio cum bonorum
publicatione §. *item L. Cornelia. cum gloss. Instit. de public. jud.* tamen constat hanc pœnam
augeri & minui pro ratione delicti, *l. divus. 2. l. qui falsam.* § *final. l. qui duobus. ff. de fals.* ut
rectè Faber *in d.* §. *item num. 1.* dicat, hanc pœ-
nam esse arbitrariam *l. ubi C. eod.* Itaque miti-
us esset hoc casu puniendus, qui † non fa- 84
bricavit falsas literas, sed tantum veras amo-
vit, per ea quæ notat Faber *in d.* §. *item. in fin. & in d.* §. *pœnales.* sufficereque videtur pœna

PLura sunt accusationis in N. intentatæ capita, de quorum jure, etsi non audita defensione respondere difficile est, tamen quando res moram non patitur, conabimur, approbante DEO, ad singulos articulos, ea quæ maximè vero & legibus videbuntur consentanea, investigare.

PRimò quod accusatur contra testamentum Principis, in quo testis fuit, fecisse, gravare quidem potest ejus causam, per se autem in delictum aut pœnam non cadit, cum certi juris sit, testem † ad observantiam actus, cui adhibetur, non obligari *l. Cajus. ubi gloss. Barthol. & Dd. de pignorat. action. l. si pater. C. de fidejussor. l. fidejussor. §. 1. ubi gloss. de pignor. gloss. & Canon. in c. quanto. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. capit.* 1

Secundò, quod querelas ordinis equestris impediente N. non esse auditas, quodque

que quorundam consiliorum, quorum ipse
N. esset architectus, culpam in Illustrissi-
mum Principem reiecisse dicitur, obscurum
& generale est, magisque aggravat reliqua
delicta, quam per se crimen est. Notum e-
2 nim est, accusationis † articulos specialiter
& consignatè & de delicto, omnibusque
circumstantiis, loqui oportere *l. libellorum.*
ubi Dd. de accusat. Sane si in specie ostendi
posset, malorum aliquorum consiliorum á
se inventorum culpam in Principem tran-
stulisse N. dubium non est, hoc ad injuriam
Principis pertinere.

Tertiò cum susciperet administrationem
& pręfecturam Curię, insimulatur in instru-
mento obligationis, invito & renuẽte Prin-
cipe, hanc clausulam inseruisse: **das J. F. G.**
jhm zu folgen sollen schüldig sein/ quæ videtur
esse insignis contumelia, Principem in suam
redigere potestatem, cum sit contra naturã,
ut servus præsit domino, & alioqui hęc clau-
3 sula, ut insolita, † fraudis suspicionem facit,
c. 2. ubi post gloss. & Panorm. Felin. in princ. n. 16.
de usucap. præsertim cum eventus postea do-
cuerit, fidem hujus clausulæ, N. multa iniq;
& injustè à Principe extorsisse. Huius puncti
veritas est, quod hæc clausula per se crimen
non habeat: nõ enim novum est, Principes,
præsertim cũ plures sunt ætate minus adul-
ta, gubernari consilio gravium & sapientum
virorum, sicut rex Galliæ Parlamento suo est
obstrictus. Deinde eam clausulam ipse N. sic
interpretatus est, ut nõ pertineret ad perso-
nas Principum, sed solummodo respiceret
administrationem. Præterea ea clausula sic
fuit intelligenda, ut hactenus obligati essent
Principes sequi & attendere N. quatenus jus,
æquum, honestas permitterent: hæc enim
4 conditio † generalibus istiusmodi pactioni-
bus, propter bonam fidem, inest *l. creditori. §*
penult. ff. mandat. l. Thais. §. sorore. de fidecommiss.
libertat. l. si societatem. §. final. cum LL. seqq. ubi
Barthol. ff. pro Socio c. ad nostram. 2. ubi Canon. de
5 *jurejur.* & illicita † semper credũtur excepta
gloss. singular. in c. episcopo. in verb. nulli pandit. de
jurejurand. in 6. fac. l. nemo. §. si jussu. de re judicat
sed in eo contra officium ac fidem fecit N. si
hac clausula, quæ ad jus, utilitatem Principis
& subditorum erat exigenda, abusus sit N. ad
privatum suum quæstum, extorquendasque
donationes, cum dispendio Principis, & bo-
norum Cameræ ducalis diminutione. Nam
videtur vim quandam Principi intulisse *l. 1. §.*
quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non detur. Castren.
6 *consil. 231. in quæst. n. 2.* & † in dolo est qui per-
suasit principi, quasi virtute dictæ clausulæ
obligatus esset princeps, ut quicquid vellet
concederet, etiam cum suo detrimento, cũ
eam vim clausula nõ haberet, *l. servus. §. final.*
l. si legatarius. ubi gloss. l. cum quis persuaserit. l.
quidam debitor. ff. de dol. mal.

Nec hic locum habet regula vulgaris: sci-
enti & consentienti non fieri injuriam neq;
dolum; quia ea non obtinet, quando ab al-
tera parte est volũtas, ab altera persuasio do-
losa, is † enim qui decipitur pro non volente 7
habetur, ut eleganter explicat Dyn. *in c. scien-*
ti. de regul. jur. ubi etiam addit, quod ejusmo-
di dolosa † persuasio plus est quam violenta 8
coactio *per l. 3. §. si quis volentem. de lib. hom. &*
gloss. l. 1. §. persuadere. de servo corrupt. & hanc
Dyni limitationem sequitur Cyn. *in l. unic. §.*
penult. per illum text. n. 2. C. de rapt. virgin. ubi a-
it: hanc voluntatem, quæ persuasione indu-
citur, non esse ordinatam: & sequuntur *ibid.*
Bald. *n. 20.* Salic. & communiter scribentes,
item Barthol. & Dd. *in l. 1. §. usq. adeo. de injur.*
& facit etiam textus *in l. cum C. de apost. l. rapto-*
res. in fin. C. de episcop. & cler. l. unic. cum gloss. C.
de Salagm. hosp. non præstand. lib. 12. In specie ta-
men probandum esset, quid virtute huius
clausulæ à principe abstulisset.

Nam quod insimulatur, quartò duos pa-
gos **H. vnd T.** ex bonis Cameræ ducalis hac
ratione acquisivisse, videtur non tam intui-
tu dictę clausulæ, quam aliis ex causis eos pa-
gos parasse. Etenim quod ad **H.** attinet, con-
stat eum pagum N. fuisse à Principe conces-
sum multo ante, quam hæc obligatio, cui d.
clausula inest, conscriberetur: ut dici ne-
queat, huius clausulæ prætextu eam donati-
onem factam, præsertim cum ex literis Prin-
cipis appareat, eo factum esse, ut N. hac li-
beralitate ad obeundum fungendumque,
quod principes vellent munus, induceretur.
Quod cum ita sit, nemo dixerit huic donati-
oni crimen commissum inesse. Concussio † 9
enim dicitur, ut & nomen à violentia tractũ
indicat, quando superior à subditis, vel qui
vim verisimiliter adferre potest, ut miles
minis & terrore, quid aufert *l. 1. ubi gloss. de con-*
cussion. c. militari 23. q. 1. Speculat. in tit. de leg. §.
superest. n. 22. vel cum judex aut alius in suo
officio petit ab iis, qui denegare metu maio-
ris mali vel ob reverentiam non possunt, &
in eo casu loquitur textus cum glossa *in cap.*
quoniam distinct. 18. & in c. fin. 14. quæstio. 5. Spe-
culat. tit. de exec. §. 1. n. 5. & in tit. de recusat. n. 18.
& sic concussionem † fieri accipiendis mu- 10
neribus ultra salarium interpretatur *Jas. in*
§. quadrupli. n. 3. Instit. de actionib. nam † sicuti 11
judex, vel alius in officio positus, prohibetur
cõtrahere cum subditis, ratione præsumptæ
impressionis *l. non licet. l. qui officii. l. si in empti-*
one. §. final. de contrahend. empt. l. principalibus.
ubi Dd. si cert. petat. l. penult. cum ibi not. Cod. de
his quæ vi met. caus. l. unic. C. si quacunq. præd. pot-
est. eadem ratione etiam munera ultra sala-

ſioni contractus per officium judicis viam
faciat *gloſſ. in d. l. 1. §. quæ onerandæ. ad verb.
metu. quarum rer. act. non det. l. final. §. 2. ubi
Barthol. de eo quod met. caus. & in l. penult. ff.
de furt.* tamen hoc non aliter obtinet, quàm
ſi de minis conſtet, & perſonæ qualitas, cui
reverentia tribuitur, timorem aliquem ju-
ſtum inducat, ut tradunt communiter Dd. *in
l. interpoſitas Cod. de tranſact. Jas. latè in §. qua-
drupli. num. 61. cum ibi allegat. Inſtit. de actionib.
Canon. in cap. cauſam matrimonii. de offic. dele-
gat. fac. l. ſi patre cogente. de rit. nupt. Alexand.
conſil. 122. quoniam. volum. 6.* Supradictæ au-
tem clauſulæ, vel perſonæ ipſius N. nimia re-
verentia Principem coactum eſſe contrahe-
re, vereor ut probari poſſit, cum & præſum-
ptio juris ſit in contrariũ, *d. l. final. de eo quod
met. caus.* ut non ex præcedentibus rationi-
27 bus & ſcripturis, ſed † ex ſpecifica ipſius con-
tractus qualitate & circumſtantiis metum
probari oporteat, *d. l. interpoſitas ubi gloſſ. ad
verb. qualitas.* Itaque multo minus hic crimẽ
concuſſionis admiſero, cum illud tãtum lo-
cum habeat, quando ſupra ſalarium munera
& largitiones extorquentur, ſicuti ſupra di-
ctum eſt: at hic non de largitione, ſed de cõ-
tractu permutationis licito, nec lucratio, ſed
in quo hinc inde res præſtatur ſermo eſt, *cap
1. §. final. de feud. guardia. ubi And. de Iſern.* Aliud
etiam eſt in principe, quam in ſubdito *Bald.
in l. cum ipſe tutor. C. de contrah. empt. fac. au-
then. quibuscunq. Cod. de jur. vectig.* Sanè ſi
probari poſſit, dolo malo ad permutatio-
nem faciendam principem inductum eſſe,
contractus ipſo jure eſſet nullus. permuta-
28 tio † enim eſt contractus bonæ fidei §. *actio-
num. Inſtit. de actionibus. l. 2. C. de rer. permutat.*
29 *c. cum venerabilis. de except.* contractus † au-
tem bonæ fidei, quibus dolus cauſam dedit,
ſunt ipſo jure nulli *l. & eleganter. ubi gloſſ. Bar-*
30 *thol. & Dd. de donat. l. 3. ff. pro ſoc.* Dolum † au-
tem contractui cauſam dediſſe poteſt pro-
bari, vel quia perſuaſit N. Principi hanc per-
mutationem, fraudulenter commendando
quod ipſe offerebat, & elevãdo quod à Prin-
cipe poſtulabat *l. quod venditor. ff. de dol. mal.*
vel quia ſcienter fecit contra teſtamentum
patris Principis, cui fuit teſtis adhibitus, in
quo ordinatum fuit, ne quid de bonis Ca-
meræ ducalis (inter quæ etiam eſt dictus pa-
gus) alienaretur. Qui enim facit contra id,
quod prohibitus eſt, vel debet facere, eſt in
31 dolo, vel qui † emit ſcienter contra diſpoſi-
tionem legis & teſtatoris, *l. quemadmodũ. C. d.
agric. & conſit. c. qui contra. de reg. jur. in 6.* argu-
endo de lege ad teſtatorem & conſuetudi-
32 nem, quod † argumentum plurimum in ju-
re valet, *l. final. C. de reb. alien. non alien. Dd. in d.*
33 *l. filiusfam. §. divi. ff. d. legat. 1.* Permutatio † e-

nim venit verbo alienationis *authen. ſi ca
permutare. C. de ſacroſanct. eccleſ. cap. 1. de rebus
eccleſ.* vel quia occaſione & intuitu ſupradi-
ctæ clauſulæ principem ad contrahendum
perduxit, *d. l. quod vend. ff. de dol. mal.* vel quia
clam omnibꝰ conſiliariis hunc contractum
cum principe fecit. Ut enim † tutor dolo- 34
sè agere præſumitur, qui clam cum pupillo
contrahit, *l. cum ipſe. ubi gloſſ. & Dd. Cod. de con-
trah. empt. Angel. conſil. 96. num. 2. Socin. conſil. 42.
3. parte. Corn. conſil. 198. volum. 1. num. 17. l. non ex-
iſtimo. de adminiſtrat. tutor. l. pupillus. §. item i-
pſum. in verb.* quia non bona fide videtur rem
geſſiſſe, *cum gloſſ. ibidem de authorit. tut.* ita
quoque & reliqui adminiſtratores qui in
officio cum repub. aut principe, cui ſervi-
unt, ſecretò contrahunt, nam † prædictæ 35
LL. etiam in omnibus officiis publicis & pri-
vatis locum habent *gloſſ. & Dd. in d. l. cum ipſe
tutor. & in l. penult. C. de his quæ vi metus. caus.
tex. in d. l. ſi in ẽptione §. final. & in l. non licet. l. pe-
nult. C. de reſcind. vẽdit. fac. tex. in l. donatio. circa
fin. C. d. donatio. l. final. de rit. nupt. Corn. conſ. 325
n. 10. vol. 1.* Dolus etiã ſatis probatur ex quali-
tate facti, cui ineſt præſumptivè, etiamſi præ-
cisè non probetur. *gloſſ. in l. 1. de except. ubi Dd.*

Quod ſi dolus probari nequit, tamen in
ſubſidium poteſt agi ex l. 2. Cod. de reſcind.
vendit. ſi enormis ſit læſio. Nam etſi dolus
re ipſa contractibus ineſſe dicitur, tamen is
contractum non reſcindit, niſi enormiſſima
ſit læſio, *l. ſi quis cum aliter. 36. ff. de verb. obligat.*
§. Illud ſanè admitti nequit, ut revocari poſ-
ſit alienatio, quia contra prohibitionem te-
ſtatoris Principis facta. Nam ſive tantum
conſilium † fuit, neque heredes nec N. obli- 36
gavit, *l. 2. in fin. mand. §. 2. Inſtitut. eod. l. conſilij.
cum ibi notat. de regul. jur.* Sin diſpoſitiva pro-
hibitio, neq; principes obligavit, cum quia
facta in bonis feudalibus, non appropriè
quæſitis, ſed antiquis, quarum alienatio-
nem Principi auferri mos non patitur: ſive
quia facta ſine deſignatione certæ perſonæ,
l. filiusfamilias. §. divi. ubi Jas. late de legat. 1. &
præſumitur facta in favorem heredum, qui
illi poſſunt renuntiare, *l. penult. C. de pact.*
quod ipſum etiam indicant verba teſtamen-
ti, quibus permittitur alienatio quando o-
mnes tres conſentiunt. Non etiam habet lo-
cum tit. C. de petit. bon. ſublat. lib. 10.

Quintò accuſatur N. in ſuo officio & ad-
miniſtratione ultra ſuum ſalarium ingentia
munera exegiſſe, practicaſſe, confeciſſe, ac-
cepiſſe, quod inprimis eſt contra jus cõmu-
ne: quo jure officiales & Conſiliarii debent
† puras habere manus, & ſuis contenti eſſe 37
ſtipendiis, *§. cogitur. in authen. ut ſine nov. ſuf-
frag. cap. non ſatis. 86 diſtinct. c. cum ab omni de
vit. & honeſt. cleric. cap. non licet. 11. q. 3. Ancho.
pulchre.*

pulchre. consil. 201. præmittendum. n. 1. & Bald.
38 *consil. 378. salvo. num. 5. vol. 5.* ac † præter esculenta & poculenta, quotidianis vitæ usibus accommoda, recipere quid prohibentur, *l. plebiscito. de offic. præsid. l. solet. ubi Barthol. Bald. de offic. proconsul. c. statutum. §. insuper. de re-*
39 *script. in 6.* non modo † ab invitis, sed etiam à volentibus, *l. unic. C. de salga. hospit. non præstand. l. de votum. in fin. Cod. de metatis. lib. 12.*
40 quia, ut inquit Glossa *in d. l. unic.* semper † præsumitur concussio *l. 2. Cod. ne rustic. ad v. obseq. de voc. lib. 11. l. unic. C. ne operæ à collator. exigant. lib. 10. l. 1. & 3. C. de erogat. milit. lib. 12. & bonus textus in l. final. §. ut autem. C. de re militar. lib. 12. & in §. illud. de mandat. princip. & §. ad hoc. de collat. in authen. l. observare de offic.*
41 *proconsul. Dd. in d. l. solent.* quod † si quid contra accipiatur id confiscatur, *l. aufertur. §. quod à præside ubi gloss. & Barthol. de jure fisc. l. milites. in princ. de re milit. ar.* ab eo videlicet cujus est consiliarius, ita in terminis Baldus *consil. 378. Salvo semper. num. 9. & 10. volum. 5.*
42 ubi etiam latè probat, quod quæcunque † in hac materia statuta sunt in officialibus, etiam habeant locum in consiliariis, præsertim qui salarium ex publico in administrationem habent, *per l. consiliarios. cum ibi not. de assessor. & domestic. l. nemo. §. sin autem C. de post. & quæ not. Barthol. & alij scribentes ad rubric. & passim in tot. tit. C. de decurio. lib. 10.* Imo
43 & † quadruplum exigi potest, *§. quadrupli in fin. Instit. de actio. l. non licet. de contrah. empt. gloss. & Barthol. in d. l. aufertur. §. quod à præside.* cujus simplum ei qui dedit, reliquum fisco applicatur, ut vult *Jas. in d. §. quadrupli. num. 1.* vide de hoc latius gloss. & Jason. *l. fi-*
44 *nal. de litigios.* perpetuoque † debent ab omni dignitate, cum existimationis diminutione istiusmodi officiales removeri, *§. festinabis §. oportet. In authen. de mandat. princip. l. judices. C. de dignitat. lib. 12. Imol. in c. quanto num. 1. de jurejur. Par. de Puteo. in tractat. synd. tit. de excess. prælator. in verb. at si testatore, Laud. de offic. dom. §. 89.* Et si quidem verum est, N. ante tractatus ejusmodi quid exegisse aut machinasse, de concussione tenetur. Etsi enim accepit à ducibus & comitibus, tamen quia ratione administrationis exegit, ut eorum tractatus promoveret, præsumi-
45 tur concussio † præsumptione juris & de jure *gloss. in d. l. unic. C. de salg. lib. 12. c. quoniam ubi gloss. dist. 18. & in c. final. 14. quæst. 5. Specul. tit. de executio. §. 1. num. 5. & in tit. de excuss. §. final. num. 18. Jas. in d. §. quadrupli.* qui ibi dicit, eos † criminaliter nomine concussionis posse puniri, *per gloss. in l. 1. de concuss. & est tex. in l. quod evitandi. Cod. de cond. ob turp. caus. l. severiter. ubi gloss. Cod. de excusat. tutor. Bart. in l. 2. C. de collat. fund. fiscal. lib. 11.* cujus

† criminis pœna est extraordinaria *d. l. quod* 46
evitand. d. l. si veriter gloss. in d. l. 1. id est in arbitrio judicis posita *l. 1. de effract. carcer.* Quin
† & in Legem Juliam repetundarum incidit, 47
si propterea pecuniam accepit, ut quo magis aut minus quid ex officio faceret *l. 4. ad L. Jul. repetundar. c. lege Julia. 1. q. 1.* nec enim pœna L. Juliæ locum habet in simpliciter accipiente, sed in eo qui accepit, ut faceret non faciendum, vel omitteret faciendum *gloss. in l. 1. ad L. Jul. repetund.* Itaque propter pecuniam acceptam ab officio recessisse N. esset probandum. Hujus † autem 48
criminis pœna est exilium vel durior *l. lex Julia. §. final. ad L. Jul. repetund. c. eadem lege 1. quæst. 1.* pro ratione admissi, nam & interdum bona confiscantur, & adhibetur fustigatio. *§. si quis autem. in authen. ut judic. sine quoq. suffrag.*

Quamvis autem statutis Cancelariæ prohibitum est, ullo modo munera accipere, pœna arbitraria irrogata: tamen existimandum nō est, pœnas has veteres esse sublatas, nec † enim pœnā statutariā solent tolli pœ- 49
næ legales & ordinariæ juris *l. quoties de oblig. & action. Barthol. in l. 1. de vi bonor. raptor. & in l. final. Cod. de aquæduct. lib. 11. & in l. sancti legum de pœn. in l. nunquam plura. de privat. delict. Bald. in cap. 1. in princ. n. 7. de probib. feud. alienat. per Lothar. Angel. in §. quadrupli. Instit. de actio. Specul. & Joann. Andr. in tit. de pœn. tem. litigant. Bald. in l. data opera. C. qui accusar. & post Cyn. in l. qui sepulchra. ubi latè Salic. C. de sepulch. violat.* Deinde nullam pœnam novam in recipientes statuerunt Principes, sed arbitrariam sibi retinuerunt, arbitrium † autem LL. conformari solet. *Bald. in l. certi* 50
C. de judic. & in l. final. C. de pœn. judic. qui male jud.

Et hæc quidem ita se habent, si N. ante tractatus factos quid exegit vel accepit, nam si re expedita aliquid ei in remunerationem datum est, pœnæ superiores cessant. Nam etsi officia † debent esse gratuita *l. 1. mandat.* 51
tamen nihil impedit quo minus præstitum officium remunerari queat *l. si remunerandi. in princ. cod. tit. gloss. in §. final. Instit. de mand.* & hoc † casu non teneri judicem aut offici- 52
alem tradit Anchor. *consil. 271. de titulis criminum. num. 4. per cap. si episcopum. 1. q. 2. Felin. in cap. tua nos. de simon. Hyppolit. singul. 190.* quanquam turpiter & illicitè nihilominus accipiat *d. c. cum omni. Anchoran. prælleg. consil.* Hoc tamen casu, cum contra ordinationem acceperit Curiæ, confiscari acceptum posset *Bald. in d. consil. 378. in fin.* & pœna arbitraria irrogari.

Sexto

Sextò accuſatur in utriuſque Principis
nuptiis conciliandis illicite munera ingen-
tia accepiſſe: & primum matrimonium diu
traxiſſe & ſuſpendiſſe ad exprimendam pe-
cuniam: in quo & injuriam Principi fecit, &
53 contra fidem ac juſiurandum egit Qui † e-
nim ad habendam pecuniam res protrahũt,
vel variè illiciteq; conſulunt, non ſunt con-
ſiliarii, ſed deceptores, *Imol. in d.c quanto. n.*
1. & in crimen concuſſionis ac repetundarũ
incidunt, *Jas. latè in d. §. quadrupli. cum jurib.*
54 *quæ allegat.* Nam etſi remunerationem † in
nuptiis dari proxenetis licitum eſt, *c. hono-*
rantur. 32. q. 2. cum gloſſ. & gloſſ. in l. 2. ad verb.
conditionis. ff. de proxenet. & in rub. C. de ſponſal.
ubi Bald. & in l. final. num. 13. eod. tit. Barthol. in
l. ille de hered. inſtit. & in l. Titio. §. 1. de condit. &
55 *demonſtrat.* & non modo ipſæ † perſonæ cõ-
trahentes poſſunt muneribus allici ad ma-
trimonium, *d. l. Titio. §. 1. Panor. in cap. cum in*
56 *eccleſiæ. de ſimon.* ſed † fortè etiam eorum tu-
tores, curatores & adminiſtratores, ut vult
Angelus, *per gloſſ. in d. cap. honorantur.* & eſt
de mente, *Bald. in d. rubric. C. de ſponſal.* quod
tamen controverti poteſt: tamen ſi ſtudiosè
rem fecit difficilem, quæ erat facilis, & pro-
traxerit ad exprimendam pecuniam, fecit
contra fidem ſuam & juſiurandum, & cri-
men concuſſionis ac repetundarum evitare
nequit, per ea quæ ſunt ante dicta. Hæc au-
tem illicita exactio & pactio munerum ma-
gis apparet ex ſecundis nuptiis, ad quas cum
perſentiſceret inclinare animum Principis,
ab agendo reiecit eos, quibus id curæ fuerat,
dicens eos fruſtra agere, & Principem aliò
traduxiſſe animum, adeo ut illi re deſperata
plane deſiſterent. Interim ipſe pactum me-
diante G. fecit cum E. ut ſi ſex milia Dale-
rorum illi, in eventum & conditionem nu-
ptiarum, promitterentur, ſe rem confectam
daturum.

Nam ſtellionatum & concuſſionem hic
eſſe commiſſam ab eo, qui dolo malo alios
ſemovit, & inchoatum, quaſi deſperatum,
ad utilitatem inde faciendam, effecerit, ex
ſuperioribus facile perſpicitur. Sed & gra-
vis hæc eſt in Principem ignominia, quaſi is
non ſui juris eſſet, & quã N. vellet coniugii
conditionem ſequi teneretur: perinde atq;
57 ignominiosè † traducit judicem conſiliari-
us, qui explicandi negotii ſpem (cujus finis
in judicis poteſtate ac motu ſitus eſt) polli-
cetur & vendit, *l. qui explicandi. C. de accuſat.*
Itaque damnatus iniuriarum, quas laturus
ſententiam intulit, fuſtibus caſtigatur, *l. item*
apud Labeonem. §. ait prætor, ne quid 25. & §.
Idem ait. 30. ff. de injur. & crimen falli com-
58 mittit, exemplo judicis, qui † ſententiam,
etiam juſtam, vendidit, *Gloſſ. Barthol. ad l. 1.*
de fals. Bald. in l. obſervare. §. proficiſci. de offic.
proconſul. quamvis lenius puniatur, *gloſſ. in*
d. l. qui explicandi. per l. qui duobus. de fals. nec
modo hoc procedere quando ſententia
venditur, ſed in omni † negotio, cuius ſpes 59
vel victoria nundiãtur, tradit Salic. *in d. l. qui*
explicandi. pro quo facit *l. eadem lege. ff. ad L.*
Jul. repetun. quæ non † modo in judicio ſed 60
& in publicis conſiliis, & omni officio nun-
dinationem prohibet, & quod tradit Bar-
tholus *in l. ſi quis ab aliquo. §. cum publicanus.*
de calumn. ubi colligit, officialem † æquè te- 61
neri, ſi pecuniam accipiat extra judicium,
atq; ſi in judicio: ad quod facit optimè tex-
tus *in l. 3. §.* tutor qui ad alimenta, *de ſuſpect.*
tutoribus. ubi ſi tutor † neget pupilli faculta- 62
tes ad alendum ſufficere, cum ſint ſufficien-
tes, vel alioqui ad ſuum commodum menti-
atur, intelligitur gravem iniuriam facere
pupillo, *ut ibi gloſſ.* & extra ordinem punitur
á præfecto urbi, fuſtibus vel alia coercitione
l. 1. §. ſolent. de offic. præfect. urb. quod maximè
hoc caſu videtur dicendum in Principe jam
adulto, & domino feudi, qui patrono com-
paratur; ut autem libertus patronũ † con- 63
tẽnens, aut iniuria afficiens, fuſtibus caſtiga-
tur; ita idem hîc videtur dicendum, *d. l. 1. §.*
cum patronus. cum gloſſ. ad verb. cum inimi-
cis.

Mihi tamen hoc diligentius perpenden-
ti ſcrupulum facit, quod non ſumus hic in
caſu, ad quem ratio d. l. qui explicandi. per-
tineat. Nam in d. l. qui explicandi. non
mirum eſt puniri eum, qui ſpopondit victo-
riam litis, & videri iniuriam facere judici,
cum † per ſe illicitum ſit paciſci de rerum 64
controverſarum eventu, *l. ſi qui advocatorum*
Cod. de poſtuland. & multo magis emere aut
vendere ſententias, & in talem opinionem
traducere nomen judicis, quaſi is perſuaſi-
one conſiliarii paciſcentis poſſit corrumpi,
quod eſt graviſſimã illi proculdubio injice-
re maculam. At hic ſumus in re plane licita
& honeſta: quid enim honeſtius quam con-
trahere matrimonium; quin & † illud quo- 65
que jure permiſſum eſt, muneribus & donis
allicere ad nuptias, *d. l. Titio. §. 1. ubi Dd. Canon.*
in cap. gemma. de ſponſalibus & cap. cum in ec-
cleſiæ. quod ſi hoc in perſonis principali-
bus licitum eſt, certè & in harum tutori-
bus, curatoribus, adminiſtratoribus, ut re-
cipere quid poſſint ad promovendum cre-
andumq; matrimonium, omnibusq; etiam
contractus & pactiones ea de re, ut honeſta,
permittũtur, excepto quod perſonæ princi-
pales, harumque parentes & tutores, qui
cogere aliquo modo poſſe præſumun-
tur, non poſſint pœnis ad matrimoni-
um

um contrahendum adstringi quoniam ea oportet esse libera, quamvis muneribus invitari possint *Barthol. Bald. Castrens. Jas. & alij in d. l. Titio §. 1. & in l. heres meus. §. final. post gloss. de condit. & demonstrat. & in d. c. gemma ubi Panormitanus num. 9.* ait, hanc communem esse opinionem *Speculat. tit. de sponsalib. §. 2. num. 3. & 4. Bald. in rubric. C. de spons.* & facit textus cum gloss. *in l. final. C. illo tit.* ubi etiam possunt parentes & tutores arrhas dare ac accipere, pro futuris personarum, quas regunt, nuptiis.

Itaque cum hic simus in actu per se licito, cum quis accipit pecuniam ut promoveat matrimonium, quod per se licitum est & honestum, dubitari probabiliter possit, an dispositio l. qui explicandi. quæ loquitur in casu per se illicito, locum obtinere possit. Non n. pœnalia sunt extendenda, nisi planè eadem sit ubivis ratio, & ne tunc quidem extendi debere non pauci voluerunt: nisi dicas actum hunc in persona N. fuisse illicitum, quia ut consiliarius, habens a Principe stipendium, non debuit accipere munera, ad curandum Principis negotium, multo minus per quandam concussionem & injectâ E. desperatione, & per fraudem extorquere ac procurare, quod propriè cadit in concussionis vitium *d. l. 1. de concuss. Jas. in d. §. quadrupli. Speculat. præallegat. loc.* Quæ res eo magis fuit illicita, non modo quia redundat in ignominiam Principis jam adulti & gubernantis, quasi is pro suo arbitrio ducere uxorem non posset, sed etiam ei detrimentum attulit. Nam ea summa, quæ N. pacta est, detracta videtur de dote Principis, quæ alioqui ex consuetudine Ducum Germaniæ major fuisset, ac tale quid actum esse propemodum literæ G. indicant, cum scribit ad P. Posse id damni alia via percommodè resarciri &c. Quod si ita est, etiam in pœnam perjurii incidit, est enim ejusmodi factum contra juramentum, tam consiliariatus, quam fidelitatis, ut verba ipsa demonstrant; eo magis, quòd in hoc ipso tractatu, quo rem redderet desperatiorem, & facilius quod vellet consequeretur, propalavit, alia multò excelsiora matrimonia esse Principi in prõptu, si uti vellet, quod ipsius fidei & taciturnitati erat secretò commissum. Consilia-
66 rius † enim revelans secreta fit perjurus, &
movetur ab officio *Bald. de pac. Constant. in verb. credentia. par. de excuss. consil. num. 4.*
67 perjurii † autem pœna est fustigatio, vel alia
extraordinaria cum infamia & amissione omnium dignitatum *l. si duo. §. fin. ubi gloss. Barthol. Castrens. Jas. latè de jurejur. junc. l. final. de crimin. stellionat. l. quoties. Cod. de dignitat. lib. 12. c. infames. 6. q. 1. gloss. & Dd. in l. si quis major. C. de transact. & in l. Lucius. de his qui notant. infam. Bald. in l. 2. C. de reb. cred.*

Nec etiam dubium est quin præter pœnam
criminalem hęc † pecunia illicitè & per con- 68
cussionem accepta, possit à Principe exigi & confiscari *Bald. d. cons. 378.* præsertim cum ad eius iniuriam sit exacta ut sic habeat iniuriæ suæ ultionem *Anchoran. d. cons. 271. arg. c. 1. in fin. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. & cap. si quis. 17. q. 4.* nec impedit quo minus & ad pœnam criminalem, & ad exigendum lucrum iniquum agi possit *l. quod evitandi. ubi Bald. & Salic. C. de condict. ob caus. Lauden. de offic. dom. §. 146. Bald. in l. venales. num. 6. C. quand. prov. non est necess.*

Septimò accusatur sesquiannum suæ prioris obligationis cum E. factæ reticuisse, atque ita de integro, magno salario & muneribus, ad novam obligationem ministerii esse inductum. Hic quidem articulus non satis congruere videtur cum eo, ubi de concussione pagi H. agitur. In illo enim dicitur, concessum ea conditione fuisse pagum, ut quoad Principes vellent, sine præfinitione temporis, N. in servitio esset: at hic apparet eum etiam ab E. ad certum tempus fuisse obligatum. Sed hoc domini Consiliarii quibus factum est notius, facilè conciliabunt. Sin autem ita se res habet, sicuti in articulo proponitur, furtum dici posset cõmissum, si pecunia à Principibus illi esset data pro priore servitio, cuius tempus celavit.
Qui † enim accipit scienter, quod scit sibi nõ 69
deberi, fur est, *l. falsus. §. 1. de furt. l. quoniam. ubi Dd. de condict. furt.* Sed quoniam apparet pro nova ministerii obligatione, & futuro servitii tempore esse datam, verius est in
crimen † stellionatus hanc dolosam reticen- 70
tiam incidere *l. 3. cum gloss. de crimin. stell. l. si fidejussor. §. in omnibus. ff. mandat.*

Octavò insimulatur, ad omittendas conditiones prioris obligationis, & concessionis pagi H. quædam instrumenta, ab E. in custodia hac de re scripta, præter voluntatẽ Principis, dolosè ac fraudulenter per Ant. subtraxisse. Hic ante omnia probatione opus est, hanc subtractionem fraudulenter, & invito Principe factam esse; maximè cum videantur ex mandato Principis omnia instrumenta huc pertinentia illi esse reddita,
quæ res illum excusat à furto, cum † illud nõ 71
fiat volenti, *§. sed etsi. ubi gloss. ad verbum. furti. Institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt. l. de eo. in fine. de donat. inter vir. & uxor.* & quando etiam invito quis domino aufert, dummodo probabiliter credat dominum assensurum,

rum, est à furto excusatus, cum affectum fu-
randi non habeat, §. *placuit. ubi gloss. Instit. de*
obligat. quæ ex delict. §. 1. Instit. de vi bonor. raptor.
§. item si is. Instit. de usucap. l. inter omnes. §. 1. de
furt. gloss. in §. 1. Instit. de obligat. quæ ex delict.
quod etiam ex eo præsumi potuit, quod tũ
arctissimè Princeps N. clementi favore pro-
sequebatur, ut notat Fab. *in §. furtum. Instit.*
eod. tit. quanquam his cessantibus regulari-
ter præsumitur res invito domino ablata,
Barthol. in d. l. inter. l. rectè num. 1. & 3. per l. qui
72 *vas. §. vetare. ff. de furt.* quia quæ † per se sunt
illicita præsumuntur fieri fraudulenter *l. 1. C.*
unde vi & l. si non convicij. C. de injur. Si itaque
probari potest, Principis jussum, sive restitu-
tionem literarum, non ad istas pertinuisse,
& N. fraudulenter invito Principe has lite-
ras subtraxisse, à furti crimine excusari ne-
73 quit, quod † etiam in instrumentis & literis
fit, æstimaturque tanti, quanti eius interest,
cui surreptæ sunt, *l. qui tabulas. l. quidam. l. Sem-*
pronia. l. fullo. §. final. de furt. l. si de possessione. C.
de probat. gloss. in l. Paulus. in princ. de fals. Sed
hoc putarim procedere in instrumentis, in
quibus debetur quid, quæque lucri gratia
surripiuntur; ipsa enim pecunia subtrahi
74 videtur: secus autem est, quando † instru-
menta aliud continent, nec lucrandi gratia
surripiuntur, sed occultandæ veritatis gra-
tia: tunc enim falsum committi potissimum
videtur, non modo in testamento, *l. 3. §. si*
quis dolo. de tabul. exhiben. l. 1. de public. judic. l. &
2. ad L. Cornel. de fals. sed etiam in aliis instru-
mentis, *l. Paulus. ubi Barthol. eod. tit. gloss. in l. si*
quis affirmaverit. §. 1. ubi Bald. de dol. mal. gloss. in
l. eum qui. ubi Bald. C. de fals. Hæc enim res
furto non convenit, quia nec definitio furti:
75 furtum † enim est contrectatio fraudulosa,
quæ fit animo lucrandi, *l. 1. de furt.* ergo ubi
hic animus, qui distinguit maleficia, abest,
furtum non potest dici commissum, atq; ita
distungunt inter furtum & falsum circa in-
strumenta Salic. *in d. l. si de possessione. Cyn. Bald.*
in d. l. eum. qui. & est de mente glossæ & Bar-
tholi *in d. l. Paulus.*
76 Verum † in hac materia video admodum
variare Dd. an subtractione instrumentorũ
falsum committatur. De testamento quidẽ
dubium non est, de quo expresse L. Corne-
lia loquitur, *d. l. 1. d. l. 3.* nec de instrumento
publico, *d. l. Paulus.* sed de privatis instrumẽ-
tis, ad quæ publicum judicium L. Corneliæ
pertinere non videtur *d. l. Paulus. in princ. ubi*
Glossa ita sentit, *& in l. 1. de pub. judic. in l. in-*
strumenta. C. ad exhibend. Cyn. in d. l. eum qui. Ja-
son. in l. pœnales. n. 22. variat etiam *Bartholus in*
d. l. Paulus. & l. qui testamentum. de fals. ubi ape-
rientem alienas literas existimat de stellio-
natu teneri: alibi Glossa indistinctè existi-
mat etiam in privatis scripturis falsum com-
mitti subtrahendo tantum, *in d. l. qui testa-*
mentum. in d. l. si quis affirmaverit. §. 1. in d. l. eum
qui. quam Baldus sequitur, ut habeat locum
non modo in instrumento publico, id est,
quod à † publica persona factum est, *d. l. si quis* 77
affirmaverit. & l. final. n. 33. C. de eden. sed qua-
libet privata scriptura, *in d. l. eum qui.* ubi di-
cit hanc quæstionem fuisse propositam de
facto, & ita fuisse judicatum. Et sane etiam
† in privatis scripturis & epistolis crimen 78
falsi committi evidenter ostendi potest legi-
bus, *l. damus. ubi Barthol. & Dd. l. si quis decurio.*
C. de fals. l. final. C. de fid. instrum. l. 1. §. is qui depo-
sita. de fals. de quo latius Angel. & Imol. *in l.*
l. de pub. jud. Nec † obstat unicus ille textus 79
in d. l. Paulus. ubi inquit JCtus. instrumen-
torum surreptorum crimen non esse publi-
ci judicii: nam accipiendus est, quando res
incidit in crimen furti, quia instrumenta
subtracta sunt animo lucrandi: secus esset
quando animo opprimendi veritatem sur-
ripuisset & celasset, ut ipse textus *in d. l. Pau-*
lus in fin. indicat, & ita conciliant hanc Leg.
quæ sibi non videtur constare, Bartholus *ibi-*
dem & Baldus *in d. l. eum. qui.* & pro hoc intel-
lectu optimè facit verbum *surreptorum*, un-
de apparet JCtum propriè loqui in eo casu,
quando animo lucrandi subtrahuntur in-
strumenta. Sed hic non insisto, quoniam
alia ratione hoc factum incidit in falsum,
quia quando † non modo occultantur lite- 80
ræ alienæ, sed etiam ad occultandam veri-
tatem resignantur & aperiuntur, falsum cõ-
mittitur, textus expressus, *in d. l. Paulus. in fin.*
verb. resignaverint. & ibi gloss. & Barthol. ubi
maximè † hoc verum esse, ait Bartholus, in 81
literis Principis, pro quo est textus *in l. majo-*
rem. C. de fals. Guid. Pap. decis. 235. præsertim si
† sint in archivum publicum sive cameram 82
relatæ *gloss. Barthol. Bald. in l. si id quod. de juris-*
dict. omn. judic. Jason. *in d. §. pœnales. num. 29.*
cum seq. Instit. de action. ubi dicit, quod qui in-
strumentum tantum surripuit, teneatur fur-
ti, qui vero resignavit in legem falsi incidat,
per l. divus. §. instrumenta. de pœn. l. 1. §. penult. l.
qui testamentum. de fals. Guid. Pap. decis. 579.
num. 5.

Etsi autem pœna † legis Corneliæ de fal- 83
sis regularis est deportatio cum bonorum
publicatione *§. item L. Cornelia. cum gloss. Insti-*
stit. de public. jud. tamen constat hanc pœnam
augeri & minui pro ratione delicti, *l. divus.*
2. l. qui falsam. § final. l. qui duobus. ff. de fals. ut
rectè Faber *in d. §. item num. 1.* dicat, hanc pœ-
nam esse arbitrariam *l. ubi C. eod.* Itaque miti-
us esset hoc casu puniendus, qui † non fa- 84
bricavit falsas literas, sed tantum veras amo-
vit, per ea quæ notat Faber *in d. §. item. in fin.*
& in d. §. pœnales. sufficere que videtur pœna

O stellio-

stellionatus extraordinaria, per notata Bar-
tholi *in d.l.qui testamentū.& l.Titio. ad muncip.*
ubi & in stellionatus incidere crimen tradit
85 Bartholus & † sane tutius est, in pœnalibus
præsertim, in tanta Dd. varietate mitiorem
sententiam amplecti, *l.penult.l.respiciendum.*
de pœn. l.generaliter.de decurio.l.factum.§.final.
de reg.jur. l.in quorum.de pignor.

Ultimo insimulatur ementitæ nobilita-
tis, quod se nobilem dolo malo finxerit, ad
obtinenda feuda, quorum nemo nisi nobi-
lis capax est, in quæ etiam hac via penetra-
86 vit. Id † si verum esset videretur teneri cri-
mine falsi, *l.1.ubi gloss.& Dd. C.de mutat.nom.l.*
eos qui.§.final.de fals. Barthol.in l.reddatur.C.de
de profes.& medic.lib.10.& in l.1. C. de dignit.lib.
12.l.data opera.C.qui accus.non poss. Jas.in l.Bar-
barius.num. 20. de offic. prætor. Guid.Pap.decis.
89.cum addit.Chassan.tit.des. inf. de plus licite.
§. 4. num. 10. Quamvis autem qualitas no-
bilitatis probari debet ab allegante, quia
87 quisque † magis præsumitur plebeius quàm
nobilis, *Bald. in l. non ignorat. C.de iis qui accu-*
sar. non poss.& in c.1. §. Si rusticus tit. de pac.te-
nend.& ejus.viol.late Socin.consil.246. eleganter.
88 *volum.2.num.2.* tamen qui † est in possessione
alicuius status ab onere probandi relevatur
l.circa.ff.de probatio.l.quoties. Si lib.ingen.esse di-
cat. Cum autem N. semper habitus sit pro
nobili, saltem communi reputatione, hæc
89 illi possessio prodesse debet, quæ † etiam in
nobilitate, præsertim cum est diuturna, plu-
rimum valet, *Barthol. in d. l.1.num.31. Boer.de*
stat. personar. §.6. circa princip. nisi quis dicat,
eius possessionem esse dolosam aut furtivā,
90 quæ † non relevat ab onere probandi, *l. eam*
quæ. Cod. de liberal. caus. l.vis ejus.C. de probatio.
91 Nam nobilitas † etiam per famam probatur,
Bald. in l.providendum.C.de postuland. Alexand.
in §. tormenta. de quæstionibus. etiamsi nobili-
92 tas † verè per communem opinionem non
contrahatur. *Lucas de Penn.in l.mulieres. C.de*
dignitat.lib.12. Matth.de Afflict.tit.quis dic.dux
Marcb.num.39. Sed hoc probare difficile,
ideo mihi probabile esse videtur, quod hāc
nobilitatis possessionem à parentibus acce-
pisse fertur: quod si est, præsumitur bona fi-
de possedisse atque accepisse nobilitatem.
93 Nobilitas † enim à parentibus maximè deri-
vatur in filios *Bald.in l.ult. C.de serv.fugit.* Et ex
94 † antiquitate generis judicatur quis nobilis
95 *Alvar.in c.1.§.cæteri.quis dic.dux.marcb.* & ex †
nomine quis nobilis est præsumptione, *Al-*
var.ibid.n.6.l.quod si nolit.§.qui mancipia.de ædi-
96 *lit.edict.* Nobilitas † enim patris extenditur
ad filios, *Barthol.in l.2. §. in filiis.ff.de decurion.*
97 *& in c.licet.in fin.de censib.* ac † possessio patris
intelligitur in filios continuari, *l.in suis.de lib.*
98 *& post.* Heres † enim habet probabilem i-
gnorantiam juris paterni, *l.qui in alterius.de*
regul.jur. c. cum quis. ubi Dyn. eod. tit.in 6.l.final.
ff.pro suo.l.si mulier.ff.ad SC.Velleian. ut qui con-
tra dicit probare scientiam ac dolum eius
malum debeat, *Dec.in d.l.qui in alterius.n.2.&*
consil.328. Jas.consil.64.lib.3. Alexan.consil.70. &
consil. 134. in fin. lib. 1. Bald.in c.1.§.si vasallus.in
fin.in tit. si de feud.fuer.controvers.inter. dom.
& agnat. Carol.Molin.in consuet.Paris.§.1.gloss.7.
n.4.& § 13.gloss.5.n.6.

Et his, quidem modis jure civili adversus
N. agi potest, articulos, ubi omninò necesse
est, ipsos accusationis clarà & liquidâ proba-
tione deduci atque ostendi, de qua operæ
pretium esset ante omnia agi, ut priusquam
institueretur judicium id quomodo doceri
possit liquidò constaret. Nunc quia N. va-
sallus etiam est Principis, videamus quam in
pœnam jure feudali incurrerit.

Sciendum autem est, hoc jure vasallum † 99
ex causis infidelitatis & ingratitudinis feudo
privari, videlicet iis, propter quas exhere-
dari filius, aut revocari donatio potest, vel
similibus aut gravioribus, non enim omnes
causæ possunt scripto comprehendi, *cap.1.§.*
prædictis. ubi Bald. quæ fuit prim.caus. benef.
amitt. in tit. quibus mod. feud. amitt. num. 12.
vid.Curt. part.1.num.58 Zas. de feud.part.1. in 5.
conclus. Bal.consil.141.num.2.& 3. vol.2. Requi-
runtur † autem enormes causæ & graves 100
iniuriæ, licet aliquando ex culpa amitta-
tur, *c.fin.quo tempor. mil.gloss.in c.1.quibus mod.*
feud. Alex. consil.123.parte.1.Bald.consil.188.part.
2.& consil.9.& 301.parte 1.cap.unic.in quibus.caus.
feud.amitt. cap.1.§.porro.quæ fuit prim.caus.be-
nef.amitt. Jacob. de S. Georg. ad verb.dict.ig. va-
salli. num. 30. 41.& 47. Anchor.consil.285. Ferrar.
in form.lib.de revoc.feud. & una † gravis causa 101
sufficiat, *Bal. Jacob.de Ortho.in tit.de feud.sine*
culpa non amittend. Bart.consil.11.volum.2. Brun.
consil. 117.in hac causa. Alvar.in c.unic.num.4. de
feud.sine culpa non amittend. per c. 1.const. feud.
Loth.Imper. facit dicta *rubric. de feud. sine cul-*
pa. quæ loquitur in singulari numero.

Videtur quidem sufficere levis causa, quia
libertus † propter levem causam, quæ ex cō- 102
mittendo est, potest revocari in servitutem,
l.2. C. de bon. libert. nā hæc iniuria intelligitur
esse atrox, unde & propter levem causam in
dominum commissam vasallus feudo pri-
vari potest. Huic respondeo. Primò non
† inveniri jure cautum, quod ex iisdem 103
causis feudum amittatur, ex quibus li-
bertus ingratus libertatem : Imo textus
tantummodo causas repudii & exhereda-
tionis adducunt, *in tit. quæ fuit prim.causa*
benefic.amittend. & in quib. caus. feud amittat.
quas omnes cōstat esse graves. Quod autem
compa-

comparat Glossa libertum vasallo in puniendo, *in l. unic. de offic. præfect. urb.* id fit in casu expresso in jure, videlicet, quando cum inimicis domini vasallus contraxit inimicitas. Illud autem ad leves iniurias extendi, contra apertos textus, efficaciter non potest, nec enim valet argumentum à † maiore
104 ad minus affirmativè, & sufficit similitudinem esse in ea parte, qua fit comparatio.

Secundò, constat argumenta † probabi-
105 lia, ut est similitudinis, cessare, quando res textu est decisa, vel quando argumentum esset contra legem, ut multis locis ostendit Everar. *c. à nobis. 2. de senten. excommun. l. final. §. filiif. am. C. de bon. quæ liber. junc. l. penult. C. qui testam. fac.* ratio est in *l. continuus. §. cum ita. de verb. obligat.* & hoc latius probat Everar. *in loco à simili, in prima fall. & in loco ab excpt. ad regul.* Sed expressum est jure vasallum nō ob quosuis sermones & causas privari Ergo &c.

106 Tertiò, quando † fit comparatio similium secundum quid, non simpliciter, tunc non procedit argumentum, si in eo, in quo fit comparatio, sit dissimilitudo: hic autem dissimilitudinem esse, ratio diversitatis ostendit. Nam libertus ob levem iniuriam
107 in servitutem redigitur, quia † cum maximum & inæstimabile beneficium, nempe libertatem, acceperit, summam gratitudinem debet, & in minimo incidit in peccatū ingratitudinis: at tale beneficium non habet à domino vasallus, imò sæpè fit, ut nullum habeat à parte Domini, ut in feudis paternis & antiquis, in iis enim jure, non ex liberalitate agit Dominus eum investiendo.

Ut igitur libertus ex gravi iniuria amittit libertatem; ita vasallus feudum, quia hoc jure cautum est: ut autem libertus amittit ex levi causa, ita & vasallus, in eo non valet consequentia; illud enim jure cautum est, hoc nequaquam, imo contrarium juris est, quod egregias & graves injurias requirit.

108 Committitur † autem feudum ipso jure *Alvar. in cap. 1. num. 3. de feud. sine culp. non amittend.* licet requiratur sententia declaratoria textus *in cap. 1. & cap. 2. in verb. amitt. gloss. in cap. 1. de probib. feud. alien. per Federic. & Bald. in c. 1. §. 1. num. 2. quibus mod. feud. amitt. cap. 1. si vasall. feud. privet. Ferrar. in for. lib. ad revocat.*
109 *feud. num. 11. & 26.* Feudum † autem commissum non ad heredes aut agnatos, sed ad dominum revertitur indistinctè, quando est novum, *cap. 1. §. final. ubi Alvar. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. cap. unic. Si vasall. feud. privet. cap. 1. §. si vasallus culpam. si de feud. fuer. controvers.* quod non habet dubitationem secundum Zasium *in tit. ad quem feud. apert. revert. in tertia conclus. Jacob. ad verbum dictique*
110 *vasalli. num. 58.* quando † vero antiquum est, tunc demum domino acquiritur cum propter iniuriam domino factam revocatur, exclusis † non modo liberis, *And. de Isern. in c. 1.* 111
Si vasall. feud. privet. per l. quod si nolit. §. qui mācipi. 1. de ædil. edict. cum aliis allegat. & in §. final. ubi etiam Alvarot. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. Bald. in cap. 1. §. hoc quoq. de feud. successio. Cyn in l. 2. C. de liber. & eor. liber. fac. text. in cap. 1. §. si vasallus culpam. si de feud. cont. fuer. (licet alii contra teneant, præsertim in feudo antiquo, *Jacob. in verb. & cum pacto. n. 15. cum ibi allegat.* vel quando feudum etiam liberis est expresè concessum *Zas. præallegat. loc. in 1. fallent. Barthol. in l. cum qui. de interdict. & relegat. Bald. in l. legi. C. de legit. hered. Castren. l. si furta. §. si de vectigalibus. de damn. infect.*) sed † 112
etiam agnatis *gloss. final. in c. 1. §. final. de pac. jurament. firmand. alias de allod. Bald. Alvarot. & communiter scribentes in §. final. quæ fuit prim. caus. & in §. si vasallus culpam. Si de feud. fuerit. controvers. Bald. in l. eum qui. de jurejurand.* facit textus *in d. §. final. verb. proximus.* ubi etiam ratio traditur, ut habeat iniuriæ suæ ultionē, & hanc communem sententiam firmat Frācis. Curt. Bal. *in 5. parte principali* quanquam contra senserunt gloss. *cap. 1. §. 1. de feud. success.* And. de Isern. *in cap. 1. si vasall. feud. privet.* Hostiens. *in summa de feud.* Jacob. *præalleg. loc.* Secus † verò est, quando aliis ex causis revoca- 113
tur, *tot. tit. quibus mod. feud. per felon. amitt.*

Qua de re nunc disputare cesso, quoniam feuda N. nova sunt, utpote in quibus ipse primum est investitus, nec pervenerunt à successione progenitorum, *cap. 1. quot testes sint necess. ad proband. Bald. consil. 138. factum tale. Jacob. de S. Georg. in verb. feudum. in 6. decis. Socin. consil. 252. visis. volum. 2.*

Videamus itaque repetentes capita accusationis, an & quæ inde justæ revocationis feudi causæ enascantur.

Primò accusatur, contra testamentum Principis impetrasse per fraudem & efflagitationes, citra tamen extorsionem, bona ducalis Cameræ, quæ videtur causa sufficiens esse ad privationem, quia † vasallus do- 114
minum concutiens privatur feudo *Zas. in tit. de feud. privatio. fol. 159.* Sed Zasius de vera concussione & violentia loquitur ut *l. 1. & 2. de concussion.* quas allegat, declarant, qualis hic non est. Item de ea quæ fit domino directò: quam hic non esse Principi factam, superius est declaratum. Nam quæ fit alii nō privat feudo vasallum, ut nec rapina, *Bald. in c. 1. §. si duo. num. 5. de pace tenend.*

Secunda causa est, quod in jacturam domini, ad suum emolumentum, malè, & contra fidem, consuluit, *Zas in d. epitom.* Verum hanc justam esse privationis causam (ut maximè probari posset) nusquam invenio.

Tertiò quod in officio præfecturæ ad arbitriũ Principis manere noluit, ſed retinendus fuit multis muneribus & impenſo ſalario: propter quam tamen cauſam pagus H.
115 illi conceſſus fuiſſe perhibetur, ac † nulla
juſtior eſt beneficii amittendi cauſa, quam
ſi id non fiat, cuius cauſa datum eſt, *cap. 1. §. ſed non eſt. quæ fuit prim. caus. benefic. amittend.* Verum dici poſſet hoc verum eſſe in cauſa finali, verbi gratia, ſi non præſtet vaſallus ſervitia, quæ ex natura feudi, vel pacto, debentur, & propter quæ feudum eſt conceſſum, *Bald. ibidem. in princ. Curt. parte 4. de feud. num. 61. & 80.* at ſecus eſſe videtur in cauſa, quæ nullo modo ad finem feudi, eiusque ſervitium, eſt ordinata, ſed eſt tantum im-
116 pulſiva, quæ † etſi ceſſet, non tamen revocantur donationes factæ, *l. ſi repetendi. C. de condict. ob caus. l. ſi mulier. C. de jur. dot. gloſſ. notabilis in l. 1. §. ſecundo limit. de poſtuland.* maximè quando ſunt remuneratoriæ, quæ fiunt pro-
117 pter ſua merita, nam hæ † ne per ingratitudinem quidem revocantur, *Roman. conſil. 436. quod adultum. num. 15. per cap. propter gratitudinem. de donationibus l. final. C. de revoc. donation. §. ſciendum. Inſtit. de donation.*

Quartò quia fecit Domino inſignem iniuriam, de nuptiis eius paciſcendo, cumque quodammodo vendendo clandeſtinè, atq; ita agendo, quaſi Princeps ſui corporis poteſtatem non haberet. Etſi autem gravior
118 eſt iniuria propter perſonam domini, cui †
vaſallus honorem debet non minorem, quam libertus patrono *gloſſ. in l. 1. §. cum patronus. de offic. præfect. urb.* tamen ſciendum eſt,
119 non † omnem iniuriam quam vaſallus in
dominum committit, ratione perſonarum atrocem videri, ſed neceſſum eſſe, ut re ipſa ſit atrox, *§. atrox. Inſtit. de injur. l. fin C. de rer. dom.* adhoc ut feudo privari poſſit, *d. c. unic. in quib. caus. feud. amitt. c. 1. §. porro. quæ fuit. prim.*
120 *caus. benefic. amittend.* Non † enim facile ſine
magna culpa poteſt aut debet vaſallus deveſtiri *c. 1. ubi Dd. de feud. ſine culp. non amittend. c. 1. §. inſuper. de probib. feud. alienat. per Frider.* Verum hic talem iniuriam Principi eſſe factam difficile eſt ut oſtendi poſſit: cùm licitum ſit pecuniam ad promovendum matrimonium accipere, & ad id contrahendum præmiis vel ſuaſionibus illicere vel allici cõceſſum, atque adeo honeſtum, ut nulla contumelia ex tali facto exiſtat; quod ſi exiſteret, certè tutori aut curatori, vel parentibus non liceret hoc nomine pecuniam accipe-
121 re, non † enim lex eſt author iniuriarum, *l. meminerint. C. unde vi.* atqui hoc permiſſum
122 eſſe ſupra oſtenſum eſt. Quod † autem per-
miſſum lege eſt, nullã omnino meretur pœnã *l. Grachus. ubi Dd. C. de adulter.* Et ut ipſi quidem, ratione conſiliariatus & adminiſtrationis, non fuerit permiſſum, paciſci de muneribus, tamen ex eo non ſequitur, hanc pactionem ad iniuriam Principis redundare, cum nulla dici poſſit contumelia, ad honeſtas nuptias, procreandamque ſobolem, virum principem à conſiliario inſtigari: nec in jure cautum eſt, nec ratio etiam admittit, e-
um, qui † promiſit factum alienum putati- 123
vum, facturum nimirum aut ſe effecturum, ut Titius faciat *ut in §. ſi quis alium. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* iniuriarum nomine teneri, quaſi velit illum in poteſtatem redigere, cum ea obligatio ſive pactio tertium nullo modo
obſtringat. Deinde cum iniuria † ex affectu 124
eius qui facit ſit eſtimanda *l. 3. §. 1. de injur. l. qui injuriæ. §. verum eſt. de furt.* nec ſine animo in-
juriandi & contemnendi (unde † contume- 125
lia dicta eſt *l. 1. de injur.*) iniuriam quis faciat, etiamſi revera fiat iniuria *l. 3. §. 1. & 2. l. 4 de injur.* ſequitur hanc pactionem N. ad iniuriarum in dominum cauſam non pertinere, quandoquidem non contemnendi aut iniuriandi domini cauſa, ſed ſui quæſtus gratia evidens eſt, eum ad has pactiones animum appuliſſe. Itaque etſi hæc res pertineret ad aliquam principis ignominiam, (quod obſcurum eſt) tamen non poteſt dici talis iniuria propter quam feudum ammitti debeat, cum neceſſum ſit eiuſmodi iniurias eſſe enormes & egregias quæ animo contumeliæ & iniuriandi domino inferuntur, ut ipſi textus allegati oſtendunt, *Bald. in c. 1. §. aliud enim. quæ fuit prin. caus. benefic. amitt.*

Illud magis urgeret, ſi probari poſſet, in tractatu conveniſſe, ut hæc ſumma pacta de dote Principis detraheretur. Hoc enim ipſo videretur magnam læſionem bonis domini intuliſſe, vel certe magnam utilitatem
impediviſſe, quod † qui facit vaſallus feudo 126
privari poteſt, *cap. 1. §. porro. quæ fuit. prim. caus. benefic. amittend. Ferrar. in form. revo. §. civilia. præalleg. loc. cauſa. 16.* Sed ſi magna læſio æſtimanda eſt, ut certe eſt, ex facultatibus domini, vereor ne hæc ſumma 6000. florenorum ad facultates & potentias Principis collata videri parva iudicanti poſſet. Enormes
† enim & magnæ læſiones illę in jure dici ſo- 127
lent, quæ æquant aut ſuperant dimidium eius, ad quod referuntur, *l. 3. C. commun. utriusq; judic. l. 2. ubi Dd. C. de reſcind. vendit.* Præ-
terea in † pœnalibus non eadem ſolet eſſe 128
ratio lucri impediti & ceſſantis, & damni illati, *l. ſi is cui. §. final. de furt. gloſſ. in l. 3. §. final. de eo quod cert. loc. Bald. in cap. unic. num. 2. & 3. quibus. mod. feud. amitt.*

Sextò concreditas ſecretò à domino ſibi
coniugiorum cõditiones revelavit: quæ † et- 129
iam eſt juſta cauſa amittendi feudi, *c. 1. verſic.*

etſi

etsi aliquid.de nov. form. fidelitat.cap. 1. de form.
fidelit. c. 1. quibus mod.feud.amitt. Sed sciendū
est, hoc procedere, si scienter & dolosè, in
fraudem domini, vasallus secreta revelat d.c.
1. quib. mod. feud. amittat.c.unic.qual.jur.vasall.
domin. deb.c.unic.de form.fidelit. Itaque tria
requirunt Dd. ut feudo privari propter re-
velationem secreti vasallus possit. Primum
ut secretum reveletur, secundò ut fiat ani-
mo nocendi, tertiò ut damnum inde domi-
no acciderit And.de Isern. Alvarot. Bald. & cō-
muniter Feudistæ in d.c.unic.quibus mod.feud. a-
mitt. Jacob. de S.Georg. in verb. dictiq, vasalli. n.
28.Curt.in 4.parte num.76.Socin.consil.257. visis.
parte 2. Secus est, si animo laudandi domi-
num, vel aliam ob causam, revelaverit. And.
de Isern.præallegat.loc. Zas.in tit.de feud.privat.
fol.158. Al.in c.1.n.4.post gloss. tit. quib. mod.feud.
amitt. Qua ex communi Dd. theorica & il-
lud adstruitur quod ante dixi, quamvis quid
fiat quod pertineat ad injuriam domini, si
tamen non animo injuriandi faciat vasallus,
eum non amittere propterea feudum. Nam
etsi secretum reveletur, & inde nocumen-
tum atque injuria existat domino, impunè
tamen hoc est vasallo, si animum nocendi
non habuerit. In hoc autem casu requisi-
ta tria supradicta omnia cessare videntur.
Nam inprimis non videtur revelasse secre-
tum N. si tantum in genere dixit, alias, etiam
Regales nuptiarum conditiones Principi
130 offerri, generalitas † enim illa obscura est, &
nihil aperit, l.ita fides.in princ.de jur.fisc.l.cum
131 Stichus.de solutio. & † paria sunt nihil dici, aut
ita dici, ut in specie intelligi nihil possit, l.si
domus. in princ.de legat.1.l.cum post.§.gener.de
jur. dot. l. duo sunt Titij. de testament. tutel.§.in-
certis.Instit.de legat. Deinde etsi alioqui præ-
sumitur vasallꝰ animo nocēdi revelasse Dd.
præallegat.loc. tamen hoc casu apparente ve-
risimiliter in contrariū animo, ex honestate
rei, quæ revelata est, præsumptio cessare de-
bet, l.continuus. §. cum ita. de verbor. obligat.
Probabile autem est, idque ex re ipsa elucet,
non nocendi, sed laudandi magis animo N.
de tam honestis nuptiarum domino obla-
tarum conditionibus gloriatum esse, aut
(ut pessimè interpreteris) ea causa fecisse, ut
eo maturius ac diligentius P. in rem incūbe-
rent, & N. quavis conditione ad partes ad-
jungerent, idque etiam ex circumstantiis
personarum & rei, quia nihil illiciti aut in-
honesti revelavit, est conjecturandum. Al. in
d.c.unic.in fin. Ex hac autem revelatione ni-
132 hil nocitum esse domino, exitus † ipse qui a-
cta probare dicitur, l.rem non novam §.final.
C.de judic.Curt.in 4.parte.num.16.§.final.in pro-
œm. digest.Socin.consil.46.cum in præsenti.num.6.
volum.1. abundè & evidenter ostendit. Nec
† est inspiciendum quid evenire potuit. sed 133
quid evenerit, l.cum quidam.§.final.ubi gloss.de
jurisdictio.omn.judic.l.cum qui §. Papinianus. de
furt.l.sciendum.§.fin. Qui satisdar.cogant.l.1.de
in lit.jurand.l.eo tempore.de pecul.
Septima causa amissionis est, quod facilia
† Domini matrimonia fecerit difficilia, re- 134
movendo eos qui hujus rei curam suscepe-
runt, & disputatione injecta, ac variis arti-
bus prolatando, Et hanc in specie justam
privationis causam ponunt Andr. de Isern.
in c.1.num.5.de form.fidelit.Matth.de Afflict. eod.
tit.num.12. Jacobin.in verb.qui quidem investiti.
num.25. Verum id omnino ostendendum
esset, præsertim cum ex narratione accusati-
onis appareat, non modo non rem fecisse
N. difficiliorem, sed omni studio incubuisse
& sollicitasse apud Principem, ut perficeren-
tur. Deinde existimo hanc theoricam Dd.
procedere, ut & aliæ punitionis causę, quan-
do fraude & dolo malo, ad injuriam domi-
no inferendam, hoc vasallus fecisset, secus si
ob aliam causam. At hic apparet N. non
studio rem impediendi, aut animo injurian-
di dominum, sed ut ipsi, aliis amotis, negoti-
um committeretur, plei aque fecisse: & in
eo videtur quod se possit purgare ac decla-
rare juramento, per ea quæ tradit Alvarot.
And. de Isern. in d. c. unic. quibus mod. feud. a-
mittat. Jacob.præallegat.loco. Zas.in epitom. de
feud.privat.pag.158. & 159. nam quotiescunq;
† quid ab alicuius animo pendet, is potest a- 135
nimum suum juramento declarare, gloss. in
§. aliæ. Institut. de actionibus & in l. sicui §. iis-
dem.ubi Dd. de accusat.gloss.in c.sed casu de homi-
cid. Præterea exitus ipse docet, artibus N.
rem factam difficilem non esse, & quod nul-
lum impedimentum Principi sit creatum,
quo minus petenti statim uxor promittere-
tur. Actus autem ex † eo, quod evenit, sunt 136
considerandi & metiendi, non ex eo quod e-
venire potuit, cuius nulla habetur ratio, l.si
stipulatus essem abs te. l. insulam intra.de verbor.
obligation. Et in summa, multis exemplis
doceri potest, vasallum non semper ex hac
causa feudum amittere, præsertim cum do-
lo careat, ut & Zasius, præallegat. loc.pag.164.
ostendit per c.1.§ vasallus. Si de feud.controvers.
fuerit inter domin.& agnat.gloss.in c.dudum.1.de
election. cap. commissa. in princip. de electio. in 6.
præsertim quando de pœna agitur late Hyp-
polit.in pract.criminal.§. ulterius. in princ. bonus
text. in l. vulgaris. §. qui furti.de furt. Ut hæc
res planè relinquatur arbitrio judicis, & sit
ex bono & æquo in utramvis partem.
Videtur † etiam esse justa causa ingratitu- 136
do, ex qua vasallus feudo privatur, c.de forma
circa finem.22.q.ultim.Curt.in tractat. 4. parte
num.1. sicuti libertus † propter eam in servi- 137

tutem revocatur, *l. 2. C. de libert. & eor. liber.*
non tamen ex omni ingratitudine, ſed quæ
cauſas expreſſas habet *Curt. ibid. n. 3.*

Præterea videtur feudo privandus, quia
138 † eſt periurus, *cap. 1. de form. fidelit. cap. 1. quibus
mod. feud. amitt. Ferrar. in form. libell, ad revoc.
feud. ad verb. nec ſuperſtitibus. n. 17. & ſequent.
per c. 1. de feud. ſine culpa non amittend.* Sed hoc
accipiendum eſt de periurio commiſſo con-
tra formam fidelitatis, non de periurio cõ-
miſſo contra juſiurandum officii, ut præal-
legata jura & ibi Dd. oſtendunt. Limitata
139 † enim cauſa limitatum habet effectum, *l. in
agris. de acquir. rer. domin. l. 3. C. de tranſact.* &
140 ſeparatorum † ſeparata eſt ratio, *l. ſi maritus.
cum gloſſ. C. de donat. inter vir. & uxor.*

Sed hic etiam contra juramentum fideli-
tatis feciſſe videtur N. quia honorem domi-
ni non cuſtodivit, nec honeſtum eius, tutũ,
utile, facile, poſſibile quæſivit, quæ omnia
juramento fidelitatis ſunt contraria *c. unic.
qualit. jur. deb. vaſall. cap. unic. de form. fidelitat. c.
unic. ubi Matth. de Afflict. de nov. for. fidelit.* Sed
præterquam quod *Matth. de Afflict. num. 21.*
141 hoc difficile putat, cum † de uno non fiat re-
ctè illatio ad aliud. *l. ſi maritus. C. de donat. int.
vir. & uxor. l. fin. de calumniat.* unde ita in ter-
minis hæc juramenta diſtinguit Jac. *ad verb.
qui quidem inveſtiti. num. 6.* poſt Bald. *in com-
ment. de pac. Conſtant. verb. Vaſalli noſtri. Alva-
rot. in c. 1. qual. jurar. deb. Vaſall.* etiam ſciendum
142 eſt, non † ex omni periurio amitti feudum
*cap. 1. §. illud eſt certum. quæ fuit prim. caus. benef.
amittend.* ſed quando periurium cadit ſuper
delictis, vel eſt delicto coniunctum, ex quo
feudum amittitur, *Matth. de Afflict. poſt gloſſ.
in cap. unic. §. ſimiliter. num. 2. quibus mod. feud. a-
mittat. Alvarot. in cap. unico. num. 45. de form.
fidelit. & in cap. 1. §. illud enim. Quæ fuit prim.
caus.* & quando venitur contra juramentum
ex cauſis privationis ut inquit Baldus *in cap.
1. §. ſimiliter. num. 3. quibus mod. feud. amitt. per c.
1. §. non enim. In quib. caus. feud. amitt.* & ut for-
tius vult Alexander, non propter periurium
committitur feudum, niſi in caſibus in jure
expreſſis, *Alex. conſil. 103. num. 22. vol. 1.* Prodi-
143 tor † quoque feudo privatur, qui tale quid
committit, propter quod poſſit appellari
proditor *gloſſ. in cap. 1. in verb. item ſi fratrem.
Quibus mod. feud. amittat. Curt. in 4. parte. num.*
144 *43.* Proditor † autem eſt qui tacet verita-
tem. *cap. abiit. 11. q. 3. gloſſ. in cap. clericus. 46. di-
ſtinct. per cap. nolite. 11. q. 3.* qui malitioſè cir-
cumvenit alium ad ſalutis exitium, *gloſſ. præ-
alleg. loc.* & callide ſeducit, *cap. ſi cupis. 16. q. 1.* &
qui aliud mente aliud actibus oſtendit, *Bar-
thol. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. de pœn.* &
qui ſecreta revelat. *cap. nervi. 13. diſtinct. cap. ſa-
cerdos. de pœnitent. diſt. 6. cap. omnino. de pœn.
& remiſſ. cap. 1. §. de bis. 2. q 7.* Ex his & ſimili-
bus vel etiam maioribus cauſis hiſce expreſ-
ſis privari poſſunt vaſalli beneficiis: ideo † 145
multis ſunt ſubiecti periculis, & facile poſ-
ſunt illaqueari Curt. *in 4. parte. num. 80. in
fin.* Harum † autem cauſarum probatio 146
teſtibus quinque eſt facienda, *Bald. in cap. u-
nic. num. 5. de feud. ſin. culp. non amitten.* nec † ex 147
præſumptionibus, ſed ex probationibus in-
dubitatis hæ culpæ, per quas feuda amittun-
tur, ſunt judicandæ, *Bald. in cap. 1. num. 11. de
feud. ſine culp. non amitt. per l. 2. C. qui accuſar. non
poſſ. l. final. quod met. caus.* ut interim taceam,
quod † omnes pendeant ex arbitrio judicis, 148
*Bald. in cap. 1. in princ. in quibus caus. feud. amit-
tat.*

Quibus omnibus diligenter ponderatis,
cum nullam videam ſatis firmam cauſam,
propter quam dici poſſit N. privandum feu-
do, cumque earum cauſarum probatio in
hac materia ſit difficilior, pendeat etiam ex
arbitrio judicis; exiſtimo fore pericule-
ſum, ſi ad revocationem feudi actio in-
ſtituatur: & certè melius ad ſpem victoriæ
judicium ſufficiens videtur, ſi ad extraordi-
nariam pœnam ex L. Julia repetundarum,
de concuſſione, vel de crimine ſtellionatus
agatur, & proceſſus ſummarius inſtituatur,
quam in actionem deportatio, confiſcatio,
relegatio, infamia, aut maiores minoresvè
pœnæ, pro qualitate delicti, venire poſſunt:
quo in judicio ſi cõdemnetur N. actio feuda-
lis revocatoria facile poſtmodum expediri
poterit, quando acta † in priore judicio fi- 149
dem factura ſunt in alio feudali *Dd. l. 2. C. de
edend.*

Atque ita mihi, quantum in his temporis
anguſtiis inveſtigare arbitrarique poſſum,
ſuper N. accuſationis articulis, ex jure
reſpondendum videtur. Salvo
ſemper meliore ju-
dicio.

Con-

CONSILIUM CCCXV.
DE POENA IMPUGNANTIS TESTAMENTUM.

SUMMARIA.

1. *Avus maternus nepotem in potestate non habet. n. 4.*
2. *Substitui iis tantum liberis potest pupillariter, qui in potestate sunt, cæteris per fideicommissum relinqui.*
3. *Clausula codicillaris testamento adjecta substitutionem pupillarem extraneo factam ad fideicommissum trahit: Etsi verbis civilibus facta sit. n. 5.*
4. *Mater liberos in potestate non habet, nec iis substituere potest pupillariter.*
6. *Heres pendente judicio nullitatis testamenti, fideicommissariis, præstitâ cautione, satisfacere cogitur.*
7. *Exceptio confirmat dispositionem generalem in casibus non exceptis.*
8. *per Clausulam codicillarem legata & fideicommissa intelliguntur repetita & relicta ab intestato.*
9. *Nepotis legitima fideicommisso gravari potest, si id ab heredibus ipsius præstandum est.*
10. *Impubes indignum se hereditate vel legato facere non potest.*
11. *Testamentum qui impugnat ex capite nullitatis, legatum vel fideicommissum non amittit: secus si querelâ inofficiosi.*
12. *Fiscus vindicat relicta iis, qui se indignos faciunt; nec heredibus ea accrescunt.*
13. *Litis eventus dubius.*
14. *Ademptio legati vel fideicommissi, in pœnam testamentum impugnantis facta, non obtinet, quando probabilis impugnandi causa adest.*
15. *Dispositio odiosa de heredibus & legatariis loquens, ad fideicommissarios extendenda non est.*

JVrgen M. etwan Raths-verwanter zum S. hat für seinem Tödtlichen Abgange ein Testament gemachet/ darinnen seinen nepotem ex filia Timotheum P. nebenst seiner Haußfrawen hæredes instituiret, auch dem Nepoti pupillariter substituiret, mit der angehengten Clausel/ so ein oder anderer von den Instituirten heredibus oder legatariis solch sein Testament impugniren würde/ daß derselbe seiner portion vnwürdig vnd vnfehig sein solte/ vnd solches den andern heredibus vnd legatariis zuwachsen/ wie vntengesetzter Extract des Testaments außweiset. Nun hat nach des benandten testatoris Tode/ des Nepoten Vater Eustatius P. nomine filii, welcher zu der Zeit von acht Jahren vngefehr gewesen/ Dieses Testament angefochten / vnd wieder des testatoris viduam, quæ ex testamento suscepit hæreditatem, judicialiter querelam nullitatis angestellet/ hernacher vorstirbet der nepos intra annos pubertatis, vnd reassumiret sein Vater den angefangenen process contra testamentum. So fordern auch die Substituti von berürter Witwen des Nepotis portion / es fellet jhr aber bedencklich für / dieselbe zuerlegen / auß vrsachen/ Daß fürs erst / noch zur zeit die Erbschafft streitig / vnd zum andern / daß auch / vormüge des testatoris verordnung/ portio Nepotis bey derselben Leben / propter impugnatum testamentum, jure accrescendi an sie verfallen. Wird demnach gefraget / Ob die Witwe hiemit sich gegen die Substitutos schützen könne / oder dessen vnangesehen schüldig sey/ jhnen des Nepotis portion zuüberreichen.

Die verba Testamenti aber verhalten sich folgender gestalt.

Extract auß Jürgen M. Testament.

VOlgends ordne vnd insetze ich meiner lieben Tochter Kindt Thimotheum P. vnd meine Freundliche liebe Haußfraw Margarethen K. zu meinen warhafften vnd rechten Erben/ also

um contrahendum adstringi quoniam ea oportet esse libera, quamvis muneribus invitari possint *Barthol. Bald. Castrens. Jas. & alij in d. l. Titio §. 1. & in l. heres meus. §. final. post gloss. de condit. & demonstrat. & in d. c. gemma ubi Panormitanus num. 9.* ait, hanc communem esse opinionem *Speculat. tit. de sponsalib. §. 2. num. 3. & 4. Bald. in rubric. C. de spons.* & facit textus cum gloss. *in l. final. C. illo tit.* ubi etiam possunt parentes & tutores arrhas dare ac accipere, pro futuris personarum, quas regunt, nuptiis.

Itaque cum hic simus in actu per se licito, cum quis accipit pecuniam ut promoveat matrimonium, quod per se licitum est & honestum, dubitari probabiliter possit, an dispositio l. qui explicandi. quæ loquitur in casu per se illicito, locum obtinere possit. Non n. pœnalia suntextendenda, nisi planè eadem sit ubivis ratio, & ne tunc quidem extendi debere non pauci voluerunt: nisi dicas actum hunc in persona N. fuisse illicitum, quia ut consiliarius, habens à Principe stipendium, non debuit accipere munera, ad curandum Principis negotium, multo minus per quandam concussionem & injectâ E. desperatione, & per fraudem extorquere ac procurare, quod propriè cadit in concussionis vitium *d. l. 1. de concuss. Jas. in d. §. quadrupli. Speculat. præallegat. loc.* Quæ res eo magis fuit illicita, non modo quia redundat in ignominiam Principis jam adulti & gubernantis, quasi is pro suo arbitrio ducere uxorem non posset, sed etiam ei detrimentum attulit. Nam ea summa, quæ N. pacta est, detracta videtur de dote Principis, quæ alioqui ex consuetudine Ducum Germaniæ major fuisset, ac tale quid actum esse propemodum literæ G. indicant, cum scribit ad P. Posse id damni alia via percommodè resarciri &c. Quod si ita est, etiam in pœnam perjurii incidit, est enim ejusmodi factum contra juramentum, tam consiliariatus, quam fidelitatis, ut verba ipsa demonstrant; eo magis, quòd in hoc ipso tractatu, quo rem redderet desperatiorem, & facilius quod vellet consequeretur, propalavit, alia multò excelsiora matrimonia esse Principi in promptu, si uti vellet, quod ipsius fidei & taciturnitati erat secretò commissum. Consilia-
66 rius † enim revelans secreta fit perjurus, & movetur ab officio *Bald. de pac. Constant. in verb. credentia. par. de excuss. consil. num. 4.*
67 perjurii † autem pœna est fustigatio, vel alia extraordinaria cum infamia & amissione omnium dignitatum *l. si duo. §. fin. ubi gloss. Barthol. Castrens. Jas. latè de jurejur. junc. l. final. de crimin. stellionat. l. quoties. Cod. de dignitat. lib. 12. c. infames. 6. q. 1. gloss. & Dd. in l. si quis major. C. de transact. & in l. Lucius. de his qui notant. infam. Bald. in l. 2. C. de reb. cred.*

Nec etiam dubium est quin præter pœnam criminalem hæc † pecunia illicitè & per con- 68
cussionem accepta, possit à Principe exigi & confiscari *Bald. d. cons. 378.* præsertim cum ad eius iniuriam sit exacta ut sic habeat iniuriæ suæ ultionem *Ancboran. d. cons. 271. arg. c. 1. in fin. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. & cap. si quis. 17. q. 4.* nec impedit quo minus & ad pœnam criminalem, & ad exigendum lucrum iniquum agi possit *l. quod evitandi. ubi Bald. & Salic. C. de condict. ob caus. Lauden. de offic. dom. §. 146. Bald. in l. venales. num. 6. C. quand. prov. non est necess.*

Septimò accusatur sesquiannum suæ prioris obligationis cum E. factæ reticuisse, atque ita de integro, magno salario & muneribus, ad novam obligationem ministerii esse inductum. Hic quidem articulus non satis congruere videtur cum eo, ubi de concussione pagi H. agitur. In illo enim dicitur, concessum ea conditione fuisse pagum, ut quoad Principes vellent, sine præfinitione temporis, N. in servitio esset: at hic apparet eum etiam ab E. ad certum tempus fuisse obligatum. Sed hoc domini Consiliarii quibus factum est notius, facilè conciliabunt. Sin autem ita se res habet, sicuti in articulo proponitur, furtum dici posset cōmissum, si pecunia à Principibus illi esset data pro priore servitio, cuius tempus celavit.
Qui † enim accipit scienter, quod scit sibi nō 69
deberi, fur est, *l. falsus. §. 1. de furt. l. quoniam. ubi Dd. de condict. furt.* Sed quoniam apparet pro nova ministerii obligatione, & futuro servitii tempore esse datam, verius est in
crimen † stellionatus hanc dolosam reticen- 70
tiam incidere *l. 3. cum gloss. de crimin. stell. l. si fidejussor. §. in omnibus. ff. mandat.*

Octavò insimulatur, ad omittendas conditiones prioris obligationis, & concessionis pagi H. quædam instrumenta, ab E. in custodia hac de re scripta, præter voluntatē Principis, dolosè ac fraudulenter per Ant. subtraxisse. Hic ante omnia probatione opus est, hanc subtractionem fraudulenter, & invito Principe factam esse; maximè cum videantur ex mandato Principis omnia instrumenta huc pertinentia illi esse reddita, quæ res illum excusat à furto, cum † illud nō 71
fiat volenti, *§. sed et si. ubi gloss. ad verbum. furti. Institut. de obligat. quæ ex delict. nascunt. l. de eo. in fine. de donat. inter vir. & uxor.* & quando etiam invito quis domino aufert, dummodo probabiliter credat dominum assensurum,

rum, est à furto excusatus, cum affectum furandi non habeat, §. *placuit.ubi gloss. Instit.de obligat. quæ ex delict.* §. 1. *Instit. de vi bonor. raptor.* §. *item si is. Instit. de usucap. l. inter omnes.* §. 1. *de furt. gloss. in* §. 1. *Instit. de obligat. quæ ex delict.* quod etiam ex eo præsumi potuit, quod tũ arctissimè Princeps N. clementi favore prosequebatur, ut notat Fab. *in* §. *furtum. Instit. eod.tit.* quanquam his cessantibus regulariter præsumitur res invito domino ablata Barthol. *in d. l. inter. l. rectè num.1. & 3. per l. qui*
72 *vas.* §. *vetare. ff. de furt.* quia quæ † per se sunt illicita præsumuntur fieri fraudulenter *l. 1. C. unde vi & l. si non convicij. C. de injur.* Si itaque probari potest, Principis jussum, sive restitutionem literarum, non ad istas pertinuisse, & N. fraudulenter invito Principe has literas subtraxisse, à furti crimine excusari ne-
73 quit, quod † etiam in instrumentis & literis fit, æstimaturque tanti, quanti eius interest, cui surreptæ sunt, *l. qui tabulas. l. quidam. l. Sempronia. l. fullo.* §. *final. de furt. l. si de possessione. C. de probat. gloss. in l. Paulus. in princ. de fals.* Sed hoc putarim procedere in instrumentis, in quibus debetur quid, quæque lucri gratia surripiuntur; ipsa enim pecunia subtrahi
74 videtur : secus autem est, quando † instrumenta aliud continent, nec lucrandi gratia surripiuntur, sed occultandæ veritatis gratia: tunc enim falsum committi potissimum videtur, non modo in testamento, *l. 3.* §. *si quis dolo. de tabul. exhiben. l. 1. de public. judic. l. & 2. ad L. Cornel. de fals.* sed etiam in aliis instrumentis, *l. Paulus. ubi Barthol. eod. tit. gloss. in l. si quis affirmaverit.* §. 1. *ubi Bald. de dol. mal. gloss. in l. eum qui. ubi Bald. C. de fals.* Hæc enim res furto non convenit, quia nec definitio furti:
75 furtum † enim est contrectatio fraudulosa, quæ fit animo lucrandi, *l. 1. de furt.* ergo ubi hic animus, qui distinguit maleficia, abest, furtum non potest dici commissum, atq; ita distungunt inter furtum & falsum circa instrumenta Salic. *in d. l. si de possessione. Cyn. Bald. in d. l. eum qui.* & est de mente glossæ & Bartholi *in d. l. Paulus.*

76 Verum † in hac materia video admodum variare Dd. an subtractione instrumentorũ falsum committatur. De testamento quidẽ dubium non est, de quo expresse L. Cornelia loquitur, *d. l. 1. d. l. 3.* nec de instrumento publico, *d. l. Paulus.* sed de privatis instrumẽtis, ad quæ publicum judicium L. Corneliæ pertinere non videtur *d. l. Paulus. in princ. ubi* Glossa ita sentit, *& in l. 1. de pub. judic. in l. instrumenta. C. ad exhibend. Cyn. in d. l. eum qui. Jason. in l. pœnales. n. 22.* variat etiam *Bartholus in d. l. Paulus. & l. qui testamentum. de fals.* ubi aperientem alienas literas existimat de stellionatu teneri : alibi Glossa indistinctè existimat etiam in privatis scripturis falsum committi subtrahendo tantum, *in d. l. qui testamentum. in d. l. si quis affirmaverit.* §. 1. *in d. l. eum qui.* quam Baldus sequitur, ut habeat locum non modo in instrumento publico, id est, quod à † publica persona factum est, *d. l. si quis* 77
affirmaverit. & l. final. n. 33. C. de eden. sed quaelibet privata scriptura, *in d. l. eum qui.* ubi dicit hanc quæstionem fuisse propositam de facto, & ita fuisse judicatum. Et sane etiam † in privatis scripturis & epistolis crimen 78
falsi committi evidenter ostendi potest legibus, *l. damus. ubi Barthol. & Dd. l. si quis decurio. C. de fals. l. final. C. de fid. instrum. l. 1.* §. *is qui deposita. de fals.* de quo latius Angel. & Imol. *in l. 1. de pub. jud.* Nec † obstat unicus ille textus 79
in d. l. Paulus. ubi inquit JCtus. instrumentorum surreptorum crimen non esse publici judicii: nam accipiendus est, quando res incidit in crimen furti, quia instrumenta subtracta sunt animo lucrandi : secus esset quando animo opprimendi veritatem surripuisset & celasset, ut ipse textus *in d. l. Paulus in fin.* indicat, & ita conciliant hanc Leg. quæ sibi non videtur constare, Bartholus *ibidem* & Baldus *in d. l. eum qui.* & pro hoc intellectu optimè facit verbum *surreptorum*, unde apparet JCtum propriè loqui in eo casu, quando animo lucrandi subtrahuntur instrumenta. Sed hic non insisto, quoniam alia ratione hoc factum incidit in falsum, quia quando † non modo occultantur lite- 80
ræ alienæ, sed etiam ad occultandam veritatem resignantur & aperiuntur, falsum cõmittitur, textus expressus, *in d. l. Paulus. in fin. verb. resignaverint. & ibi gloss. & Barthol.* ubi maximè † hoc verum esse, ait Bartholus, in 81
literis Principis, pro quo est textus *in l. majorem. C. de fals. Guid. Pap. decis. 233.* præsertim si † sint in archivum publicum sive cameram 82
relatæ *gloss. Barthol. Bald. in l. si id quod. de jurisdict. omn. judic.* Jason. *in d.* §. *pœnales. num. 29. cum seq. Instit. de action.* ubi dicit, quod qui instrumentum tantum surripuit, teneatur furti, qui vero resignavit in legem falsi incidat, *per l. divus.* §. *instrumenta. de pœn. l. 1.* §. *penult. l. qui testamentum. de fals. Guid. Pap. decis. 579. num. 5.*

Etsi autem pœna † legis Corneliæ de fal- 83
sis regularis est deportatio cum bonorum publicatione §. *item L. Cornelia. cum gloss. Instit. de public. jud.* tamen constat hanc pœnam augeri & minui pro ratione delicti, *l. divus. 2. l. qui falsam.* § *final. l. qui duobus. ff. de fals.* ut rectè Faber *in d.* §. *item num. 1.* dicat, hanc pœnam esse arbitrariam *l. ubi C. eod.* Itaque mitius esset hoc casu puniendus, qui † non fa- 84
bricavit falsas literas, sed tantum veras amovit, per ea quæ notat Faber *in d.* §. *item. in fin. & in d.* §. *pœnales.* sufficere que videtur pœna

O stellio-

stellionatus extraordinaria, per notata Bar-
tholi *in d. l. qui testamentũ. & l. Titio. ad muncip.*
ubi & in stellionatus incidere crimen tradit
85 Bartholus & † sane tutius est, in pœnalibus
præsertim, in tanta Dd. varietate mitiorem
sententiam amplecti, *l. penult. l. respiciendum. de pœn. l. generaliter. de decurio. l. factum. §. final. de reg. jur. l. in quorum. de pignor.*

Ultimo insimulatur ementitæ nobilitatis, quod se nobilem dolo malo finxerit, ad obtinenda feuda, quorum nemo nisi nobilis capax est, in quæ etiam hac via penetra-
86 vit. Id † si verum esset videretur teneri crimine falsi, *l. 1. ubi gloss. & Dd. C. de mutat. nom. l. eos qui. §. final. de fals. Barthol. in l. reddatur. C. de de profes. & medic. lib. 10. & in l. 1. C. de dignit. lib. 12. l. data opera. C. qui accus. non poss. Jas. in l. Barbarius. num. 20. de offic. prætor. Guid. Pap. decis. 89. cum addit. Chassan. tit. des. inf. de plus licite. §. 4. num. 10.* Quamvis autem qualitas nobilitatis probari debet ab allegante, quia
87 quisque † magis præsumitur plebeius quàm
nobilis, *Bald. in l. non ignorat. C. de iis qui accusar. non poss. & in c. 1. §. Si rusticus tit. de pac. tenend. & ejus. viol. latè Socin. consil. 246. eleganter.*
88 *volum. 2. num. 2.* tamen qui † est in possessione
alicuius status ab onere probandi relevatur *l. circa. ff. de probatio. l. quoties. Si lib. ingen. esse dicat.* Cum autem N. semper habitus sit pro nobili, saltem communi reputatione, hæc
89 illi possessio prodesse debet, quæ † etiam in
nobilitate, præsertim cum est diuturna, plurimum valet, *Barthol. in d. l. 1. num. 31. Boer. de stat. personar. § 6. circa princip.* nisi quis dicat, eius possessionem esse dolosam aut furtivã,
90 quæ † non relevat ab onere probandi, *l. eam quæ. Cod. de liberal. caus. l. vis ejus. C. de probatio.*
91 Nam nobilitas † etiam per famam probatur,
Bald. in l. providendum. C. de postuland. Alex. and. in §. tormenta. de quæstionibus. etiamsi nobili-
92 tas † verè per communem opinionem non
contrahatur. *Lucas de Penn. in l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. Matth. de Afflict. tit. quis dic. dux March. num. 39.* Sed hoc probare difficile, ideo mihi probabile esse videtur, quod hæc nobilitatis possessionem à parentibus accepisse fertur: quod si est, præsumitur bona fide possedisse atque accepisse nobilitatem.
93 Nobilitas † enim à parentibus maximè deri-
vatur in filios *Bald. in l. ult. C. de serv. fugit.* Et ex
94 † antiquitate generis judicatur quis nobilis
95 *Alvar. in c. 1. §. cæteri. quis dic. dux. march.* & ex †
nomine quis nobilis est præsumptione, *Alvar. ibid. n. 6. l. quod si nolit. §. qui mancipia. de ædi-*
96 *lit. edict.* Nobilitas † enim patris extenditur
ad filios, *Barthol. in l. 2. §. in filiis. ff. de decurion.*
97 *& in c. licet. in fin. de censib.* ac † possessio patris
intelligitur in filios continuari, *l. in suis. de lib.*
98 *& post.* Heres † enim habet probabilem ignorantiam juris paterni, *l. qui in alterius. de regul. jur. c. cum quis. ubi Dyn. eod. tit. in 6. l. final. ff. pro suo. l. si mulier. ff. ad SC. Velleian.* ut qui contra dicit probare scientiam ac dolum eius malum debeat, *Dec. in d. l. qui in alterius. n. 2. & consil. 328. Jas. consil. 64. lib. 3. Alexan. consil. 70. & consil. 134. in fin. lib. 1. Bald. in c. 1. §. si vasallus in fin. in tit. si de feud. fuer. controvers. inter. dom. & agnat. Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 1. gloss. 7. n. 4. & § 13. gloss. 5. n. 6.*

Et his, quidem modis jure civili adversus N. agi potest, articulos, ubi omninò necesse est, ipsos accusationis clarâ & liquidâ probatione deduci atque ostendi, de qua operæ pretium esset ante omnia agi, ut priusquam institueretur judicium id quomodo doceri posset liquidò constaret. Nunc quia N. vasallus etiam est Principis, videamus quam in pœnam jure feudali incurrerit.

Sciendum autem est, hoc jure vasallum † 99
ex causis infidelitatis & ingratitudinis feudo privari, videlicet iis, propter quas exheredari filius, aut revocari donatio potest, vel similibus aut gravioribus, non enim omnes causæ possunt scripto comprehendi, *cap. 1. §. prædictis. ubi Bald. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. in tit. quibus mod. feud. amitt. num. 12. vid. Curt. part. 1. num. 58 Zas. de feud. part. 1. in 5. conclus. Bal. consil. 141. num. 2. & 3. vol. 2.* Requi-
runtur † autem enormes causæ & graves 100
iniuriæ, licet aliquando ex culpa amittatur, *c. fin. quo tempor. mil. gloss. in c. 1. quibus mod. feud. Alex. consil. 123. parte 1. Bald. consil. 188. part. 2. & consil. 9. & 301. parte 1. cap. unic. in quibus. caus. feud. amitt. cap. 1. §. porro. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. Jacob. de S. Georg. ad verb. dictiq. vasalli. num. 30. 41. & 47. Anchor. consil. 285. Ferrar. in form. lib. de revoc. feud.* & una † gravis causa 101
sufficiat, *Bal. Jacob. de Ortho. in tit. de feud. sine culpa non amittend. Bart. consil. 11. volum. 2. Brun. consil. 117. in hac causa. Alvar. in c. unic. num. 4. de feud. sine culpa non amittend. per c. 1. const. feud. Loth. Imper.* facit dicta rubric. *de feud. sine culpa.* quæ loquitur in singulari numero.

Videtur quidem sufficere levis causa, quia
libertus † propter levem causam, quæ ex cõ- 102
mittendo est, potest revocari in servitutem, *l. 2. C. de bon. libert.* nã hæc iniuria intelligitur esse atrox, unde & propter levem causam in dominum commissam vasallus feudo privari potest. Huic respondeo. Primò non
† inveniri jure cautum, quod ex iisdem 103
causis feudum amittatur, ex quibus libertus ingratus libertatem: Imo textus tantummodo causas repudii & exheredationis adducunt, *in tit. quæ fuit prim. causa benefic. amittend. & in quib. caus. feud amittat.* quas omnes cõstat esse graves. Quod autem
compa-

comparat Glossa libertum vasallo in puniendo, *in l. unic. de offic. præfect. urb.* id sit in casu expresso in jure, videlicet, quando cum inimicis domini vasallus contraxit inimicitas. Illud autem ad leves iniurias extendi, contra apertos textus, efficaciter non potest, nec enim valet argumentum à † maiore
104 ad minus affirmativè, & sufficit similitudinem esse in ea parte, qua fit comparatio.

105 Secundò, constat argumenta † probabilia, ut est similitudinis, cessare, quando res textu est decisa, vel quando argumentum esset contra legem, ut multis locis ostendit Everar. *c. à nobis. 2. de senten. excommun. l. final. §. filiusfam. C. de bon. quæ liber. junc. l. penult. C. qui testam. fac.* ratio est in *l. continuus. §. cum ita. de verb. obligat.* & hoc latius probat Everar. *in loco a simili, in prima fall. & in loco ab exc. pt. ad regul.* Sed expressum est jure vasallum nō ob quosuis sermones & causas privari Ergo &c.

106 Tertiò, quando † fit comparatio similium secundum quid, non simpliciter, tunc non procedit argumentum, si in eo, in quo fit comparatio, sit dissimilitudo: hic autem dissimilitudinem esse, ratio diversitatis ostendit. Nam libertus ob levem iniuriam
107 in servitutem redigitur, quia † cum maximum & inæstimabile beneficium, nempe libertatem, acceperit, summam gratitudinem debet, & in minimo incidit in peccatū ingratitudinis: at tale beneficium non habet à domino vasallus, imò sæpè fit, ut nullum habeat à parte Domini, ut in feudis paternis & antiquis, in iis enim jure, non ex liberalitate agit Dominus eum investiendo.

Ut igitur libertus ex gravi injuria amittit libertatem; ita vasallus feudum, quia hoc jure cautum est: ut autem libertus amittit ex levi causa, ita & vasallus, in eo non valet consequentia; illud enim jure cautum est, hoc nequaquam, imo contrarium juris est, quod egregias & graves injurias requirit.

108 Committitur † autem feudum ipso jure *Alvar. in cap. 1. num. 3. de feud. sine culp. non amittend.* licet requiratur sententia declaratoria textus *in cap. 1. & cap. 2. in verb. amitt. gloss. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federic. & Bald. in c. 1. §. 1. num. 2. quibus mod. feud. amitt. cap. 1. si vasall. feud. privet. Ferrar. in for. lib. ad revocat.*
109 *feud. num. 11. & 26.* Feudum † autem commissum non ad heredes aut agnatos, sed ad dominum revertitur indistinctè, quando est novum, *cap. 1. §. final. ubi Alvar. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. cap. unic. Si vasall. feud. privet. cap. 1. §. si vasallus culpam. si de feud. fuer. controvers.* quod non habet dubitationem secundum Zasium *in tit. ad quem feud. apert. revert. in tertia conclus. Jacob. ad verbum dictique*
110 *vasalli. num. 58.* quando † vero antiquum est, tunc demum domino acquiritur cum propter iniuriam domino factam revocatur, exclusis † non modo liberis, *And. de Isern. in c. 1.* 111
Si vasall. feud. privet. per l. quod si nolit. §. qui mācipia. de ædil. edict. cum aliis allegat. & in §. final. ubi etiam Alvarot. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. Bald. in cap. 1. §. hoc quoq;. de feud. successio. Cyn in l. 2. C. de liber. & eor. liber. fac. text. in cap. 1. §. si vasallus culpam. si de feud. cont. fuer. (licet alii contra teneant, præsertim in feudo antiquo, *Jacob. in verb. & cum pacto. n. 15. cum ibi allegat.* vel quando feudum etiam liberis est expresse concessum *Zas. præallegat. loc. in 1. fallent. Barthol. in l. cum qui. de interdict. & relegat. Bald. in l. legi. C. de legit. hered. Castren. l. si furta. §. si de vectigalibus. de damn. infect.*) sed † 112
etiam agnatis *gloss. final. in c. 1. §. final. de pac. jurament. firmand. alias de allod. Bald. Alvarot. & communiter scribentes in §. final. quæ fuit prim. caus. & in §. si vasallus culpam. Si de feud. fuerit. controvers. Bald. in l. cum qui. de jurejurand.* facit textus *in d. §. final. verb. proximus.* ubi etiam ratio traditur, ut habeat iniuriæ suæ ultionē, & hanc communem sententiam firmat Frācis. Curt. Bal. *in 5. parte principali* quanquam contra senserunt gloss. *cap. 1. §. 1. de feud. success.* And. de Isern. *in cap. 1. si vasall. feud. priv.* Hostiens. *in summa de feud.* Jacob. *præalleg. loc.* Secus † verò est, quando aliis ex causis revocatur, *tot. tit. quibus mod. feud. per felon. amitt.* 113

Qua de re nunc disputare cesso, quoniam feuda N. nova sunt, utpote in quibus ipse primum est investitus, nec pervenerunt à successione progenitorum, *cap. 1. quot testes sint necess. ad proband. Bald. consil. 138. factum tale. Jacob. de S. Georg. in verb. feudum. in 6. decis. Socin. consil. 252. visis. volum. 2.*

Videamus itaque repetentes capita accusationis, an & quæ inde justæ revocationis feudi causæ enascantur.

Primò accusatur, contra testamentum Principis impetrasse per fraudem & efflagitationes, citra tamen extorsionem, bona ducalis Cameræ, quæ videtur causa sufficiens esse ad privationem, quia † vasallus dominum concutiens privatur feudo *Zas. in tit. de feud. privatio. fol. 159.* Sed Zasius de vera concussione & violentia loquitur ut *l. 1. & 2. de concussion.* quas allegat, declarant, qualis hic non est. Item de ea quæ fit domino directò: quam hic non esse Principi factam, superius est declaratum. Nam quæ fit alii nō privat feudo vasallum, ut nec rapina, *Bald. in c. 1. §. si duo. num. 5. de pace tenend.* 114

Secunda causa est, quod in jacturam domini, ad suum emolumentum, malè, & contra fidem, consuluit, *Zas. in d. epitom.* Verum hanc justam esse privationis causam (ut maximè probari posset) nusquam invenio.

Tertiò quod in officio præfecturæ ad arbitriũ Principis manere noluit, sed retinendus fuit multis muneribus & impenso salario: propter quam tamen causam pagus H.
115 illi concessus fuisse perhibetur, ac † nulla justior est beneficii amittendi causa, quam si id non fiat, cuius causa datum est, *cap. 1. §. sed non est. quæ fuit prim. caus. benefic. amittend.* Verum dici posset hoc verum esse in causa finali, verbi gratia, si non præstet vasallus servitia, quæ ex natura feudi, vel pacto, debentur, & propter quæ feudum est concessum, *Bald. ibidem in princ. Curt. parte 4. de feud. num. 61. & 80.* at secus esse videtur in causa, quæ nullo modo ad finem feudi, eiusque servitium, est ordinata, sed est tantum im-
116 pulsiva, quæ † etsi cesset, non tamen revocantur donationes factæ, *l. si repetendi. C. de condict. ob caus. l. si mulier. C. de jur. dot. gloss. notabilis in l. 1. §. secundo limit. de postuland.* maximè quando sunt remuneratoriæ, quæ fiunt pro-
117 pter sua merita, nam hæ † ne per ingratitudinem quidem revocantur, *Roman. consil. 436. quod adultum. num. 15. per cap. propter gratitudinem. de donationibus l. final. C. de revoc. donation. §. sciendum. Instit. de donation.*

Quartò quia fecit Domino insignem iniuriam, de nuptiis eius paciscendo, eumque quodammodo vendendo clandestinè, atq; ita agendo, quasi Princeps sui corporis potestatem non haberet. Etsi autem gravior
118 est iniuria propter personam domini, cui † vasallus honorem debet non minorem, quam libertus patrono *gloss. in l. 1. §. cum patronus. de offic. præfect. urb.* tamen sciendum est,
119 non † omnem iniuriam quam vasallus in dominum committit, ratione personarum atrocem videri, sed necessum esse, ut re ipsa sit atrox, *§. atrox. Instit. de injur. l. fin C. de rer. dom.* adhoc ut feudo privari possit, *d. c. unic. in quib. caus. feud. amitt. c. 1. §. porro. quæ fuit prim.*
120 *caus. benefic. amittend.* Non † enim facile sine magna culpa potest aut debet vasallus devestiri *c. 1. ubi Dd. de feud. sine culp. non amittend. c. 1. §. insuper. de probib. feud. alienat. per Frider.* Verum hic talem iniuriam Principi esse factam difficile est ut ostendi possit: cum licitum sit pecuniam ad promovendum matrimonium accipere, & ad id contrahendum præmiis vel suasionibus illicere vel allici cõcessum, atque adeo honestum, ut nulla contumelia ex tali facto existat; quod si existeret, certè tutori aut curatori, vel parentibus non liceret hoc nomine pecuniam accipe-
121 re, non † enim lex est author iniuriarum, *l. meminerint. C. unde vi.* atqui hoc permissum
122 esse supra ostensum est. Quod † autem permissum lege est, nullã omnino meretur pœnã *l. Gracchus. ubi Dd. C. de adulter.* Et ut ipsi quidem, ratione consiliariatus & administrationis, non fuerit permissum, pacisci de muneribus, tamen ex eo non sequitur, hanc pactionem ad iniuriam Principis redundare, cum nulla dici possit contumelia, ad honestas nuptias, procreandamque sobolem, virum principem à consiliario instigari: nec in jure cautum est, nec ratio etiam admittit, eum, qui † promisit factum alienum putati- 123
vum, facturum nimirum aut se effecturum, ut Titius faciat *ut in §. si quis alium. Instit. de inutil. stipulat.* iniuriarum nomine teneri, quasi velit illum in potestatem redigere, cum ea obligatio sive pactio tertium nullo modo obstringat. Deinde cum iniuria † ex affectu 124
eius qui facit sit ęstimanda *l. 3. §. 1. de injur. l. qui injuriæ. §. verum est. de furt.* nec sine animo injuriandi & contemnendi (unde † contume- 125
lia dicta est *l. 1. de injur.*) iniuriam quis faciat, etiamsi revera fiat iniuria *l. 3. §. 1. & 2. l. 4 de injur.* sequitur hanc pactionem N. ad iniuriarum in dominum causam non pertinere, quandoquidem non contemnendi aut iniuriandi domini causa, sed sui quæstus gratia evidens est, eum ad has pactiones animum appulisse. Itaque etsi hæc res pertineret ad aliquam principis ignominiam, (quod obscurum est) tamen non potest dici talis iniuria propter quam feudum ammitti debeat, cum necessum sit eiusmodi iniurias esse enormes & egregias quæ animo contumeliæ & iniuriandi domino inferuntur, ut ipsi textus allegati ostendunt, *Bald. in c. 1. §. aliud enim. quæ fuit prin. caus. benefic. amitt.*

Illud magis urgeret, si probari posset, in tractatu convenisse, ut hæc summa pacta de dote Principis detraheretur. Hoc enim ipso videretur magnam læsionem bonis domini intulisse, vel certe magnam utilitatem impedivisse, quod † qui facit vasallus feudo 126
privari potest, *cap. 1. §. porro. quæ fuit prim. caus. benefic. amittend. Ferrar. in form. revo. §. civilia. præalleg. loc. causa. 16.* Sed si magna læsio æstimanda est, ut certe est, ex facultatibus domini, vereor ne hæc summa 6000. florenorum ad facultates & potentias Principis collata videri parva iudicanti posset. Enormes
† enim & magnæ læsiones illę in jure dici solent, quæ æquant aut superant dimidium e- 127
ius, ad quod referuntur, *l. 3. C. commun. utriusq; judic. l. 2. ubi Dd. C. de rescind. vendit.* Præterea in † pœnalibus non eadem solet esse 128
ratio lucri impediti & cessantis, & damni illati, *l. si is cui. §. final. de furt. gloss. in l. 3. §. final. de eo quod cert. loc. Bald. in cap. unic. num. 2. & 3. quibus. mod. feud. amitt.*

Sextò concreditas secretò à domino sibi coniugiorum cõditiones revelavit: quæ † et- 129
iam est justa causa amittendi feudi, *c. 1. versic.*
etsi

etsi aliquid.de nov.form.fidelit.xi.cap.1.de form. fidelit.c.1.quibus mod.feud.amitt. Sed sciendū est, hoc procedere, si scienter & dolosè, in fraudem domini, vasallus secreta revelat *d.c. 1.quib. mod. feud. amittat.c.unic.qual.jur.vasall. domin.deb.c.unic.de form.fidelit.* Itaque tria requirunt Dd. ut feudo privari propter revelationem secreti vasallus possit. Primum ut secretum reveletur, secundò ut fiat animo nocendi, tertiò ut damnum inde domino acciderit *And.de Isern.Alvarot.Bald. & cōmuniter Feudistæ in d.c.unic.quibus mod.feud. amitt. Jacob. de S.Georg. in verb. dictiq; vasalli. n. 28.Curt.in 4.parte num.76.Socin.consil.257. visis. parte 2.* Secus est, si animo laudandi dominum, vel aliam ob causam, revelaverit. *And, de Isern.prꜳllegat.loc. Zas.in tit.de feud.privat. fol.158. Al.in c.1.n.4.post gloss. tit. quib. mod.feud. amitt.* Qua ex communi Dd. theorica & illud adstruitur quod ante dixi, quamvis quid fiat quod pertineat ad injuriam domini, si tamen non animo injuriandi faciat vasallus, eum non amittere propterea feudum. Nam etsi secretum reveletur, & inde nocumentum atque injuria existat domino, impune tamen hoc est vasallo, si animum nocendi non habuerit. In hoc autem casu requisita tria supradicta omnia cessare videntur. Nam inprimis non videtur revelasse secretum N. si tantum in genere dixit, alias, etiam Regales nuptiarum conditiones Principi

130 offerri, generalitas † enim illa obscura est, & nihil aperit, *l.ita fides.in princ.de jur.fisc.l.cum Stichus.de solutio.* & † paria sunt nihil dici, aut 131

ita dici, ut in specie intelligi nihil possit, *l.si domus. in princ.de legat.1.l.cum post.§.gener.de jur. dot. l. duo sunt Titij. de testament. tutel.§.incertis.Instit.de legat.* Deinde etsi alioqui præsumitur vasallꝰ animo nocēdi revelasse *Dd. prꜳllegat.loc.* tamen hoc casu apparente verisimiliter in contrariū animo, ex honestate rei, quæ revelata est, præsumptio cessare debet, *l. continuus. §. cum ita. de verbor. obligat.* Probabile autem est, idque ex re ipsa elucet, non nocendi, sed laudandi magis animo N. de tam honestis nuptiarum domino oblatarum conditionibus gloriatum esse, aut (ut pessimè interpreteris) ea causa fecisse, ut eo maturius ac diligentius P. in rem incūberent, & N. quavis conditione ad partes adjungerent, idque etiam ex circumstantiis personarum & rei, quia nihil illiciti aut inhonesti revelavit, est conjecturandum. *Al. in d.c.unic.in fin.* Ex hac autem revelatione ni-

132 hil nocitum esse domino, exitus † ipse qui acta probare dicitur, *l. rem non novam §.final. C.de judic.Curt.in 4.parte.num.16.§.final.in proæm. digest.Socin.consil.46.cum in præsenti.num.6. volum.1.* abundè & evidenter ostendit. Nec

† est inspiciendum quid evenire potuit. sed 133
quid evenerit, *l.cum quid.in.§.final.ubi gloss.de jurisdictio.omn.judic.l.cum qui §. Papinianus. de furt.l.sciendum.§.fin. Qui satisdar.cogant.l.1.de in lit.jurand.l.eo tempore.de pecul.*

Septima causa amissionis est, quod facilia
† Domini matrimonia fecerit difficilia, re- 134
movendo eos qui hujus rei curam susceperunt, & disputatione injecta, ac variis artibus prolatando, Et hanc in specie justam privationis causam ponunt Andr. de Isern. *in c.1.num.5.de form.fidelit.Matth.de Afflict. eod. tit.num.12. Jacobin.in verb.qui quidem investiti. num.25.* Verum id omnino ostendendum esset, præsertim cum ex narratione accusationis appareat, non modo non rem fecisse N. difficiliorem, sed omni studio incubuisse & sollicitasse apud Principem, ut perficerentur. Deinde existimo hanc theoricam Dd. procedere, ut & aliæ punitionis causę, quando fraude & dolo malo, ad injuriam domino inferendam, hoc vasallus fecisset, secus si ob aliam causam. At hic apparet N. non studio rem impediendi, aut animo injuriandi dominum, sed ut ipsi, aliis amotis, negotium committeretur, pleraque fecisse: & in eo videtur quod se possit purgare ac declarare juramento, per ea quæ tradit Alvarot. And. de Isern. *in d. c. unic. quibus mod. feud. amittat. Jacob.prꜳllegat.loco. Zas.in epitom. de feud.privat.pag.158. & 159.* nam quotiescunq;
† quid ab alicuius animo pendet, is potest a- 135
nimum suum juramento declarare, *gloss. in §.aliæ. Institut. de actionibus & in l. si cui §. iisdem.ubi Dd. de accusat.gloss.in c.sed casu de homicid.* Præterea exitus ipse docet, artibus N. rem factam difficilem non esse, & quod nullum impedimentum Principi sit creatum, quo minus petenti statim uxor promitteretur. Actus autem ex † eo, quod evenit, sunt 136
considerandi & metiendi, non ex eo quod evenire potuit, cuius nulla habetur ratio, *l.si stipulatus essem abs te. l. insulam intra.de verbor. obligation.* Et in summa, multis exemplis doceri potest, vasallum non semper ex hac causa feudum amittere, præsertim cum dolo careat, ut & Zasius, *prꜳllegat. loc.pag.164.* ostendit *per c.1.§. vasallus. Si de feud.controvers. fuerit inter domin.& agnat.gloss.in c.dudum.1.de election. cap. commissa. in princip. de electio. in 6.* præsertim quando de pœna agitur *latè Hyppolit.in pract.criminal.§. ulterius. in princ. bonus text. in l. vulgaris. §. qui furti.de furt.* Ut hæc res planè relinquatur arbitrio judicis, & sit ex bono & æquo in utramvis partem.

Videtur † etiam esse justa causa ingratitu- 136
do, ex qua vasallus feudo privatur, *c.de forma circa finem.22.q.ultim.Curt.in tract at. 4. parte num.1.* sicuti libertus † propter eam in servi- 137
tutem

tutem revocatur, *l. 2. C. de libert. & eor. liber.*
non tamen ex omni ingratitudine, sed quæ
causas expressas habet *Curt. ibid. n. 3.*

Præterea videtur feudo privandus, quia
138 † est periurus, *cap. 1. de form. fidelit. cap. 1. quibus*
mod. feud. amitt. Ferrar. in form. libell, ad revoc.
feud. ad verb. nec superstitibus. n. 17. & sequent.
per c. 1. de feud. sine culpa non amittend. Sed hoc
accipiendum est de periurio commisso con-
tra formam fidelitatis, non de periurio cō-
misso contra jusiurandum officii, ut præal-
legata jura & ibi Dd. ostendunt. Limitata
139 † enim causa limitatum habet effectum, *l. in*
agris. de acquir. rer. domin. l. 3. C. de transact. &
140 separatorum † separata est ratio, *l. si maritus.*
cum gloss. C. de donat. inter. vir. & uxor.

Sed hic etiam contra juramentum fideli-
tatis fecisse videtur N. quia honorem domi-
ni non custodivit, nec honestum eius, tutū,
utile, facile, possibile quæsivit, quæ omnia
juramento fidelitatis sunt contraria *c. unic.*
qualit. jur. deb. vasall. cap. unic. de form. fidelitat. c.
unic. ubi Matth. de Afflict. de nov. for. fidelit. Sed
præterquam quod *Matth. de Afflict. num. 21.*
141 hoc difficile putat, cum † de uno non fiat re-
ctè illatio ad aliud. *l. si maritus. C. de donat. int.*
vir. & uxor. l. fin. de calumniat. unde ita in ter-
minis hæc juramenta distinguit Jac. *ad verb.*
qui quidem investiti. num. 6. post Bald. *in com-*
ment. de pac. Constant. verb. Vasalli nostri. Alva-
rot. in c. 1. qual. jurar. deb. Vasall. etiam sciendum
142 est, non † ex omni periurio amitti feudum
cap. 1. §. illud est certum. quæ fuit prim. caus. benef.
amittend. sed quando periurium cadit super
delictis, vel est delicto coniunctum, ex quo
feudum amittitur, *Matth. de Afflict. post gloss.*
in cap. unic. §. similiter. num. 2. quibus mod. feud. a-
mittat. Alvarot. in cap. unico. num. 45. de form.
fidelit. & in cap. 1. §. illud enim. Quæ fuit prim.
caus. & quando venitur contra juramentum
ex causis privationis ut inquit Baldus *in cap.*
1. §. similiter. num. 3. quibus mod. feud. amitt. per c.
1. §. non enim. In quib. caus. feud. amitt. & ut for-
tius vult Alexander, non propter periurium
committitur feudum, nisi in casibus in jure
expressis, *Alex. consil. 103. num. 22. vol. 1.* Prodi-
143 tor † quoque feudo privatur, qui tale quid
committit, propter quod possit appellari
proditor *gloss. in cap. 1. in verb. item si fratrem.*
Quibus mod. feud. amittat. Curt. in 4. parte. num.
144 *43.* Proditor † autem est qui tacet verita-
tem. *cap. abiit. 11. q. 3. gloss. in cap. clericus. 46. di-*
stinct. per cap. nolite. 11. q. 3. qui malitiosè cir-
cumvenit alium ad salutis exitium, *gloss. præ-*
alleg. loc. & callide seducit, *cap. si cupis. 16. q. 1.* &
qui aliud mente aliud actibus ostendit, *Bar-*
thol. in l. respiciendum. §. delinquunt. de pœn. &
qui secreta revelat. *cap. nervi. 13. distinct. cap. sa-*
cerdos. de pœnitent. dist. 6. cap. omnino. de pœn.
& remiss. cap. 1. §. de his. 2. q 7. Ex his & simili-
bus vel etiam maioribus causis hisce expres-
sis privari possunt vasalli beneficiis: ideo † 145
multis sunt subiecti periculis, & facile pos-
sunt illaqueari Curt. *in 4. parte. num. 80. in*
fin. Harum † autem causarum probario 146
testibus quinque est facienda, *Bald. in cap. u-*
nic. num. 5. de feud. sin. culp. non amitten. nec † ex 147
præsumptionibus, sed ex probationibus in-
dubitatis hæ culpæ, per quas feuda amittun-
tur, sunt judicandæ, *Bald. in cap. 1. num. 11. de*
feud. sine culp. non amitt. per l. 2. C. qui accusar. non
poss. l. final. quod met. caus. ut interim taceam,
quod † omnes pendeant ex arbitrio judicis, 148
Bald. in cap. 1. in princ. in quibus caus. feud. amit-
tat.

Quibus omnibus diligenter ponderatis,
cum nullam videam satis firmam causam,
propter quam dici possit N. privandum feu-
do, cumque earum causarum probatio in
hac materia sit difficilior, pendeat etiam ex
arbitrio judicis; existimo fore periculo-
sum, si ad revocationem feudi actio in-
stituatur: & certè melius ad spem victoriæ
judicium sufficiens videtur, si ad extraordi-
nariam pœnam ex L. Julia repetundarum,
de concussione, vel de crimine stellionatus
agatur, & processus summarius instituatur,
quam in actionem deportatio, confiscatio,
relegatio, infamia, aut maiores minoresvè
pœnæ, pro qualitate delicti, venire possunt:
quo in judicio si cōdemnētur N. actio feuda-
lis revocatoria facile postmodum expediri
poterit, quando acta † in priore judicio fi- 149
dem factura sunt in alio feudali *Dd. l. 2. C. de*
edend.

Atque ita mihi, quantum in his temporis
angustiis investigare arbitrarique possum,
super N. accusationis articulis, ex jure
respondendum videtur. Salvo
semper meliore ju-
dicio.

CON-

CONSILIUM CCCXV.
DE POENA IMPUGNANTIS TESTAMENTUM.

SUMMARIA.

1. *Avus maternus nepotem in potestate non habet. n. 4.*
2. *Substitui iis tantum liberis potest pupillariter, qui in potestate sunt, cæteris per fideicommissum relinqui.*
3. *Clausula codicillaris testamento adjecta substitutionem pupillarem extraneo factam ad fideicommissum trahit: Etsi verbis civilibus facta sit. n. 5.*
4. *Mater liberos in potestate non habet, nec iis substituere potest pupillariter.*
6. *Heres pendente judicio nullitatis testamenti, fideicommissariis, præstitâ cautione, satisfacere cogitur.*
7. *Exceptio confirmat dispositionem generalem in casibus non exceptis.*
8. *per Clausulam codicillarem legata & fideicommissa intelliguntur repetita & relicta ab intestato.*
9. *Nepotis legitima fideicommisso gravari potest, si id ab heredibus ipsius præstandum est.*
10. *Impubes indignum se hereditate vel legato facere non potest.*
11. *Testamentum qui impugnat ex capite nullitatis, legatum vel fideicommissum non amittit: secus si querelâ inofficiosi.*
12. *Fiscus vindicat relicta iis, qui se indignos faciunt; nec heredibus ea accrescunt.*
13. *Litis eventus dubius.*
14. *Ademptio legati vel fideicommissi, in pœnam testamentum impugnantis facta, non obtinet, quando probabilis impugnandi causa adest.*
15. *Dispositio odiosa de heredibus & legatariis loquens, ad fideicommissarios extendenda non est.*

JVrgen M. etwan Rathsverwanter zum S. hat für seinem Tödtlichen Abgange ein Testament gemachet/ darinnen seinen nepotem ex filia Timotheum P. nebenst seiner Haußfrawen hæredes instituiret, auch dem Nepoti pupillariter substituiret, mit der angehengten Clausel/ so ein oder anderer von den Instituirten heredibus oder legatariis solch sein Testament impugniren würde/ daß derselbe seiner portion vnwürdig vnd vnfehig sein solte/ vnd solches den andern heredibus vnd legatariis zuwachsen/ wie vntengesetzter Extract des Testaments außweiset. Nun hat nach des benandten testatoris Tode/ des Nepoten Vater Eustatius P. nomine filii, welcher zu der Zeit von acht Jahren vngefehr gewesen/ Dieses Testament angefochten / vnd wieder des testatoris viduam, quæ ex testamento suscepit hæreditatem, judicialiter querelam nullitatis angestellet/ hernacher vorstirbet der nepos intra annos pubertatis, vnd reassumiret sein Vater den angefangenen process contra testamentum. So fordern auch die Substituti von berürter Wittwen des Nepotis portion/ es fellet jhr aber bedencklich für/ dieselbe zuerlegen/ auß vrsachen/ Daß fürs erst/ noch zur zeit die Erbschafft streitig/ vnd zum andern/ daß auch/ vormüge des testatoris vorordnung/ portio Nepotis bey derselben Leben/ propter impugnatum testamentum, jure accrescendi an sie verfallen. Wird demnach gefraget/ Ob die Witwe hiemit sich gegen die Substitutos schützen könne/ oder dessen vnangesehen schüldig sey/ jhnen des Nepotis portion zuüberreichen.

Die verba Testamenti aber verhalten sich folgender gestalt.

Extract auß Jürgen M. Testament.

FOlgends ordne vnd insetze ich meiner lieben Tochter Kindt Thimotheum P. vnd meine Freundliche liebe Haußfraw Margarethen K. zu meinen warhafften vnd rechten Erben/ also

so vnd dergestalt / weil ich meiner seligen lieben Tochter Elisabeth M. des gedachten Timothei P. Mutter / an stat jhres Mütterlichen Erbes sechszehen hundert Thaler / neben einem ansehenlichen Geschmücke / welchs sich vber zwey tausent Thaler erstrecket / gegeben habe / vnd meine freundlichen lieben Schwagere / der Herr Bürgermeister Joachim K. vnd der Niclaus S. Rahtsvorwandter / ohne mein fürwissen vnd bewilligung / gedachten Timothei P. Vatern Eustachio P. auff meinen Todtsfall / tausent Gülden / wiewol gantz nichtlichen vnd wieder Recht vorsprochen vnd vorschrieben haben / Als wil ich solche Handlung folgender gestalt haben ratificiret: Nemlich / daß meiner Tochter Kindt Timotheus P. solche tausent Gülden / nach meinem Tode jure institutionis, auß meinen redisten Gütern haben sol. Vnd ob ich wol im vorigen Testamento, vber solche Tausendt Gülden / gedachten meinem Einckeln nicht mehr als acht hundert Gülden vormachet habe / wil ich jhme doch hiemit solche Summa vff fünff hundert Gülden erhöhet haben / also daß er vber zuvor entpfangene Mütterliche Güter / vnd Außstewer zwey tausendt vnd dreyhundert Gülden / jure institutionis haben / vnd entpfangen solle. Damit er auch friedlich sein / vnd kein ferner Ansprach haben soll / Alle andere meine Gütere / beweglich vnd vnbeweglich / wie dieselbigen mügen genandt werden / an Hauß / Hoff / Acker / Baarschafft / Fahrende Habe / Haußgerath / Kleinoten / Bettengewandt / Siegel / Brieffen / Schuldt vnd Vnschuldt / Stadt vnd Landtgütern / Körne vnd allem anderen / zur Erbgerechtigkeit gehörig nichts außgeschlossen / wie ich dieselbe hinter mir vorlassen werde. Insonderheit aber / was auß den Lehengütern an Besserung / Fahrender Haabe / Gnaden Jahre / vnd sonst einer Witfrawen vnd Erben gebühren mag / solches alles gebe vnd vormache ich jure institutionis gedachter meiner lieben Haußfrawen Margareten K. dieselbige als eine warhafftige Erbin zubesitzen / zugebrauchen / an sich zu nehmen vnd zubehalten. In erwegung daß sie nicht allein in stehender Ehe / mir allerley Eheliche Freundschafft / Liebe vnd Trewe erzeiget / vnd in meiner Kranckheit meiner mit grosser Sorgfeltigkeit allzeit gerücht / sondern auch der Haußhaltung dermassen fürgestanden / daß ein guter Theil meiner Beschwerunge vnd Schuldt abgelegt / vnd ein zimlicher Vorraht geschaffet worden. Es sol aber gedachte meine liebe Haußfraw / ohne Zuthat Timothei P. alle meine Schuldt / die nicht geringe ist / alleine bezahlen / vnd für allen dingen sich befleissigen / daß ich wegen solcher Schuldt in meiner Gruben nicht müge vorvngelimpffet werden. Würde auch gedachter Timotheus P. ehe / dann er annos pubertatis vollnbracht / mit Tode abgehen / ordne / setze vnd vormache ich / daß sein Antheil obgedachter Erbschafft / für den Dritten Theil / an die Kirche zu Niclauß / für den Dritten theil an einen Erbarn Rath zum S. vff die Schoßkammer / vnd für den Dritten theil an meine liebe Schwester Barbara Carsten S. Haußfraw vnd meiner ander Schwestern der S. nachgelassene Kindere / heimfalle vnd komme / vnd denselben vollnkomlich zugestellet oder restituiret werde / wie ich sie auch darin in: vnd substituire. Da auch einer von den Instituirten hæredibus oder legatariis, an dem jenigen / was jhme vormacht ist / nicht würde ersettiget sein / sondern diesen meinen Letzten Willen würden anfechten / vnd vmbstossen wollen / vnter was Schein solchs geschehen möchte. Wil vnd ordne ich / daß dieselbe / als Vndanckbahre / sich alles Vortheils / so jhnen auß diesen meinen letzten Willen vnd testamento zufallen möchte / sich vnwirdig vnd vnfehig machen sollen /

len / wie ich sie auch des allen auff solchen fall / vmb jhrer Vndanckbarkeit willen / entsetze vnd enterbe / vnd was also vorwircket / sol den andern institutirten heredibus vnd legatariis zuwachsen / Diß alles wie vor erzehlet / setze / ordne / bescheide vnd vormache ich in der aller besten gestalt / wie solches zum aller bestendigsten vnd krefftigsten vormüge der Rechte / solte oder köndte geordnet vnd vormachet werden / also da dieser mein Letzter Wille / nicht solte als ein herrlich vnd solennė oder nuncupativum testamentum bestehen / daß es doch Krafft vnd Macht haben solle eines Codicilli, substitutionis , fideicommisſi , donationis causa mortis , oder sonst eines jedren / sonderlich nach dieser Stadt gebrauche / verordenten Letzten Willens / & ita quod valeat omni meliori modo, ratione & forma, qua de jure valere potest, vel alterius cujusdam voluntatis imperfectæ minusque solennis. Ich bitte auch hiemit dienstlichs fleisses / einen Erbaren Rath / daß sie vber diß mein Testament festiglichen halten wollen / solches desto williger vnd fleissiger zu thuen gebe ich vber obgemeltes legatum ad ædificia zu dem Rathhause / hundert Marck Sündisch / welche an Juristen Büchern / Zu anrichtung einer Library auff der Cantzeleyen sollen angeleget werden. Vnd wil hiermit meine vorige Testamenta wiederruffen / Cassiret vnd auffgehoben / vnd diesen meinen Letzten Willen feste vnnd krefftiglichen behalten haben. Ich erwehle vnd setze auch executorn dieses meines Letzten Willens die Ehrnveste / Wolgelahrte vnd Weise George S. Fürstlichen Hoffmeister zu Bart / Herr Joachim N. Magistrum Gerhardum B. Rathsvorwandten / vnd Johannem P. des Fürstlichen Gerichtes Advocaten vnd Procuratorem allhie zu St. wonhafft / vnd bitte vber diß mein Testament festiglichen zu halten / vnd alles was darin vorleibt zuvollziehen / vnd die jenigen / so dawieder handelen / mit gebührlichen Rechte zuvorfolgen / Ich gebe auch einem jeglichen / nicht so sehr zu ergetzlichen jhrer Mühe / als sonsten zu einer freundlichen Gedechtnüß einen Engellotten. &c.

AVff die vorgesetzte Frage nun kürtzlichen
zuantworten / ist der Erste Grundt bey
mir sehr zweiffelhafftig / sintemal oben ge-
setzet / quod vidua ex testamento susceperit
hereditatem , Darumb so viel sie belanget / das
Testament krefftig / vnd weil der † avus mater- 1
nus seinem nepoti pupillariter nicht substi-
tuiren können / cum nō fuerit in ipsius pote-
state §. *ult. versic. Qui autem ex filia tua nascun-
tur in potestate tua non sunt , sed patris eorum.
Instit. de patr. potest.* iis † autem tantum, qui 2
sunt in potestate, liberis, pupillariter substi-
tui potest §. *1. Inst. de pupill. subst.* reliquis tan-
tum per fideicommissum relinqui §. *ult. In-
stit. de pupillar. subst.* als folget auch / daß diese
substitutio , propter † clausulam codicilla- 3
rem testamento insertam , für ein fideicom-
missum zu achten *ex l. eam. ubi Jas. & Dd. C. de
fideicommiss.* Nam si ne mater † quidem, quia 4
in potestate non habet liberos §. *fœminæ. In-
stit. de adopt.* pupillariter iis substituere pot-
est, certè nec avus maternus *l. si mater. 33. de
vulgar. & pupillar. substit.*

Quin etiam communiter existimatur
substitutionem † ejusmodi , quamlibet civi- 5
libus verbis factam, tantum ad fideicommis-
sum trahi *Barthol. & Dd. l. verbis. de vulgar.
substit. Angel. §. fin. Instit. de pupillar. substit. Jas.
& Dd. l. precibus. C. de impuber. substit. Panor.
& Canon. c. Raynutius. de testament. Philipp.
Franc. & alii c. si pater. de testament.* qua dispu-
tatione hic non est opus, quando testamen-
to disertè clausula codicillaris sit inserta, ut
non dubium, quin jure fideicommissi valeat
hæc substitutio *Dd. præallegat. loc.*

Petunt igitur hi substitui ut fidecommis-
sarii, & rectè petunt ex testamento, quod per
aditionem heredis viduæ confirmatum est,
etiamsi coheres nepos ex testamento non
adierit : cujus nomine quamvis pater impu-
gnavit testamentum, & adhuc impugnet, ta-
men cum † dicat testamentum tantummo- 6
do nullum , non falsum , & lis pendeat, non
potest se vidua possessor & heres cōtra fidei-
commissarios tueri, quo minus præstita cau-
tione illis satisfacere cogatur l. ult. *C. de pe-
tit.*

tit. hered. quæ lex tantummodo unum casum falsi testamenti excipit, ergo † confir-
7 mat dispositionem generalem in casibus non exceptis *Dec. & Dd. l. 1. de regul. jur. Sebast. Medic. in princ. reg. num. 40. cum sequent.*

Welchs theil so viel desto mehr diß fals einzureumen / alldieweil vff beyden fällen dis fideicommiß krefftig ist vnd statt hat / Denn wenn gleich der Vater das Testament vmbstossen hendte / so müste doch diß fideicommiss ab intestato gegeben werden / propter adjectam clausulam codicillarem in testamen-
8 to, per † quam legata & fideicommissa intelliguntur repetita & relicta ab intestato *d. l. [illegible] ubi Jas. & Dd. C. de fideicommiss.*

Nec potest objicere, nepotem fideicom-
9 misso non potuisse gravari in legitima, id † enim non procedit hoc casu, ubi ab heredibus nepotis præstandum est, juxta communem, quam confirmat Jas. *l. ex tribus. & passim. C. de inofficios. testam.*

Das ander motiff ist noch viel bawfelliger/
10 dann der nepos, als ein † impubes, bey seinem Leben nicht verwircken können *l. si quis. 33. §. 1. C. de inoffic. testament.* bevorab weil er noch lite pendente gestorben / *gloss. & Dd. l. alia. C. de his quib. ut indign. per illum text.* vnd sein Vater aliena ex causa nullitatis & defectu solen-
11 nitatis das Testament angefochten, ex † qua causa non amittitur legatum aut fideicommissum *l. post legatum. ubi Barthol. de his quib. ut indig.* etiamsi bene ex querela inofficiosi *l. Papinianus. §. meminisse. de inoffic. testam.* ut ita distinguunt Dyn. & Dd. *c. ex eo. 38. de reg. jur. in 6. num. 3.* Cyn. Bald. Cast. *in l. alia.* & Barthol. *l. Pella. C. de iis quibus ut indig. l. cum filio. in princ. de legat. 3.* So henget noch die quæstio nullitatis mit dem Vater / hat also die Witwe kein jus accrescendi ex lite pendente verzuwerffen / vnd do der Vater etwas vorwircket hette / were das jus accrescendi noch zweifelhafftig / Denn † der fiscus es jhme vendici- 12
ren möchte / ex d. l. alia. *C. de his quib. ut indign.* ubi notatur, quod fiscus sibi vindicet relicta iis, qui se faciant indignos, non vero quod accrescat heredi.

Ob aber wol im Testament es anders versehen / so ist doch dasselbige noch streitig / Utrum valeat nec ne, vnd kan die Witwe damit sich nicht behelffen / cum † dubius sit litis eventus 13
l. quod debetur. de pecul. & ante sententiam nemo ex his amittit *d. l. alia. ubi gloss. C. de his quib. ut indign.* Deinde etiamsi testamentum ratum maneret, tamen talis † pœnæ adjectio 14
non obtinet, nec aufert quando aliqua probabilis impugnandi causa adest *Bald. & Dd. l. 1. & tot. tit. C. de his quæ pœn. nomin. reling.*

Sed & exceptionibus, quas habere potest vidua contra impugnantes testamentum, uti nequit contra fideicommissarios, quo minus relicta pendente lite solvat, cum illi nihil deliquerint: præsertim cum verba † il- 15
la testamenti pœnalia specialiter de heredibus & legatariis sint concepta, ideò non temerè ad fideicommissarios sunt extendenda, per regulam in c. odia. *de reg. jur. in 6.* & notata in l. 1. *ubi communiter Dd. ff. de legat. 1.* Salvo.

CONSILIUM CCCXVI.

DE INVESTITURA FEUDI CUJUS POSSESSOR ADHUC VIVIT: ET AN DISPOSITIO L. QUOTIES. 15. C. DE REI VEND. LOCUM HABEAT, SI À PERSONA ECCLESIASTICA RES ECCLESIÆ IN FEUDUM DETUR.

SUMMARIA.

1. *Dominus feudi potest aliquem de feudo tertii, sine illius consensu, sub conditione feudi sibi aperti, investire.*
2. *Conditio ista tollit omnia contraria; & excludit dolum. n. 5.*
3. *Tempus anticipare non licet.*
4. *Votum captandæ mortis impium est.*
5. *Pactum, quo Dominus feudi illud alicui promittit, in casum sibi aperti, non est de futura successione, sed de caducitate successionis.*
7. *Valet Jure Saxonico, & vocatur* Gedinge.
8. *An Prælati & hoc modo investire possint?*
9. *Successor in Prælatura non succedit ex persona defuncti, sed electione Capituli.*
10. *Collegium Capituli non moritur.*
11. *Investitura omnis censetur salvo jure tertii,*

tii, etsi clausula ista non sit apposita. & num. 13.

12. *Possessor de cujus feudo alius investitur, an sit citandus.*
14. *Princeps non præsumitur unum altare cooperire & alterum discooperire velle.*
15. *Actus quilibet præsumitur celebratus salvo jure tertii.*
16. *Clausula: Salvo jure tertii &c. subintelligitur in rescriptis.*
17. *& in concessione castri.*
18. *& in confirmationibus.*
19. *Vasallus feudum alienans id amittit.*
20. *Dotis causa favorabilis.*
21. *Feudum sine consensu Domini in dotem dare vasallus nequit.*
22. *nec ad pias causas.*
23. *nec obligare ullo modo.*
24. *Pretium feudi, sine consensu Domini alienati malæ fidei emptor amittit.*
25. *& à venditore fiscus extorquet.*
26. *Bonæ fidei emptor recuperat: ut & interesse, nisi actioni de evictione renunciaverit.*
27. *Consensus Domini generalis facit, ut vasallus possit feudum in alium, qui capax est, alienare: non tamen in eum qui Domino displicet. & num. 96.*
28. *in Generali concessione non intelligitur id concessum, quod concedens admonitus verosimiliter non concessisset.*
29. *Prælatus rem alioquin infeudari solitam, concedere alicui potest.*
30. *Successori tamen & capitulo non præjudicat.*
31. *Capituli consensum & concessionem qui habet, ei feudi possessio, si vacua fuerit, præcisè tradenda: sin minus interesse præstandum.*
32. *Investitura fit etiam per immissionem in feudi possessionem.*
33. *Investitura unde dicatur?*
34. *Investitura peti debet cum oblatione juramenti fidelitatis. Explicatur ibid.*
35. *per Immissionem in feudum Vasallus efficitur verus possessor.*
36. *& consequitur utile dominium ac rei vindicationem.*
37. *adeò ut etiam Domino, eandem intentanti, præferatur.*
38. *Vasallus possessione dejectus remedia habet possessoria, etiam contra Dominum.*
39. *Abusiva Investitura quid?*
40. *Breve testatum quid?*
41. *Abusiva investitura super feudo novo facta, & parium curiæ inscriptione non comprobata, non valet: Etsi possessio & dominium traditum sit, neutrum enim transit. n. 43.*
42. *Solennitas quæ à lege de formâ substantiali requiritur, omissa reddit actum ipso jure nullum.*
44. *Confessio Domini, quâ se de feudo aliquem investivisse fatetur, omissis legitimis solennitatibus ipsi non præjudicat.*
45. *in Investituris Episcoporum super rebus Ecclesiæ intervenire possunt testes extranei.*
46. *idq. & in Laicorum investituris statuto vel consuetudine introduci potest.*
47. *Investitura abusiva neq. dominium neq. possessionem feudi transfert. & num. 71.*
48. *nisi in præsentia rei fiat.*
49. *Investitura abusiva obligat Dominum ad feudi possessionem, si vacuam habet, præcisè tradendam.*
50. *Dominus absq. justâ causa feudi promissi traditionem differens ad interesse tenetur.*
51. *Investitura abusiva ex pacto nudo producit obligationem, & actionem ex stipulatu, si stipulatio intercessit: vel condictionem ex moribus, si nudum adest pactum. Ante conditioni tamen existentiam exerceri non potest. num. 97.*
52. *utraq. tamen actio personalis est, & directa.*
53. *Dominus feudi promissi tradendi facultatem non habens tenetur ad feudum æquivalens: vel ad justum pretium. num. 54.*
55. *Dominus quomodo se à præstatione interesse liberare possit, traditur remissivè & n. 92.*
56. *Vasallus ex investiturâ abusivâ potest agere interdicto adipiscendæ.*
57. *Exceptio defectus tituli vel dominii obstat agenti interdicto adipiscendæ, si in continenti probari possit.*
58. *Exceptio Domini notorii impedit litis ingressum.*
59. *Dispositio L. Quoties. C. de Rei vend. an locum habeat in concessione feudi Ecclesiastici?*
60. *Ecclesia & Ecclesiasticæ personæ non debent adhibere fraudem in suis contractibus. Laici tamen invicem absq. dolo se decipere possunt.*
61. *Consensus spiritualis fortior est quàm carnalis.*
62. *Jus primo quæsitum, ipsi auferri & alii dari nequit.*
63. *in Ecclesiasticis beneficiis primus investitus præfertur, etsi secundus possessionem adeptus fuerit.*
64. *Duobus unam rem vendens vel in feudum dans, falsum committit.*
65. *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*
66. *Lex communis & Imperialis obligat etiam clericos.*
67. *præsertim quando non tractat de materiâ spirituali.*
68. *Dubium quod est in Jure Canonico, in Jure verò Civili clarè decisum, etiam in foro Canonico servandum est.*
69. *Traditio ad dominium transferendum regulariter requiritur.*

70. An-

70. *Andreas de Iſernia Auriga Feudiſtarum.*
72. *in Feudo nullum jus reale absque traditione conſtituitur.*
73. *Poſſidentis conditio melior eſt in pari cauſa.*
74. *Eccleſia cultrix Juſtitiæ eſt, nec patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alium.*
75. *Eccleſia eſt refugium oppreſſorum.*
76. *& mater pietatis.*
77. *Contractus perſonarum Eccleſiaſticarum ita interpretandi, ne quis damnum indebitè inde percipiat.*
78. *Contractus quando reſcinditur, pretium eſt reſtituendum.*
79. *Tenor inveſtituræ inprimis inſpiciendus, cum omni feudi naturæ deroget. & n. ſeq.*
80. *Pacta extranea in feudis admittuntur.*
81. *Contractus ex conventione partium legem accipiunt.*
82. *Verba obligationis & ſcripturæ inprimis attendenda, deſignant enim mentem contrahentium.*
83. *Actus agentium juxta ipſorum intentionem ſunt interpretandi.*
84. *Pacta ante omnia ſervanda ſunt.*
85. *Verbum quodlibet in pactis aliquid operari debet.*
86. *Verba ſecundum naturam contractus accipiuntur.*
87. *Conceſſum in alicujus favorem, in odium ipſius vel diſpendium retorqueri non debet.*
88. *Privilegium contra privilegiatum non interpretandum, ſed pro ipſo.*
89. *Inducta in odium alicujus, in favorem ipſius extendenda non ſunt.*
90. *Præſumptio, per quam actus conſervatur potius, quàm ut pereat, in dubio capienda.*
91. *Clauſula: ſi non valeat actus ut ago, valeat omni meliore modo &c. ſemper ineſt.*
93. *Conſenſus Domini ad alienandum in certam perſonam datus, ad aliam perſonam extendi non debet.*
94. *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
95. *Dominus invitus alium vaſallum habere non cogitur.*
98. *Tacens pro conſentiente in ſui præjudicium, nec in materia feudali habetur.*
99. *Adfinitatis nulla eſt ſucceſſio, præſertim in feudis.*
100. *Feudum vel Emphyteuſis finitâ lineâ poſſeſſoris, potius conſanguineis prioris eſt concedendum, quam extraneis. Limitatur & declaratur ibidem.*
101. *Poſſeſſor feudi tamdiu in poſſeſſione relinquendus, donec probatum fuerit feudum Domino apertum eſſe.*
102. *Prælatorum inveſtituræ perſonales ſunt, & cum ipſis extinguuntur.*
103. *Facultas prælati non habet ſe ad futura. Et n. præced.*
104. *Imperatoris ſucceſſor non tenetur ratam habere anteceſſoris inveſtituram: quia ex electione ſuccedit.*
105. *ad Infeudationem rerum Eccleſiaſticarum, alias infeudari ſolitarum, non eſt opus ullâ aliâ juris ſolennitate.*
106. *Prælatus feudum ad ſui collationem pertinens, absq; conſenſu Capituli infeudare poteſt:*
107. *etſi à principio poteſtas infeudandi ad Prælatum & Capitulum ſimul pertinuerit: modo feudum ſit apertum.*
108. *Dictio Liberè excludit alterius conſenſum.*
109. *Prælatus rem, infeudari non conſuetam, hoc pacto in feudum dare poteſt, ut ob non ſolutum canonem non committatur pœna.*
110. *Prælatus in feudo, quod ad ipſius ſolius collationem pertinet, feloniam vaſallo ſolus remittere poteſt.*
111. *& absq; Capitulo legatum repudiare.*
112. *Imperator & Principes, etiam electi, contractus, inveſtituras & pacta, nomine dignitatis celebrata, niſi ex magna cauſa, revocare nequeunt. Declaratur num. 117. & num. 119.*
113. *Succeſſor juris fictione repræſentat perſonam anteceſſoris.*
114. *Gratia facta per ſuperiorem, non expirat morte concedentis.*
115. *Dignitas non moritur, ſed tranſit in ſucceſſorem.*
116. *Contractus ratione dignitatis initus, realis dicitur, & in ſucceſſorem tranſit.*
118. *Succeſſor ſententiam per anteceſſorem latam exequi debet.*
119. *Prælatus delinquens obligat ſucceſſorem.*
120. *Prælatus non tenetur acquirere Eccleſiæ.*
121. *Eccleſia etiam pretium bonæfidei emptori reſtituere debet.*
122. *Ratione incertitudinis emptio valet.*
123. *& multa conceduntur, quæ in certis non.*
124. *Reus in caſu incendii ratione incertitudinis abſolvendus.*
125. *Intellectus ex quo ſequitur abſurditas, inhumanitas & incommodum, aſſumendus non eſt.*
126. *Abſurdum quid?*
127. *Succeſſor priorem inveſtituram ratificare tenetur.*
128. *niſi ſit imperfecta: vel ab anteceſſore proprio nomine conceſſa. num. 130. vel magnum adferat præjudicium. num. 131.*
129. *Succeſſor Imperatoris vel Regis electi ad inveſtituram imperfectam ratificandam non tenetur.*
132. *Anteceſſor non poteſt in præjudicium Regni vel Eccleſiæ aliquid concedere.*

133. Prin-

133. *Princeps feudi concessionem regulariter revocare non potest. & num. 135.*
134. *nec conditionem feudi mutare.*

1 DOminus † feudi potest aliquem de feudo tertii absque possessoris consensu investire, ea conditione, si absque legitimo hærede mortuus, & feudum ipsi Domino apertum fuerit. *c. moribus. si de feud. def. cont. fuer. int. Dom. & agn. c. 1. Qui success. teneant. c. 1. de cler. qui Invest. fecit.* opt. text. c. Si quis investierit. *de feud. dat. in vic. leg. comm.* ubi textus censetur approbasse ultimam opinionem *per l. qui filium.* §. *fratri. ad Treb.*
2 *Bald. l. 1. in fin. C. de har. inst.* Et † propter conditionem, quando apertum Domino fuerit,
3 cessant omnia contraria, ut, quod † non liceat tempus anticipare. *l. fin. C. qui admit. l.*
4 *item.* §. *quod sic. Quod cujusq. univ.* quod † impium captandæ mortis votum *c. nec captandæ. de concess. prabend. in 6. l. fin. C. de pact.* Nam ibi disponitur de re aliena, hic de jure Domini proprio, quando res in solidum futura est ejus, in qua etiam tempore concessionis præcipuam partem, nempe domini-
5 um directum habet. Quæ † conditio dolum excludit à disponente de re tota. *l. merito. Pro*
6 *soc.* Nec † dicitur hoc pactum de futura successione, sed de caducitate successionis.
7 *Bald. d. c. si quis. Zas. in epit. p. 6.* Et † jure Saxonico valet ac vocatur Gedinge *cap. 5. 6. 57.* Lehnrecht. & *art. 33. lib. 1.* Landr.
8 Quamvis † autem Prælatorum investituræ sint personales, nec successor eas imple-
9 re teneatur; quia † successor non succedit ex persona defuncti, sed electione Capituli *c. 1. Qui succ. teneant. ubi Præpos. latè & d. c. moribus. & c. 1. de cler. Qui invest:* tamen si Capituli consensus intervenerit, hujusmodi investitura erit perpetua, nec tollitur obitu
10 Investitoris. Nam collegium † Capituli non moritur sed semper durat. Afflict. *d. c. 1. n. 14. Qui succ. teneant.* allegans Cardinal. *consil. 95. Joan. de Anan. c. fin. Ne prælat. vices suas. Bald. cons. 413. vol. 2. l. fin. C. sine cens. vel reliq. not. c. si hærede. de rescript. in 6. c. liberti. 12. q. 2. text. auth. licentia. In auth. Quomodo oport. Episc. Afflict. decis. 102. Archiepiscopus. n. 2.*
11 Omnis enim investitura † intelligitur absque præjudicio tertii; licet clausula: salvo jure tertii, non sit apposita. *Alb. Brun. in 13. cons. feud. per Bart. l. dotalem. de testam. mi-*
12 *lit. Bald. l. fin. de constit. Princ.* Et ideo † tertius, cujus interest, debet citari *gloss. Bart. l. nam ita divus. de adopt. c. pen. de confirm. util.* *Panormitan. latè & Felin. c. cum olim. de re judicat.* Bartolus autem *in l. 2. C. de temp. app.* distinguit, aut ex tali investitura tertius in suo jure quæsito læditur, & debet citari; requiritur n. causæ cognitio: aut vero non læditur, & tunc non opus est citatione, facit text. opt. l. si debitor. *Quib. mod. pign.* Alb. de Rosa. *in suo dictionar. verb. salvo.* ubi quamplurima ad propositum adducit. Idem voluit Sigism. de Homod. *consil. 60 col. 2.* Paris. *cons. 5. lib. 1. num. 26.* Et † quamvis clausula 13
salvo jure tertii, non præsumitur apposita, licet apponi soleat. *Afflict. c. 1. num. 29. Qui succ. teneant*, tamen etiam in investitura præsumitur jus tertii reservatum. *Bald. l. quod Princip. de constit.* Non † enim præsumitur, 14
quod Princeps velit unum altare cooperire & alterum discooperire. *l. assiduis. C. qui pot. in pign. l. 2.* §. *si quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. t. t. C. Res inter alios acta. & c. l. si unus.* §. *ante omnia. ubi Jas. latè prosequitur ff. de pact. Schurff. consil. 30. cent. 3.*

Et † generale est, quod quilibet actus præ- 15
sumitur salvo jure tertii celebratus. Unde hæc † clausula: salvo jure tertii, subintelligi- 16
tur etiam in rescriptis. *Bald. l. prædia. vers. ex his apparet. C. de fidei comm.* Item inest in † con- 17
cessione castri. *Bald. l. cum multa. vers. & his. C. de bon. quæ lib. & l. 1. vers. quin imò in contractibus. C. de hæred. vel act. vend.* Inest † etiam 18
confirmationibus *Bald. l. 1. de const. Princ.*

Vasallus † quoque alienans feudum quo- 19
vis modo, etiam pignorando vel in totum vel partem amittit. *c. Imperialem usq. ad* §. *præterea. de probib. feud. alien. per Fed c. 1. de probib. feud. alien. per Lothar. c. 2. de feud. dat. in vicem leg. commissor.* Et quamvis gloss. *d. c. 1. de probib. feud. alien.* de parte contrarium senserit: tamen est contra text. & Feudistę communiter improbant. Et quamvis dotis † causa favora- 20
bilis. *l. 1. sol. mat.* tamen ne † quidem in dotem 21
pro filia dari potest aut alienari sine Domini consensu. *c. 1.* §. *donare. qual. olim. feud. pot. alien. ubi Belv. Nic. de Neap. Bald. Alvar. Præpos. & Feudistæ.* nec † ad pias causas. *d. c. 1. de* 22
probib. feud. alien. per Fed. Et † sic feudum nec 23
generaliter nec specialiter, nec expressè neque tacitè absque Domini consensu potest obligari. *Sal. l. fin. C. de jur. Emphyt. ubi Jas. eleganter. n. 54. Bart. l. 3. C. ut in poss. leg. Alex. l. si constante. in princ. quæst. 3. sol. mat. & ibi Modern. idem consil. 41. n. 1. & 2. vol. 6. Afflict. cons. Neap. lib. 3. rub. 5.* & communem dicit Ripa. *l. obligatione. n. 36. de pignor.* Tiraq. ubi refert multos alios. *de retrac. lign.* §. *1. gloss. 3. n. 5.* Et quamvis Bart. in contraria fuerit opinione *d. l. si constante. n. 73.* tamen communiter improbatur, & communem contra Bart. esse affirmat Ant. Neguzant. *tract. de pign. num. 2.*

P *memb.*

24 *menib. 2. partis princ. n. 43. usq; ad 50.* Nec † cogitur Dominus precium restituere; cum illud mala fide emens amittat. *c. 1. de probib. feud. alien. per Lothar.* etiamsi expressè stipulatus sit feudo evicto precium esse restituendum. *gloss. c. Imperialem. verb. ex empto. ubi Bald. Alvar. Præpos. Matth. Afflict. de probib. feud.* 25 *alien. per Fed. Curt. tract. feud. p. 4. n. 39.* Non † quod venditor feudi retineat, sed quod fisco applicetur. *gloss. & Feudistæ d. c. imperialem.* Sed 26 † bonæ fidei emptor, licet sine Domini consensu feudum possideat: tamen precium recuperat *d. c. imperialem.* Imo feudo evicto talis emptor non tantum ad precium, sed etiam ad id, quod interest, agere potest; nisi expresse actioni de evictione renunciaverit. *gloss. d. c. imperialem. verb. ex empto. Curt. d. p. 4. n. 120. Zas. in epit. p. 9. n. 39. fac. l. empti actio. C. de evict.*

27 Licet † autem generalis consensus Domini hoc operetur, ut Vasallus absq; novo consensu feudum possit in alium, qui est capax, alienare. *Afflict. d. c. 1. Imperialem. n. 12. in 12 notab:* tamen huic generali consensui inest, ne possit alienare in inimicos Domini, aut in eum, de quo Dominus admonitus verisimiliter licentiam generalem non præstitisset. *Alvar. d. c. Imperialem. num. 8. Præpos. ibi num.* 28 *4. Curt. in 4. p. num. 140.* Nam † in generali concessione nunquam illud concessum intelligitur, quod concedens, si fuisset in specie admonitus, verisimiliter non concessisset. *c. cum generali. de off. vicar. lib. 6. c. in generali. de reg. jur. in 6. l. in obligatione. ubi Alex. de pign. Paris. consil. 96. num. 16. lib. 3.* & est gl. ordinaria, ubi communiter Dd. *l. tale pactum. verb. per exceptionem. in fin. vers. Item nota id esse de jure servandum. de pact. Hypp. Marsil. consil. 16. num. 34. & cons. 46. idem notanter in l. sciendum. ad L. Pomp. de parricid. col. 5. & cons. 51. col. 12. cum seq.*

29 Prælatus † etiam potest rem solitam & consuetam infeudari alicui concedere vnd verschreiben. *c. 1. qui feud. dare poss. c. 1. Qui success. teneant. c. 1. de cler. qui invest. fecit:* non 30 † tamen præjudicat successori & Capitulo. 31 *Præpos. d. c. 1. Qui succ. teneant.* Sed † qui habet consensum etiam Capituli, habet actionem adversus Dominum, ut præcisè in feudi possessionem, si vacua fuerit, immittatur, nec poterit se Dominus ab hac actione offerendo interesse eximere, sed præcisè debet tradere. Sin verò feudi possessio non fuerit vacua, dominus debet refundere id, quod interest. *c. si facta. ubi Feudistæ. si de feud. cont. fuer. inter Dom. & agnat. c. 1. de nova form. fidel. & tradunt Dd. c. 1. quid sit invest.*

Investitura † autem duplici modo à Domino conceditur: primò verè & realiter, quando Vasallus in realem possessionem feudi immittitur, ita probat text. & ibi And. Isern. Bald. Alvarot. Præpos. & Afflict. *c. 1. quid sit Invest.* Et dicitur † investitura ab investiendo. Sicut enim aliquis tegitur & vestitur veste; sic etiam feudo armatur & investitur. Et de tali investitura loquitur textus c. beneficium. *de cap. extraordin.* Et † hujusmodi investitura debet verbis reverentialibus à Domino peti cum oblatione juramenti fidelitatis *gloss. & Dd. c. 1. §. nulla. per quos fiat Invest.* ubi And. Isern. Alvar. Præpos. censent valere hujusmodi Investituræ petitionem, etiamsi vasallus sese non offerat ad juramentum fidelitatis; licet Dominus eum realiter investire non cogatur, nisi prius fidelitatem juraverit *not. d. §. nulla.* si tamen præcedat realis immissio, & fidelitatis juramentum subsequatur non annullatur immissio, sed rata permanet. *Bald. Alvar. Afflict. c. 1. quid praeced. deb. Curt. de feud. rep. secundæ partis princ. num. 37. Zas. in epit. p. 6. num. 17. Ang. l. talem. in princ. de hared. instit. & §. ante haredis. Inst. de legat.* Effectus † investituræ prædictæ est, quod vasallus constituatur in vera ac reali possessione feudi *d. c. 1. ubi Feud.* Imò † transfertur in Vasallum utile dominium, & ideo potest rei vendicatione convenire possessorem feudi *c. 1. ibi utiliter agendi.* ubi gloss. *verb. ipse.* quam Alvar. & alii sequuntur. & text. *c. 1. §. rei autem.* ubi notat Alvarot. *de Invest. de re alien. fact.* Fab. Aretin. Jas. & reliqui Dd. *§. omnium. Inst. de actionib.* Et in † tantum datur utilis rei vendicatio vasallo, dato, quod Dominus feudi simul cum eo ageret contra possessorem; ut tamen ad hoc debeat illi vasallus præferri *argumento. l. 1. §. 1. si ag. vectigal. vel emphyt. Alvar. d. §. rei autem. Bald. c. 1. §. fin. de probib. feud. alien. per Feder. Panorm. c. ad audientiam. de præscript. And. de Isern. & Alvar. d. §. rei autem.* Sic † etiam Vasallus ejectus possessione feudi habet remedia possessoria contra possessorem; etiam contra Dominum *Bald. d. l. si facta si cont. fuer. int. Dom. & agnat.* 32 33 34 35 36 37 38

Abusiva † vero seu impropria investitura est, quæ fit verbis, interveniente aliquo actu corporeo, ut quia Vasallus manu tangit ensem, annulum, claves; & probatur per breve testatum à Paribus duobus vel trib9 subscriptum *d. c. 1. quid sit invest. c. 1. qui testes sint necessar. c. 1. de contr. recti feudi.* Est † autem breve testatum, instrumentum publicũ super investitura feudi interveniente testium Parium Curiæ inscriptione conscriptum. *Bald. c. 1. de controv. Invest. Zas. in epit. p. 6. in 6. p.* Et advertendum, quod † si talis abusiva fiat super feudo 39 40 41

feudo novo, nec fuerit inscriptione parium Curiæ comprobata, quod non valeat. *c. 1. quid sit Invest.* Et tali solennitate omissa neque naturalis neque civilis obligatio ex ista oritur. *Bald. & Afflict. in d. c. 1. arg. l. non dubium. C. de legib.*
42 *C. de legib.* Nam † quando aliqua solennitas à lege de forma substantiali actus requiritur, tunc omissio hujus formæ reddit ipso jure actum nullum. *text. l. si unus. ubi Jas. post alios. C. de testamen. & latè in l. nemo potest. ubi*
43 *repetentes. de legat. 1.* Et † quantumvis post hanc investituram, quæ solenniter non est facta, possessio vel dominium rei feudalis tradatur; tamen neutrum vasallus ob defectum formæ substantialis consequitur. *Afflic. c. 1. vers. siquidem. n. 9. quid sit Invest.* Hæc etiam comprobari poterunt per ea, quæ scribunt Bart. Alex. Jas. ac reliqui *l. 1. §. si vir.*
44 *de acq. poss.* Imò etiamsi † dominus feudi confiteatur, se aliquem de feudo investivisse non intervenientibus solennibus legitimis; tamen hujusmodi confessio illi non præjudicabit, & investitura per sese nulla non confirmabitur. *Afflict. præall. loc. n. 12. & idem in c. 1. num. 26. Qui testes sint necessar.* Et sic de substantia abusivæ investituræ, quæ super novo feudo datur, est, quod interveniant Pares Curiæ, tanquam testes *per text. c. 1. quid sit invest.*

45 Hæc † tamen in Episcoporum investituris non procedunt; quæ fiunt super rebus Ecclesiæ vel Episcopatus. Tunc enim sufficiunt testes etiam extranei *c. 1. in princ. ibi in clericorum. si de invest. inter Dom. & vas. lis o-*
46 *riat.* Et idem † in investituris laicorum potest statuto vel consuetudine introduci. *Curt. in 2. p. secundæ partis num. 19.* Similiter quando breve testatum sigillo Domini fuerit obfirmatum novam investituram absque subscriptione Parium Curiæ probat; opus tamen in ea mentionem Parium fieri, quod intervenerit, ita Alciat. & Præpos. *d. c. 1. Qui testes sint necess.* Curt. *tract. feud. in 2. p. secundæ partis num. 20.* Et ita observat aularum consuetudo.

47 Effectus † verò ejusmodi abusivæ investituræ est, quod neque dominium nec possessionem feudi transferat in ipsum Vasallum (Id enim proprium est realis investituræ, ut supra admonuimus) *Bald. in rubr. C. de contrahend. empt. num. 17. & in proœm. feud. num. 28. Alvar. c. 1. num 6. & 7. quid sit Invest. Alex. l. 3. num. 15. de acq. poss. Jas. l. traditionibus. num. 4. C. de pact. & ibi Dec. num. 3.*
48 *Zas. in epit p. 6.* Si † ejusmodi investitura fieret in præsentia rei *And. de Isern. Præpos. & Afflict. d. c. 1. num. 16. quid sit Invest. Zas. in citato loco. Idem Afflict. c. 1. num. 16. Qui successſ. teneant.*

Secundus effectus Investituræ abusivæ est, quod † obliget dominum; ita ut si ejus- 49
modi feudi possessio fuerit vacua, & illi aperta, præcisè compellatur vasallo tradere, & non liberetur, si offerat interesse *c. 1. in princ. ubi Afflict. Si de Invest. feud. controv. c. 1. §. fin. de nova form. fidel. c. 1. §. si facta. si de feud. controv. fuer. inter dom. ubi Feudistæ.* Et † si Do- 50
minus absque justa causa distulerit traditionem feudi, simul cum ipso interesse præstabit. *d. c. 1. §. fin. de nova form. fidel.*

Tertius & præcipuus investituræ abusivæ effectus, quod † etiam ex pacto nudo, 51
contra regulas juris communis, inducit obligationem. *Præpos. c. 1. §. si non Domino. num. 2. Quid sit invest.* Si verò stipulatio intervenerit, oritur actio ex stipulatu. Sed si nudo pacto facta sit, datur condictio ex moribus *Bald. in rubr. C. de condict. ex L. Idem in c. 1. de controv. invest. Jas. in prælud. feud. num. 36. Mart. Laudens. c. 1. de his qui feud. dare poss. Jas. l. unica. num. 9. de condict. ex lege.* Est † tamen utraque actio personalis, 52
quæ datur contra dominum feudi & ejus hæredes, & sunt directæ actiones ab utraque parte. *Alvar. & Præpos. c. 1. §. similiter. de lege Corrad.*

Quartus, quantum ad casum præsentem, effectus est abusivæ investituræ, quod † si 53
Dominus non poterit vasallo feudum tradere, quod fit, quando possidetur ab alio, qui ab eodem Domino habet titulum; tunc vasallus prædictis actionibus, ex quibus unam eligat, agit adversus Dominum ad interesse, ut præstet sibi æquivalens feudum. Ita probat text. c. 1. *de invest. de re alien. fact. & ibi* ordinariè Feudistæ. Et idem probat text. Juris Sax. *cap. 33.* Lehenrecht. *vers.* Was ein Herr einem Mann leihet von guten Willen/ das er nicht gewehren mag/ das soll er jhm erstatten/ also daß sich der Mann binnen seiner Jahrzahl nicht verseume. &c. Sin † vero dominus 54
æquale feudum non poterit concedere Vasallo, præstabit illi justum precium. *c. 1. ubi gloss. in fin. si de feud. vas. ab alio interpell. Schurff. consil. 25. in fin. cent. 2.* Quomodo † verò Do- 55
minus liberabit sese, ne cogatur interesse refundere, præsertim quando investituræ abusivæ inserta sit clausula: Salvo jure nostro &c. traditur per Afflict. *c. 1. de invest. de re alien. c. 1. Qui successſ. teneant. c. 1. de lege Corrad.*

Quintus effectus, quod † Vasallus ex abu- 56
siva investitura potest agere possessorio adipiscendæ, non tantum contra Dominum: sed

P 2

sed etiam tertium possessorem, qui injustè possidet. *Affl. decis. 299. Rex Ferdinandus. Aretin. post Sal. in simili. §. sequens n. 3. Inst. de actio-*
57 *nib.* Exceptio † tamen defectus tituli vel dominii, de qua in continenti absq; altiori indagine judicanti constat, obstat agenti interdicto adipiscendæ possessionis. *l. final. C. de edict. D. Adrian. ubi Bald. n. 24. Dec. n. 20. Ruchard. n. 116. & Bald. l. ux. C. si de moment. poss. Gozadin. consil. 7. n. 3. Joan. Neguzant. consil. 79. n. 9. consil. 80. n. 40. Alciat. resp. 757. & respons. 350. Cravet. cons. 258. col. 1. Natta consil. 234. num. 7. lib. 2. Roland. cons. 2. num. 35. lib. 3.* Facit & illa ratio, quando possessori convento non potest esse consultum in petitorio, si in eo succumberet, tunc objicere potest dominium, atque ita impedire possessorium. *Cast. l. 2. ubi Jas. C. de edict. d. Adrian. tollend.* Præter-
58 ea † exceptio notorii Dominii impedit litis ingressum. *Archidiac. c. ult. circa. de elect. in 6. latè Alex. l. creditori. C. de pact.* Quando
59 † vero Ecclesiastica persona alicui dat investituram abusivam, super feudo nondum aperto, & postea alius inducitur in possessionem ejusdem feudi, ab eodem domino feudi, dubitatur an primus vel posterior sit præferendus? Sunt, qui in investitura abusiva Ecclesiasticarum personarum concludant, priorem esse præferendum secundo & posteriori; etiamsi huic prius possessio fuerit tradita. Host. & Joan. And. *c. continebitur. de his quæ fiunt à prælat. sine cons. cap.* Pro qua opinione adducunt primò text. illum; Deinde cap. cum inter Canonicos. *de elect.* tertiò hanc rationem, quod Ecclesia
60 † & Ecclesiasticæ personæ non debeant adhibere fraudem in suis contractibus *c. pertuas. De notat.* secus est in laicis, quibus permissum est naturaliter sese invicem absque dolo ex proposito decipere. *l. item cum venderem. l. item si precio. Locat.* Quartò,
61 consensus † spiritualis fortior est quam Carnalis. *c. ult. de spons. duor,* Quintò hanc sententiam probat Lud. Rom. *in auth. similiter. in 12. causa speciali. C. ad L. Falcid.* qui adjicit, hoc esse singulare dictum Joan. And. *d. c. continebatur,* & quod alibi non inveniatur, & esse tam Canonistis quam Legistis communiter incognitum. Adducit Lud. rationem. Licet enim permissum sit Laicis variare, nunc vendere uni, postea alteri. *l. quoties. C. de rei vend:* tamen illud minimè debet fieri ab Ecclesiasticis personis per text. qui videtur hæc probare. c. cum autem. *de jure patron.* Idem affirmat Rom. *consil. 70. viso themate.* Sextò hanc opinionem secutus est eximius Modernorum Joh. de Imol. *in clem. cum illusio in 1. notab. de renunc.* Et quod dispositio d. l. quoties. non habet locum in feudis; præcipuè verò si investitura fuerit data à persona Ecclesiastica, secutus est Hyppol. Mars. *in 28. sing. incip. volo tibi dare aliquas notabiles limitationes ad l. quoties. C. de rei vend.* citans Joan. And, & Rom. in locis modò relatis. Et post adjicit, quod sequatur etiā Felin. *in c. cum. olim. in 3. col. de re jud.* Refert tamen Alex. contrariam opinionem tueri *in cons. 122. in ult. col. lib. 5.* Septimò & quidem generaliter, quod nedum illud in investitura personarū Ecclesiasticarum, sed etiam in laicorum investitura vendicet sibi locum, voluit Cast. *l. 2. C. de legib.* per hanc rationem, quod jus † 62
primo investito quæsitum, non potuit illi auferri absque culpa, & dari secundo posteriori. *c. 1. de feud. sine culp. non amitt.* Octavò Lucas de Penna *in l. prædia. C. de locat. præd. civil. vel fisc. lib. 11.* pro hac parte 50. rationes in medium profert, ut ibi per eum. Nonò feudum est beneficium. Sed † in beneficiis Ec- 63
clesiasticis observatur, quod præferatur primus investitus, licet secundus fuerit possessionem adeptus. *c. si tibi. c. si duobus. de rescript. & c. quia sæpe. de præbend. in 6.* Decimò facit text. in l. per quem. *de servit. rust. prædior.* ubi data servitute primo & secundo, potior est is, cui servitus prius est constituta. Idem probat l. qui per certum. *ff. com. prædior.* l. Lucio. l. hoc jure. *§. si is quem. de aqua quotid. & c.* Et maximè hæc prima opinio habet locum, quando secundus possessor propria auctoritate possessionem est adeptus. Illa enim possessio in præjudicium primi non dat prodesse sibi. *l. extat. quod met. caus. l. fundi. de acq. poss.* Undecimò, falsum † committit, qui rem duobus 64
vendit vel in feudum dat. *l. qui duobus. ad L. Cornel. de fals.* Sed his non obstantibus communior & verior est conclusio, quod dispositio d. l. quoties C. de rei vend. videlicet quod secundus, qui habet titulum & possessionem, præferatur priori ab eodem domino habente titulum, obtineat quoq; in feudis, non solum à Laico, sed etiam à Prælato & Ecclesiastica persona concessis, testatur Alex. *d. consil. 122. lib. 5.*

Prima ratio est, quia † d. l. quoties loquitur 65
generaliter; Ergo generaliter debet intelligi. *l. 1. §. generaliter. de leg. præstand.*

Secunda, quia † Lex communis & Imperi- 66
alis valet & obligat etiam clericos; quando non est in ipsorum damnum. Licet lex inferiorum illud facere non possit. *auth. cassa. C. de Episc. & cler.*

Tertiò facit, quia † non sumus hic in mate- 67
ria spirituali vel peccati. Ergo ll. civiles, quæ non sunt expressè reprobatæ a Canonibus, debent hic etiam obligare personas Ecclesiasticas. *c. 1. de oper. nov. nunc. Panorm. c. filius. de testam.*

Quartò

68 Quartò quando † aliquid est dubium de jure Canonico, & reperitur clarè decisum jure civili, servandum est jus similiter etiam in foro Canonico. *gloss. c. licet ex subjecto. de for. competent. c. per venerabilem. Qui fil. sint leg. c. Raynutius. de testament.*

69 Quintò quoniam † regulariter ad tradendum dominium debet intervenire traditio, nisi in casibus, quibus ipso jure illud transfertur. *l. traditionibus. C. de pact.*

Sextò istam sententiam sequitur & pro-
70 bat And. de Isern. auriga † Feudistarum *in c. 1. quid sit invest.* per text. l. prædia. *C. de locat. prædior. civil. lib. 12.* ubi dicitur, quando Princeps dedit prædia, & officialis adeptus est possessionem rei donatæ, quod tunc princeps illa prædia non potest in alium conferre. Ergò quando primus non est adeptus possessionem, poterit fieri collatio in secundum.

71 Septimò probatur; quod † per solam abusivam Investituram non fuit traditum Dominium nec acquisita possessio *c. 1. quid sit invest.* ut supra ostensum.

72 Octavò, quia † nullum jus reale constituitur in feudo absque traditione *d. c. 1. quid sit invest. Jacob. Ardiz. §. quod si dominus rem tradiderit.*

73 Nonò, in † pari casu melior est possidentis conditio *c. in pari. de reg. jur. in 6. l. sive autem. §. si duobus. de publician. in rem act. l. si debitor. de pignor. c. si à sede. de præbend. in 6.* & plenius Neguz. *de pign. in 2. memb. 5. partis. num. 32.*

Et hanc posteriorem esse communiter receptam ostendit & probat Matt. Afflict. *c. 1. qui success. teneant.* ubi per 4. col. examinat, adjiciens isthic quam plurimas limitationes, quæ tamen præsenti nostro casui non conveniunt. Hanc tanquam communem approbat Jas. *d. l. quoties. n. 30.* post Joan. Fab. isthic adducens Bald. *c. si factum. Si controv. de invest. fuer. inter Dom. & agn.* Præpos. & Afflict. *d. c. si facta.* Zas. *in epit. p. 6.* Caccialup. *in tract. de feud. reg. 29. Jas. l. traditionibus. C. de pac.* Et hanc tanquam communem defendit Joan. Jacob. Leonhard. *in consil. 114. inter consilia feudalia Alb. Brun. videtur. 464.*

Non obstat huic communi sententiæ doctrina Host. Joan. And. *d. c. continebatur. de his quæ fiunt à prælat.* Nam cæteri Canonistæ velut Ant. de But. Petrus de Anchor. Joan. de Imol. & Panorm. isthic contradicunt, & ipsorum opinionem manifestè improbant, idque ob generalitatem d. l. quoties. Concedunt tamen, quod opinio Host. possit defendi in Juribus specialibus, in quibus ex solo titulo absque traditione jus constituitur. *c. si tibi absenti. de præbend. in 6. Alex. d. consil.*
122. lib. 5. Cum † n. Ecclesia sit cultrix & au- 74
ctrix justitiæ, non pariter contra justitiam aliquid fieri in se vel alterum *c. 1. §. sed diversum. de alien. feud. c. ut cum. Ut Eccles. benef. c. cum l. laicus. de foro comp. in 6. c. novit. ubi Canonist. de judic. Bald. l. acceptam. in fin. c. de Usur. l. si ex lege. C. de condict. ob caus.* Quia Ecclesia
† est refugium oppressorum *c. cum sit generale. de for. comp.* Et inquit Bart. *l. 1. C. de sacros.* 75
Eccles. quod Ecclesia † sit mater pietatis; pro- 76
bat c. consultationibus. *de Donat.* Ubi in actibus suis Ecclesia non habet rugam neque maculam. Ex quibus sequitur quod Ecclesi-
asticarum † personarum contractus vel con- 77
sensus ita oporteat interpretari, ne quis indebitè damnum inde percipiat *text. c. per tuas. de donat.*

Jura etiam feudalia constituunt differentiam inter malæ & bonæ fidei emptorem aut possessorem, quod malæ fidei possessor amittat precium fisco applicandum; hic verò repetat. gloss. per Feudistas communiter approbata *c. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. verb. ex empto. Zas. in fine partis. 9.* Est enim
regulare & æquum quando † contractus re- 78
scinditur, quod precium restituatur. *l. emptorem. §. ibidem. de act. empt.*

Licet autem feudum absque consensu Domini alienatum ipso jure amittatur. *c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Fed.* tamen respectu illius, qui bona fide emit, necesse est, quod contra eum feratur sententia, per quam privetur ejusmodi feudo ad eum finem; ut possit agere de evictione contra venditorem & ejus hæredes *l. 1. de evict.* Ita determinat gloss. quam ibi commendat Bald. *d. c. Imperialem. §. callidis. verb. revertatur.* Ex qua Bald. & reliqui Dd. inferunt, quod Dominus non possit propria auctoritate apprehendere possessionem feudi, vel emptorem bonæ fidei ejicere absque sententia: Ratio est, quia emptor non habet causam à Domino.

Tenor † item investituræ est veluti radix, 79
juxta quam contractus feudi regulatur. Itaque inprimis est inspiciendus; Quia derogat omni feudi naturæ *c. 1. de success. feud. c. sicut. ibi tenorem tamen investituræ nec non vim verborum ac sensum contrahentium intuentes. tit. de quibus ex capit. feud.* Bald. *c. 1. §. deniq. Quæ fuit prima caus. benef. amitt. ubi* inquit, quod forma investituræ præcisa est, & quod ab ejus tenore non sit recedendum. Mart. Laud. *c. 1. qui feud. dare.* ubi ait, quod ista sit maxima in feudis, ut primò inspiciamus tenorem investituræ, qui derogat omni feudorum naturæ. & Bald. *l. quoties. col. 1. C. de suis & legit.* inquit, quod verba contractus sint ipsius contractus forma. Alex. notanter *consil. 30.*

80 *quoniam. lib. 1.* Nam † in feudis admittuntur pacta etiam extranea. *c. 1. §. pen. in fin. Quidsit Invest.* Et hoc, nempe quod verba investituræ aut consensus domini vel pacta in causa feudali ante omnia sint servanda, fusissime comprobatur per Curt. sen. *in 49. cons. col. 22. cum seq.* And. Tiraq. *in rep. l. si unquam. verb. libertis. n. 9.* ubi quamplurima pro horum confirmatione in medium profert Afflict. *c. 1. de duob. frat. à cap. Invest.* Everar. *in 4. loc. legal.* Accedit regula, quod con-
81 tractus † ex conventione partium legem accipiant. *c. contractus. ubi Dyn. & Dd. de reg. jur.*
82 *in 6.* & in † omni contractu debeamus attendere verba scripturæ & obligationis. Designant enim mentem & voluntatem contrahentium. *l. fidejussores. ubi notenter Cast post*
83 *Bald. de fidejussorib.* Item facit, quod actus † agentium sint interpretandi juxta ipsorum intentionem & non contra. *l. non omnis. ubi Jas. in princ. si cert. petat. l. obligationum substan-*
84 *tia. de Oblig. & action.* Et pacta † ante omnia sunt servanda. *l. 1. l. si unus. §. ante omnia. de*
85 *pact.* & quodlibet † verbum debet aliquid operari. *Bald. in rubr. C. de contrahend. empt. quæst. 11. Alex. consil. 66. lib. 4.* & accipiuntur
86 † verba secundum naturam contractus, ut aliquid operentur. *Alex consil. 34. vol. 4.* Quod
87 † in alicujus favorem vel gratiam est dispositum aut concessum, non debet in ejus odium vel dispendium retorqueri. *l. quod favore. C. de legib. c. ob gratiam. de reg. jur. in 6. l. 2. de lege commiss. l. intra dies. de re jud.* Unde
88 privilegium † nunquam interpretandum, ut privilegiato obsit sed potius ut ei prosit. *l. divus. ubi Angel. de test. milit.* & sic privilegium non interpretabimur contra privilegiatum. *Bald. l. si Rufinus. C. de testa. milit.* Ve-
89 lut ex contrario, inducta † in alicujus odium vel gravamen non sunt in ejus favorem interpretanda. *c. 2. de translat. Prælat.* In
90 † dubio quoque capitur illa præsumptio, per quam actus potius conservetur quam destruatur. *l. quoties. de reb. dub. l. quoties in stipulation. de verb. oblig. l. 3. de testa. milit. c. abbat. de reg. jur. in 6.* Et hoc idem in voto obtinet. *Panor. c. quidam. de convers. conjug.*
91 Quia † semper videtur inesse hæc clausula, ut si non valeat actus, ut ago, valeat omni meliore modo, quo potest. *Bar. Jas. & reliqui moderni. l. 2. §. si quis ita. de verb. oblig. latè Alciat. in 34. præsumpt. reg. 3. de præsumpt.*
92 **Es † seind auch wol Fälle/darin der Lehenherr auff vorschrieben Gedinge/wann er sich in Lehenbrieff vorwahret/auch das interesse zugeben nicht pflichtig.** *Afflic. c. 1. de Invest. de re alie. fac. c. 1. si de feud. Vas. ab aliquo interp. c. 1. Qui success. ten.* præsertim adjecta ubi sit clausula: Salvo jure nostro. *Dd. ibi.*
93 Sed & consensus † domini, datus ad certam personam, in quam Vasallus alienare possit, neutiquam extendendus ad aliam personam, quæ in consensu non est expressa. *And. Iser. c. 1. de prohib. feud. alie. per Fed. ubi Alvar. num. 8. Præpos. num. 4. Afflic. copiosius. in 12. notab. Curt in 4. p. num. 140. Zas. in epit. p. 9. num. 36. Ang. l. cum prætor. in princ. de judic.* 94
& † quia limitata causa limitatum producit effectum. *l. age C. de transact.* sequeretur etiam absurdum, nempe quod Dominus † co- 95
geretur invitus alium habere vasallum, quod usibus feudorum est contrarium. *c. 1. de frat. de nov. benef. invest.* In summa, strictè debet interpretari consensus Domini. *Afflic. d. not. 12.*

Potest † quidem Dominus vasallo alienanti consentire in genere, & dare licentiam, cui & in quem velit alienandi. Et quamvis hic sint diversæ opiniones, tamen communiter concluditur, talem generalem consensum sufficere, & quod emptor feudi non opus habeat alio consensu speciali. *c. 1. ubi Feudistæ. de feud. non hab. Jas. l. fin. n. 6. 7. C. de jure emphyt. Cur. de feud. 5. quæst. 42. quæst. princ. n. 242. Iser. Alvar. n. 8. Præpos. n. 4. Afflic. in 12. quæst. n. 24. de prohib. feud. alie. per Feder.* Eandem materiam confirmat & sequitur Rolan. à Valle. *consil. 3. lib. 1. consil. 42. & 79. lib. 2. consil. 1. consil. 55. lib. 3.* ita tamen ne in inimicum domini vel alium, qui invidus aut odiosus Domino esset, alienet *Alvar. d. c. 1. n. 8. & ibi Præpos. n. 4. de prohib. feud. alie. per Feder. Curt. in 4. p. n. 140.* 96

Ante † existentiam verò conditionis, nempe antequam vasallus absque hærede masculo obierit, hoc casu non datur actio ex stipulatu, seu condictio ex moribus feudorum contra dominum. *c. 1. Qui success. tenean. c. 1. de cler. qui Invest. fac.* Nam † etiam in materia feudali præsens & tacens non habetur pro consentiente, nec etiam in sui præjudicium tacendo videtur consensisse. *Afflic. §. si quis. n. 24. si de Invest. inter Dom. & Vas. lis oria. & idem latè c. præterea. Quib. mod. feud. amitta.* 97 98

Affinitatis † quidem nulla est successio, præcipuè in feudis. *l. affinitatis. C. Com. de success.* quamvis Baldus contra *in l. 1. C. unde vir & ux.* tamen Jason & communiter Dd. eum ibi reprehendunt: tamen si † feudum vel emphyteosis concedatur ad secundam aut tertiam generationem, finita illa cognatione, potius sunt infeudandi eodem feudo cõsanguinei defuncti, quam extranei *Bar. l. 1. §. permittitur per illum tex. de aq. quot. & æst.* quam decisionem inquit communem Curt. *in 15. quæst. 2. partis feud.* & pluribus confirmat Tiraq. *de retrac. Lignag. in præfat. n. 41. usq; ad 43.* Jas. *l. in emphyteuticariis. n. 22. C. de jure emphyt.* 99 100

phyt. Restringunt tamen Dd. hanc decisionem ad descendentes, non ad extraneos seu collaterales. *Dec. consil. 132.* Et Feudistæ existimant id potius esse honestatis quam necessitatis; ideo concludunt, Dominum feudi ad hoc non esse astrictum. *Bal. Prepos. Alvar. Afflic. cap. 1. quemadmodm. feud. ad fil. pertineat. Everar. in 12. loc. legal.* Possessor † etiam
101 reliquendus in feudo, donec à Domino vel alio, qui dicit apertum, ordinario jure convincatur, *cap. 1. de feud. sine culp. non amitt. Alb. Brun. cons. 114. Schurff. cons. 10. cent. 3. ad fin. num. 13.*

Aliud est dicendum de Prælatorum inve-
102 stituris, cum prælatorum † investituræ sint personales, & extinguantur cum persona, nec successorem obligent, præsertim hæ, quæ dantur sub conditione, si possessor sine herede decesserit & feudum domino aperietur, idque probant, *cap. 1. qui succes. tenean. c. 1. de cler. qui invest.* adeo ut nisi conditio eo, qui investivit, vivente contingat, extinguatur. *Afflict. d. cap. 1. qui succ. ten.* ubi Præpos. *n. 2.* qui addit, prælatum non aliter posse disponere in futurum, *Arcbidiac. cap. prædecessor 25. q. 2.* nec posse per viam declarationis aliter facere & declarare à se esse factum, *Jo. And. cap. ex parte. de verb. signif.* Neque per viam statuti, *Innoc. cap. pervenit. de arbitr.* Fa-
103 cultas † enim prælati non habet se ad futura, *cap. 2. de majo. & obed. Bal. cap. 1. qui success. tenean. Franc. Mar. in 394. quæst. & quæst. 102. & 529. quæst. num. 12.*

Pari modo, sicut successor in prælatura non cogitur habere ratam Investituram an-
104 tecessoris, ita nec successor † Imperatoris, qui æquè, ex electione, sicut prælatus, succedit. *Iser. d. c. 1. ubi Prepos. n. 5. qui success. per cap. venerabilem. de elect.* ut & hoc, quod de Imperatore dictum, voluit Bal. *l. 1. de constit. princ. ubi Jas. num. 14.* qui licet aliud dicit in successore laicorum principum, quia debent servare contractus & pacta antecessorum: quod tamen non obligetur successor pactis antecessoris, late probat Cacheran. *decis. 139. num. 6.* scilicet qui ex electione succedunt. *Afflict. decis. 101.*

Quamvis autem prelati non sint proprietarii, sed potius procuratores, tamē ipsis permissum est res solitas & consuetas infeudari, quando apertæ sint, aliis in feudum dare, neque opus est hoc casu consensu Capituli, nisi commune fuerit jus infeudandi prælato
105 cum Capitulo, nec † tali casu opus est ulla alia solennitate juris, quæ aliàs in alienatione rerum ecclesiasticarum exigitur, *c. 1. de iis qui feud. dare poss. ubi Iser. Bal. Alvar. Prepos. Afflict. cap. 2. de feud. ubi Panor. Imol.* ubi dicitur, Prælatos posse libere infeudare. *Panor. c. ut sup. Feudistæ c. 1. de cler. qui invest. Jas. tit. qui feud. dare poss. Curt. p. 2. in 1. quæst. tract. feud.* Et quod
† Prælatus feudum ad sui collationem perti- 106
nens absque consensu Capituli possit alteri, cui velit, exceptis personis prohibitis, absq; consensu Capituli infeudare probat *c. 2. de feud verbo libere. Jas. tit. qui feud. dare poss. n. 7. Alvar. c. 1. post. Bal. qui feud. dare poss.* Curt. *p. 2. in*
2. quæst. ubi fortius concludit, dato quod † à 107
principio pertinuerit potestas infeudandi ad Prælatum & Capitulum simul, tamen si feudum illi aperiatur, etiam absque Capitulo possit alteri infeudare, *tex. d. c. 2. verb. libe-*
rè. Hæc † enim dictio excludit alterius con- 108
sensum, *c. 2. verb. liberè. de arb. in 6. c. licet Episcopus. verb. libere. de sepult. in 6.*

Prælatus † etiam rem, non consuetam 109
infeudari, potest hoc pacto, in feudum dare, quod ob non solutum Canonem non committatur pœna commissi, *arg. l. fundi. C. de fund. patrimon. lib. 11. ubi Bart.* pro his facit,
quod † in tali feudo, quod ad collationem 110
solius Prælati pertinet, ipse solus possit vassallo feloniam remittere. *Bal. & Feudistæ c. 1.*
qui feud. dare. Et † solus prælatus potest absq; 111
capitulo repudiare legatum, quia non est propriè Ecclesiæ, *l. qui autem. quæ in fraud. cred. Panor. c. tua. de his quæ fiunt. à prælat.*

Quantum † tamen ad Principem Rom. & 112
cæteros reges, qui ex electione ad imperium veniunt, non est dubium, quod contractus, investituras & pacta, quæ nomine dignitatis celebrāt, nō possint revocare, nisi ex magna & necessariâ causa, *l. digna vox. ubi Cyn. Bart. Cast. C. de legib. & in l. ex imperfecto. ubi Jas. C. de testamen. Ant. But. Panor. Fel. Dec. c. 1. de prælat.* Odofred. *cons. 38. col. pen.* ubi affirmat, principem obligari ex contractu naturaliter & civiliter. *Panor. cap. 1. de const. Roman. cons. 352. Card. cons. 147. Socin. consil. 4. in princ. lib. 2. Alex. cons. 1. lib. 2. Felin. latè post Panor. c. quæ in ecclesiarum. de constit. Dec. consil. 151. Zas. consil. 10. col. 2. lib 2. Bertran. cons. 206. Joan. Menoch. d. c. 1. de constit. Joan. Crot. l. omnes. col. 21. de just. & jur. Maran. jun. cons. 88. vol. 1. Cravet. cons. 135. Igneus. l. donationes quas. C. de donat. inter vir. Jacob. in Invest. verb. princeps Hispanus in rub. de donat. int. vir. Gratus consil. 143. lib. 1. Carol. Brun. consil. 7. lib. 1. Alciat. de præsumpt. in 3. reg. præsump. 8. Gozadin. cons. 5. col. 3. in fin.*

Sic ut obligent etiam successorem ad observandum, quando contractus sint perfecti, & purè facti, præcipuè si regnum vel ecclesia non afficiatur insigni inde damno. Cum enim sit eadem dignitas non immeritò in his, quæ nomine ejusdem dignitatis facta sunt, fictione juris repræsentat † perso- 113
nam antecessoris, *cap. decessorem. 25. q. 2. cap.*

 episcopi.

114 *episcopi. de reb. eccels. non alien.* Vnde gratia † facta per superiorem non expirat morte concedentis *Jo. And. c. ex tua. de fil. presbyt.* Anchor. *consil. 116.* ubi decidit, quod successor in prælatura debeat facta sui antecessoris defendere, & non retractare, quando scilicet ratione officii aut dignitatis sunt habita, *c. 1.*
115 *de solut. ut filius patris. Dd. ibi.* Dignitas † enim non moritur, *c. si gratiosè. de privileg. in 6.* Sed transit in successorem, *c. quemadmodum. de off.*
116 *de leg.* Et contractus † initus ratione & nomine dignitatis dicitur realis, & ideo ad successores devolvitur, *Dom. de S. Gemin. consil. 6. in*
117 *princ. decis. Rot. Rom. 223. & 377.* Et † hoc habet locum in contractibus licitis & justis, qui lege permittente celebrati sunt. Istis enim successor afficitur. *c. significavit. de rescrip. cap. a iverfus. de jur. eccles. c. grave. de sent. excom. Panor. consil 93. lib. 1. col. pen. vers. tertio. Jas. l. quidam. §. nihil. de eden. Abb. c. 1. de solut. c. quemadmodum. de off. deleg.* Oldra. *consil. 94.* eleganter *in fine*, qui extendit etiam ad gesta in judicio,
118 quoniam & ibi contrahitur, & sententiam † per antecessorem latam debet successor exequi, *Dec. c. 1. de probat.*

119 Imo & Prælatus † delinquens obligat successorem. *Panor. c. cum dilectus. de ord. cog. Bar. l. 1. in 2. col. de privat. delic. Panor. c. cap. 1. de dol. & contum. Franc. Mar. quæst. 769. Aff. c. fin. de c. Corrad.* Et est communis conclusio, quod successor, non tantum qui in Ducatibus succedit ex persona defuncti, sed etiam, qui ex electione, obligetur ex contractibus prædecessoris, in quibus non est enormis læsio. *d. l. digna vox. ubi Cyn. Alb. de Ros. Bal. Cast. & l. fin. ubi Cast. C. de transact. Panor. Aretin. Felin. Dec. in 2. notab. d. c. 1. de probat.* Card. loquens de successore Episcopi *consil. 148. Oldrad. cons. 94. Bal. Alvar. c. 1. de nat. feud. Jas. plenè cons. 1. & cons. 10. n. 3. 4. Alb. Brun. cons. 10. col. 7. Ign. d. l. donationes. C. de donat. int. vir. Jacob. d. verb. princeps. Ruin. consil. 36. vol. 6. Cravet. cons. 24. n. 17. Cacher. decis. 139. n. 11.*

120 Cum verò Prælatus † non teneatur acquirere ecclesiæ. *Panor. c. tua. de his qui fiunt à Præla.* dato etiam, quod contractus eiusmodi, puta Emptio venditio, effectum non habe-
121 ret, nihilominus tamen ab † ecclesia precium bonæ fidei emptori restituendum esset, *Prepos. n. 6. c. 1. Qui success. tene. in. post Iser. ibid. per §. si clientulus. vers. si vero. de alien. feud. cap. nuper. de donat. int. vir. & ux. & Afflict. ibi latè per duas col. d. c. 1. qui succ. tene. in.* Ratione e-
122 nim † incertitudinis † emptio valet, *l. nec emptio. de contrahen. empt.* & † multa conceduntur, quæ non concederentur in certis. *Hipp. C. de probat. & sing. 403. Tiraq. l. si unquam. verb. donatione. n. 126. C. de revoc. donat. Jas. l. do-*

nat. de legat. 1. Ut ratione † incertitudinis reus debet in casu incendii absolvi, *Thom.* 124
Ferrar. caus. 36. Non † est etiam assumendus intellectus, ex quo sequatur absurditas, inhumanitas, & alterius incommodũ *l. aliud. § fin. de reg. jur. l. fin. vers. neq; ferendum. Cod. per quas person. c. solitæ. ubi Panor. in 4. notab. & ult. c. cum satis sit absurdum. de off. Archi.* Dicitur autem 125
† absurdum, in quo nec est ratio, neq; æquitas, sed quod est aptum ad omne malum, 126
Panor. c. 1. 2. Ne præla. vires suas. Everar. loc. 8. ab absurdo. Successorem † itaque & Capitulum 127
teneri ad investituram priorem ratificandam, probat, *c. 1. ubi Prepos. n. 4. Alvar. n. 3. Afflict. n. 3. Qui succes. tenean. c. 1. de cler. qui invest. c. 1. de nat. feud. Cyn. & Dd. d. l. digna vox.* nisi † 128
sit investitura abusiva & imperfecta *d. c. 1. ubi Prepos. n. 5. & c. 1. de cler. qui invest.* ad † quam 129
nec successor regis vel Imperatoris, qui ex electione dignitatem accepit, tenetur. *Alex. consil. 138. in fin. cons. 146. Cast. cons. 317. in fin. lib. 1. Corn. cons. 70. n. 12. vol. 1. Paris. consil. 11. num. 53. vol. 1. Barb. cons. 4. col. 2. lib. 2. Dom. cons. 74. col. 1. Bertran. consil. 4. consil. 206. lib. 2. Panor. cons. 94.*
Item nisi † non nomine dignitatis sed suo 130
proprio antecessor concesserit. *Jas. d. l. quoties. Cod. de rei vend.* aut † nisi magnum adferat 131
præiudicium regno vel ecclesiæ, *cap. 1. de solut. cap. intellecto. de jurejur. cap. decessorum. 25. quæst. 2.* in † quorum præiudicium antecessor 132
non potest contrahere vel concedere, *Bal. de pace Constant. verb. amplius. Felin. c. 1. de solut. Jas. in prælud. feud. Gozadin. consil. 8. vol. 2. Ruin. cons. 90. col. 10. lib. 1. cons. 91. eod. lib. Dec. c. novit. n. 14. de his quæ fiunt à prælat. post Felin. & Aretin. ibi.* Et ita respondit Afflict. *decis. 101.*

Extra hos & similes casus Princeps † non 133
potest concessionem feudi revocare. *c. 1. de nat. feud.* ut nec alium contractum. *l. digna vox. C. de legibus d. c. 1. de solut. Dom. cons. 74. col. 1. in fin. Alex. cons. fin. col. 7. lib. 4. Io. Crot. l. Gallus. §. quod si tantum. de lib. & post. ubi Soc.* Dato quod Princeps usus esset in contractu, verbo indulgemus, concedimus, largimur *Bal. l. qui se patris. col. pen. vers. hoc scias. C. unde lib. Jas. l. si pecuniam. col. 5. de cond. caus. dat.* Unde nec † 134
feudi conditionem mutare potest princeps, *Bal. cons. 327. lib. 4. Hispan. in rub. de donat. int. vir. Gozad. cons. 26. vers. ultimò. dicendum. Dec. consil. 185.* Dato † etiam quod ex causa lucra- 135
tiva contractus ortum habeat, tamen neque princeps nec inferior ab eo, absq; justa causa, istum etiam in feudis revocare potest, *c. 1. de nat. feud. ubi Bal. Alvar. Oldra. cons. 94. col. fin. Dec. d. c. 1. de probat. Joa. Ant. Alex. conc. 154. col. fin. vers. difficultas ergo. Panor. consil. 3. vers. præterea duo. lib. 2. Brun. consil. 7. col. 5.*

CON-

CONSILIUM CCCXVII.
DE ADULTERIO.

SUMMARIA.

1. *Unicuiq; contra se non pro se creditur, ideo confessio dividitur.*
2. *Adulterium non nisi per conjecturas probatur.*
3. *Confessio est optima probatio.*
4. *Creditur asserentibus se sub fide conjugij concubuisse.*
5. *Discordantibus inter qualitatem delicti neutris creditur, multo minus in alium.*
6. *Semel tortus etiam leviter amplius torqueri nequit.*
7. *Metus tollitur per subsequentem consensum.*
8. *De quolibet adulterio etiam novissimo potest accusatio institui.*
9. *Aliud delictum alio prægravatur.*
10. *Omnia adulteria pro uno habentur & puniuntur.*
11. *Actio ad separationem est civilis nec in ea itur ad torturam.*
12. *Crimen confessum dolo commissum præsumitur, cum data sit opera rei illicitæ.*
13. *pro Negante stat juris præsumptio.*
14. *Negantis non est probare, sed allegantis.*
15. *maximè in criminalibus.*
16. *Scribenti creditur contra se.*
17. *Scriptura vera præsumitur, donec contrarium probetur.*
18. *Simulationem qui allegat, probare debet.*
19. *Sponsalia de futuro ob stuprum violentum dissolvi possunt, non matrimonium consummatum vel contractum.*
20. *Allegantí excusationem delicti licet non creditur mitius tamen cum eo agendum.*
21. *Confitentibus magis ignoscitur quam iis qui convincuntur.*
22. *Metus reverentialis non præsumitur nisi probetur.*
23. *Vita ante innocenter acta excusat: item pœnitentia subsecuta.*
24. *Pater non potest exheredare filiam pœnitentem.*
25. *Quæ mutavit mores in melius pro inhonesta non est habenda.*
26. *Propter scandalum & nobilitatem pœna lenitur.*
27. *A matre inhonesta ad filias ducitur præsumptio.*
28. *Ob adulterium separatio impeditur per mutuum delictum si maritus uxori causam dederit.*
29. *Literæ probant contra confitentem, sed non aliud quam quod est scriptum.*
30. *In delictis quæ occultè committuntur probatio per indicia pro plena habetur.*
31. *Sine dolo non committitur adulterium.*
32. *Fascinum non tollitur, nisi à consciis eorundem mysteriorum & 39.*
33. *In successivis præsumitur de præteritis in futurum.*
34. *Confessio facit indicium ad torturam.*
35. *Quæ semiplenè probant in criminalibus, plenè probant in civilibus.*
36. *Præsumptio maxima est contra repertum in mendacio, quod per unum testem probatur.*
37. *Fuga indicium facit ac aliis concurrentibus probat.*
38. *Post incarcerationem fugiens habetur pro confesso.*
39. *Effractio carceris convincit effractorem.*
40. *Semel malus præsumitur in eodem genere delicti malus.*
41. *Judex vir bonus.*
42. *Judex pro matrimonio laborare debet, non contra.*
43. *Pactum de conjugio, vivente conjuge non valet, imo impedit etiam futurum quando se cognoscunt.*
44. *Contractus facti est, ideo nec præsumitur, sed probatur.*
45. *Delictum est vivente conjuge cum alia pacisci.*
46. *Altero negante delictum quod ab uno perfici nequit ut adulterium, non creditur alterius confessioni.*
47. *Adulterium sæpius repetitum pro uno habetur & punitur.*
48. *In delictis major pœna trahit ad se minorem.*
49. *Declinatoria initio proponenda.*
50. *Pendente lite mulier fruitur possessione cõjugii*
51. *Quando agitur ad separationem datur alterius facultas, & materia judici criminaliter inquirendi.*
52. *Carceratio vel astrictio arguit de crimine agi.*
53. *Gratia alterius partis apud judicem facit hunc suspectum.*
54. *Confessio unius conjugum sufficit ad separationem quanquam non ad contractionem.*
55. *Ob adulterium conjugia omni jure separantur.*
56. *Separatio pertinet ad cognitionem Ecclesiasticam.*
57. *Adulterium tanto gravius in muliere quanto magis illam pudor decet.* (nis status.
58. *In delictis manifestis optimus est deprecatio-*
59. *Compensatio delicti in adulterio & n. 85.*
60. *Exceptio declinatoria & recusatio judicis se non compatiuntur.*
61. *Mulier etiam in causa separationis per procuratorem comparere potest.*

62. *In*

N hac adulterii causa primo quæritur: utrum adulteri an vero adulteræ confeßioni magis credendum sit, cum hæc dicat sibi vim ab adultero fuisse initio illatam, & veneficiis etiam additas & confirmatas illiciti amoris flammas, ille vero etiam tortus ista perneget, & se blanditiis ab illa fuisse illectum intendat.

IN quo generalis constituenda est regula, unicuique † credi confitenti contra se, 1 *l. Publia. §. final. deposit l. generaliter. C. de non num. pecun. Port. consil. 17. num. 7. Menoch. consil. 1. num. 64.* non verò pro se *l. de ætate. 12. §. 1. de interrog. action. l. publia. depos. c. 1. de confess. Dd. l. unic. C. eod.* non etiam contra tertium, *c. 1. de confess.* vel secundum eiusdem criminis, *l. ult. ubi Bald. Salic. C. de accusat.* Quamobrem cum quis confitetur delictum, addens qualitatem, qua excusari aliquo modo possit, etsi sint disputationes, an talis confessio dividi possit, *Bartbol. l. Aurelius. §. idem. num. 1. 2. de lib. legat. & l. unic. ubi Dd. C. de confess. Bald. l. unic. num. 30. C. de confess. Cyn. l. 2. C. de donatio. propter nupt. Imol. Butr. & Dd. in c. ult. de confess. latè Thom. Ferrar. in tract. cautel. 5. cum ibi adductis. Alex. consil. 87. in causa. num. 1. & per totum vol. 1.* tamen communiter receptum est, credi,

credi de delicto quidem suo confitenti, in qualitate vero, quæ delicti excusationem aut mitigationem inducat, non credi, sed eum probare oportet, aut in criminalibus vel torturæ esse subjiciendum, *Lanfrac. in cap. quoniam. verb. confessiones. num. 12. de probat.* vel nisi probet qualitatem, esse puniendum, *Bald. consil. 79. num. 12. vol. 2.* Jam in præsenti probatio qualitatis istiusmodi nul-
2 la haberi potest, quoniam adulterium † est ex eiusmodi, ad quæ testes neutiquam solent adhiberi, & quod ideo non nisi per coniecturas facile probari possit, *cap. literis. cap. illud. cap. afferte. cap. literas. de præsumpt. c. maritus. de adulter. vide Bertach. verb. adulterium versic. 50. l. consensu. verb. cum impudicus. ubi* Baldus notat, adulterium furtim committi, *& authen. sed novo jure. ubi gloss. verb. fortis. C. de repud. cap. dixit. 32. quæst. 1. cum cap. 2. de cohabit. cleric. cap. monasteria. de vita & honest. cleric. Barthol. l. capite quinto. de adulter. & l. furem. de furt. Panor. cap. tertio loco. & d. cap. ex literis. cap. illud. de præsumpt. latè Dionys. Franc. consil. matrim. 58. in causa divortij. num. 20. 21. cum sequent. Angel. consil. 44. visa. num. 18. & 36. Everard. in loc. legal. præambul. colum. 2. versic.* porro istud est utile ad probandum crimina occulta, quæ liquido constare non possunt ut furta, adulteria, *cum aliis ibi allegat. Dec. consil. 139. lethalis. num. 4.*

De adulterio tamen hic constat, cùm per alia indicia, tum confessionem, *Bald. l. unic. num. 17. versic. sed pone confessus adulterium. C.*
3 *de confess.* quæ † est liquidissima probatio, adeo ut non sit melior probatio de mundo *Joann. de Amicis. consil. 8. num. 65. & consil. 33. num. 2.* & probatio probata non probanda, *Angel. consil. matrim. 13. num. 20. & Joann. Jacobin. consil. 20. num. 5. consil. matrim. vol. 1.* ac maioris potentiæ quam quælibet probatio quæ excogitari possit, *Angel. d. consil. 13. num. 21.* sic ut etiam de circumstantiis & qualitate illius confitentibus credatur, quando con-
4 sentiunt, ut si vi, vel absque vi, vel † contracto matrimonio dicant se copulam iniuisse, *gloss. l. penult. verb. confessus. Cod. de fidejussor.* quam ad hoc ut singularem notat Bald. *l. unic. num. 17. C. de confess. & l. quicunq. in fin. C. de serv. fugit. Alexan. latè consil. 1. viso. num. 23. volum. 3. Angel. tract. chebai adulterato. nu. 58.* per doctrinam Bartholi *l. penult. de confess.*

Verum hic, quia circa qualitatem delicti ambo discordant, ideo non potest illis credi, sed alter alteri potius fidem derogat, *per notat. l. scriptura. C. de fid. instrum. l. ubi repugnantia. de reg. jur. Specul. de test. §. 1. num. 70. per cap. veniens. cap. solicitudinem. ex. de appellat. Ferrariens. in form. opposit. test. verb. contrarij. Mynsinger. observ. 93. centur. 1. observ. 86. centur. 2. observat. 70. centur. 3. observat. 38. centur. 4.* nec † vero creditur uni in alterius 5
præiudicium aut incommodum, *l. ult. ubi Baldus. & Dd. C. de accusat. & cap. 1. de confess. Cravet. de antiq. temp. §. 2. num. 38.* Restat ergo, ut ante posuimus, tortura, sed hac contra adulterum amplius procedi hic non potest, primò quia effracto carcere fuga sibi consuluit, ut de illo nequicquam quæratur: secundò quia semel † tortus fuit, ideoque ampli- 6
us torqueri absque novis indiciis non posset, *l. repeti. l. unius. §. 1. ubi Hypp. de quæstio.* Quamvis leviter, ob rupturam seu herniam suam, tortus fuerit, *Paris de Put. de Synd. verb. tortura. cap. 4. num. 1. 2. Grillan. de tortur. cap. 4. Boss. in pract. criminal. de tortur. n. 16.*

Et licet nunc nova allegentur indicia, nempe quod confessus sit, se velle libenter videre eum qui ipsi in os dicere ausit, quod incantationem aliquam jactarit, & tamen testes aliquot id ex ipso se audivisse jam affirment, tamen de hoc nihil statui potest, ex quo ipse abest, nec testes ipsi confrontati sint. Restat ergo de muliere, in quam per torturam inquiri hic nequit, quia cum confiteatur delictum, de circumstantia, nempe utrum vim an non passa sit, non est torquenda, præsertim cum, etiamsi primo passa vim esset, non hoc eam relevaret, ex quo sæpius post spontè crimen cum illo reiterarit, & ita metus † omnis sit purgatus, *l. 2. cum ibi notat.* 7
per Dd. C. de iis quæ vi metus. causa. c. 1. ubi gloss. final. ex. eod. cap. cum virum. cap. significatum. de regula. cap. ad id. de sponsal. cap. de illis. de testam. impuber.

Tertiò quoniam confessus est adulterium, ac potest ita accusari non tantum de primo adulterio, quod prætendit fuisse violentum, verum etiam de consequentibus, quæ fatetur fuisse spontanea, nisi quod in incantationem adulterii continuati causam referat. Nam de † quolibet adulterio, etiam 8
novissimo, potest accusatio institui, *Salic. l. adulter. num. 4. & 5. C. de adulter. post gloss. & Barthol. in l. mariti. §. sex mensium. num. 1. ff. eod. tit.* nec hoc jus potest durum videri, cum medium vel postremum delictum per se æquè grave sit atque primum, & ideo eadem illi pœna debeatur, *l. nunquam. 2. de privat. delict. §. 1. in fin. Inst. de vi bonor. raptor.* nam aliud † delictum per aliud adeo non 9
excusatur, ut potius unum alterum prægra-

prægravet, *Barthol. l. si cui. §. final. de accusat. Dec. l. bona. 57. de reg. jur. Felin. cap. sicut. num. 4. de testibus Catalyn. de synd. num. 97.* licet hoc
10 verum sit, quod † pro multis adulteriis commissis non pluribus pœnis, sed una tantum eiusmodi delinquentes teneantur, ex quo ad unum libidinis finem hęc delicta sunt ordinata, *Panor. cap. 1. num. 3. de pœn. gloss. Barthol. & Dd. in d. l. nunquam. de privat. delict. Angel. in tract. malefic. chebai adulterato. num. 61. Boss. in pract. criminal. de damnat. coit. num. 35.* & est communis doctrina, *in l. qui de crimine. C. de accusat.* quo se remittit in hac materia Bald. *consil. 79. duranti. num. 8. volum. 2.* Præterea in præsenti agere maritus contra adulteram tantum intendit ad separationem thori, quę
11 † est civilis actio, *cap. tua. de procurat. ubi Panor. & Dd.* & ideo non potest in ea ad torturam perveniri, *l. edictum. 8. cum l. seq. l. de minore. 10. ubi Hyppolit. de quæstio. Brun. de indic. & tortur. parte 2. quæst. 3.* Relinquitur ergo hoc solum, cum neque torqueri mulier hic possit, & delictum insuper confiteatur, non ei credi super allegata violentia vel incanti-
12 one, nisi quatenus probat, nam crimen † confessum præsumitur dolo malo & spontè commissum, cum operam dederit rei illicitæ, nisi aliud probetur, *l. si non convicij. C. de injur. l. 1. C. unde vi. Bald. d. cons. 79. num. 2. volum. 2.* Quare licet hic adulteri testimonium, ut de se confessi adulterium, & ea re infamis, non magnam mereatur fidem, præsertim in eo, quod ad sui exonerationem facit, tamen
13 quia negat vim & incantationem, ideo pro † negante stat juris præsumptio, *l. merito. pro*
14 *soc.* nec † negantis est probare sed allegantis,
15 *l. actor. C. de probation.* maximè † in criminalibus, *l. qui accusare. C. de eden. l. final. C. de probat.*

Quoad Secundam quæstionem, rectè mulier ad sui exonerationem adulteri confessionem allegat, quam probant literæ adulteri ad ipsam scriptæ, in quibus de violentâ compressione gloriatur. Nam scri-
16 benti † contra se creditur, *l. Publia. §. final. deposit. l. generaliter. C. de non num. pecun.* Unde nec fidem facit, quod nunc adulter prætexit, se in gratiam adulteræ hoc falso scripsisse.
17 Præsumitur † enim pro scriptura quod sit vera, donec contra probetur, *Bald. l. quoties. num. 6. in fin. C. de judic. & l. 2. in princ. C. quand. fisc. vel privat. & l. 1. num. 8. ubi Jas. num. 10. de oper. nov. nunc. latè Hyppol. in l. si quis. num. 140. de quæstio. Socin. consil. 12. quoniam. in fin. volum. 1. Socin. Jun. consil. 178. num. 2. lib. 2. consil. 127. num. 7. lib. 3. Dec. consil. 423. num. 9.* præsertim contra scribentem, *d. l. Publia. §. final. d. l. generaliter.* qui † simulationem non tantum allegare 18
debet, sed probare, *Cepoll. de simulat. contract. num. 14. cum similibus.*

Et sane si in his terminis esset permansum haberet justam sui defensionem mulier, nec adulterii quod per vim esset passa nomine maritus ab ea separationem petere posset: nam hoc † tantum obtinet in sponsalibus 19
contractis de futuro ut propter coactum stuprum velut magnam deformitatem, divelli possint, *gloss. verb. oculos. Panor. Imol. & Dd. in cap. quemadmodum. de jurejurand.* non etiam in matrimonio jam contracto, cuius separatio non potest peti ex eo quod vim mulier sit passa, *l. si uxor. 11. §. si quis. versic. caterum quæ vim patitur. de adulter. Panor. d. cap. quemadmodum. num. 11. & 12. ubi gloss. ad verb. teneatur. per cap. ex publico. de convers. conjugat. per not. Tiraq. de pœn. caus. 36.*

Verum quia postea adulterium cum mœcho isto reiteravit, & sic non abominata est scelus violentum, sed magis iterando probavit & metum omnem purgavit, ideo non potest impedire mariti actionem istam civilem, ut non tantum ex primo, sed etiam subsecutis adulteriis, atque adeo ex ultimo, petere separationem possit, *Salic. d. l. adulter. n. 4. & 5. post gloss. d. l. mariti. §. sex mensium. num. 1. ff. eod.* Quare non video quomodo, quoad strictum jus, obstare hoc actioni maritali possit.

Illud sanè confiteor, hoc & alia multa valere apud eius animum debere, ut ad placabilitatem & reconciliationem flectatur. Non enim simpliciter etiam subsecuta delicta confitetur hæc mulier, sed prætendit incantationem & animum fascinatum, cuius & ipse error excusare debet, *Angel. tract. malef. chebai adulterato. num. 46.*

Etsi † autem his in qualitatibus ei non 20
credatur, ut dixi, tamen nonnihil de incantatione apparet, ut postea ostendetur, & ut nihil esset de eo probatum, tamen certè mitius cum ea esset agendum, donec de mendacio super qualitate convinceretur, *Barthol. in disputat. incip. per Italiam communiter sunt statuta. & in l. eum qui. de jurejur and. l. proinde §. notandum. ad L. Aquil. Bald. l. ea quæ in 7. quæstio. C. de accusat. & in l. contra negantem. C. ad L. Aquil. Felin. in c. de hoc. col. 2. de simon. Tiraq. de pœn. caus. 30. num. 17. cum ibi allegat.* ad quem brevitatis causa remitto. Deinde quia sponte delictum marito sæpius confiteri, & de importunitate ac violentia adulteri conqueri

queri voluit, sed propter pudorem ac reverentiam mariti non ausa fuit. Confitenti-
21 bus † autem magis ignoscitur, quam iis, qui negantes primo, post de mendacio convincuntur, *l.1.C.ne tut.vel curat.vect.nov.cond.authen. Sed novo jure. C.de pœn.judic. qui malè judic. cap. ult. ubi gloss. de furt. gloss. l.non omnis. §. ult.de re militar. Panor.Felin.Dec.in 6.notab.in cap.at si clerici.de judic.*

Quanquam autem hic mulier confessa marito non sit: tamen quia metu, quod verisimile satis, & reverentia impedita est, eò metus quoquè ille ipse reverentialis excusationem habere debet, *l. 1.§.quæ onerandæ ff. quar. rer. act.* Sed quoniam † hic ipse re-
22 verentialis metus non præsumitur, nisi probetur ex aliis circumstantiis, *per Dd.præallegat.loc. & l.metum. l.cum donationis. C.de iis quæ vi metus.caus.Barthol.in l. de pupillo.§.si quis ipsi pretori.de oper. nov. nunciat.* ideo maritus eum intervenisse negare, & hæc nunc abs uxore confingi asseverare poterit. Fortius
23 † igitur ad permovendum eius animum, si modo Christianus est, valere potest & debet vita ante bene acta, *l.non omnes.in princip. de re militar. Alexand. consil. 121. viso.num.5.lib.7.* cum aliis multis quæ infinitè allegat Tiraq. *de pœn. caus.51.per totum.*

Deinde pœnitentia post insecuta *l.qui falsam. ubi Hypp.per illum text.de fals.l.1.de extra*
24 *crimin.* Unde † etiam si pater potest exheredare filiam quæ in suum corpus peccavit, *l.si filiam. C. de inoffic. testament.* tamen hoc facere non poterit, si ad bonos mores redierit, & pœnitentiam egerit, *Jas.in authen.non licet. in princip.num.2.C.de liber.præter. Alex.l.1. col.9.solut.matrim. Anton.in cap.quintavallis.col. 2.versic. & dicit. de jurejurand. cum multis per Jas.allegat.præallegat.loc.* Ergo, arguendo à patre ad maritum, cum utriusque ferè similis sit in adulteram causa *l.2.§.ult.ad L.Jul.de adulter.cum similib.* etsi non stricto jure, tamẽ ex æquitate, hæc pœnitentia permovere debebat, ut aliquantum de jure suo remitteret, & imitaretur exemplum Dei & ecclesiæ, qui nunquam pœnitentibus gratiam claudunt *l.ult.in fin. C.de sum.trinitat.l.4.in fin. C.de hæret.* in memoriam revocans præceptum Christi, quo præcipit: non modo septies, sed etiam septuagies septies peccanti in te fratri & pœnitenti remittere; maximè tùm, quan-
25 do in honestè vixit, si † postea mutet mores pro tali non sit amplius habenda *Bald.l.si filiam.19.in fin. C.de inoffic.testament. per l. Mela. §. 1. de adimen.legat. Barthol.l.si uxor.num.3.de adulter. Anton.But. cap.quintavallis. de jurejur.*

præsertim † accedente his etiam scandalo, 26
quod inter liberos & tam nobiles familias hinc oriri possit *l. qui eadem. de sicar. l.decurionem. C. de pœn.* & nobilitate ac dignitate mulieris & propinquorum eius *cap. ult. ibi volentes nobilitati parcere ubi gloss. verb. nobilitati. Host. Ant. Anch. Panor.de pœn.cap.qui contra.ubi gloss.24.quæst.1.l.sacrilegij.§.1.ad L. Jul.pecul. l. 2. ubi Barthol.de termin.mot.latè Tiraq.in tract. nobilit. cap.20.& tract.de pœn.caus.31.*

Item amore & dolore communium liberorum, pro quibus pater non minus quam pro se laborare, & ex pietate honestum consilium capere etiam in adulterii dolore, debebat *l. nec in ea. in fin. ff. de adulter.; l. isti 8.in fin. de eo quod met. causa.* nec illos altero parente orbare ante diem, quod futurum est hac causa non remissa, cum non habere parentem aut non honestè habere vel nominare posse paria sint, *l. vulgo. 23. ubi gloss. & Dd. de stat. homin.* & cogitare quod hoc dedecus elatum præcipuè filias & neptes aliquando nobiles sit deformaturum, nam à † matre inhonesta ad filiam du- 27
ci solet præsumptio nequitiæ, *per not.Bald.l. liberti. C. de oper. libert. l.si filiam.num.2.C.de inoffic.testam.Dd.cap.quintavallis.de jurejur.*

Item quod non omnia quæ licet expediant, nec honestè fiant quæcunque de jure fieri possent, *l. non omne. 184. l.semper. 158. de de reg.jur.* ac in coniugiis potissimum honestatem attendendam esse, *l.semper.42.l.si quis. §.1.de rit.nupt.cum similib.* præcipuè vero quod ipse magnam causam uxori ad hunc lapsum dederit, qui sæpe per aliquot menses domo se absentarit, inibique nuperam & invenculam inter peregrinos reliquerit incustoditam, & insidiis huius adulteri expositam, utpote cui liberam intrandi domum suam dedisset facultatem, qui juvenis etiam impudicè vixit, & hæc sæpe apud uxorem jactavit, & eandem suo exemplo irritavit, compensari † igitur delictum cum delicto de- 28
bebat *l. viro. solut. matrim.* & judex adulterii, ut inquit JC. ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudice vivens mulieri quoque bonos mores colendi author fuerit: periniquum enim videtur esse ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat, *l.si uxor.13.§.judex.de adulter.*

Sed inprimis eum commovere debebat allegata incantatio, cui etiam violentia accessit: nam violentia quidem per literas adulteri probata est, ut ante diximus, & excusationem habet, *l. si uxor. §. si quis. versic. cæterum si vim passa. de adulter.* & accessisse dein-

ceps incantationem ex multis probabiliter colligitur, ut post ostedentur, quod sane fascinum excusationem habet, velut error animi *Angel. in tract. malefic. verb. chebai adulterato. num. 46.* & tanquam violentia pudico animo incussa *l. 4. C. de malef.* ubi dicitur per eiusmodi maleficia pudicos etiam animos ad libidinem flecti *ad idem Girland. de sortileg. quæst. 12. num. 1. 2. quæstio. 10. num. 17. & quæst. 2. num. 2.*

Adulteri verò literæ, quibus impressionem & vim primam confitetur, non satis allegato prætextu simulationis, & quod in gratiam adulteræ, eiusque admonitu, scripserit, re-
29 futantur, sed probant † omnino contra scribentem, *d. l. Publia. d. l. generaliter.* nec aliud quidem probant, quam quod est scriptum *l. ad probationem. ubi Bald. C. de probation. & idem Bald. l. lecta in 2. opposit. Si cert. pet at. & in l. interest. num. 2. 3. C. de solutionibus* & illa, quæ adulter de simulatione sua & rogatione mulieris allegat, sunt extrinseca, quæ nedum hic, sed & alias semper non præsumuntur, sed probantur, *l. quacunq. §. final. de publiciana actio. Jas. & Dd. l. sciendum. de verbor. obligat.*

Quod ad tertiam quæstionem attinet, etsi adulter magicas artes & incantationem negavit, tamen multa tam in ipsius quam mulieris persona concurrunt indicia contraria, quæ hic probationis loco esse possunt, *l. dolum. verb. indiciis. ubi Dd. C. de dol. mal.* cum &
30 magia sit unum ex delictis, quæ secretò † committuntur, & difficulter alia ratione quam per coniecturas probari possit, *l. etsi §. verb. occultans artem l. ultim. C. de malefic.* eoq; eiusmodi probatio, quæ fit per indicia, hic pro plena haberi debet, *Bald. d. l. consensu. C. de repud. Canonist. d. cap. afferte. d. cap. literas. de præsumpt. Bald. l. quicunq. in fin. Cod. de ser. fugit. Hypp. in pract. §. principium. num. 16. cum aliis supra allegat.*

Et sane si probari posset, non leviter mulieri adiumento esset, quid enim interest per vim corporalem & visibilem an vero per eiusmodi spiritualem & invisibilem ad stuprum induci: quod si illa excusationem habet & separationi matrimonii, ut diximus, obstat *d. l. si uxor. §. penult. de adulter.* quia pro adulterio haberi non debet, quod per vim & coactè admittitur, & à quo ideo do-
31 lus malus absit, sine † quo adulterium non committitur *l. penult. l. si uxor. §. penult. l. miles. 11. §. penult. ff. ad L. Jul. de adulter.* certe & hæc animi coactio idem efficere debet *d. l. ult. l. 4. C. de malef. & maleficiat.* & hoc quidem amplius, quod vis non æquè habeat successionem & continuitatem, ut eiusmodi fascinum, quod semel appositum perpetuo inhæsisse animo mulieris, & causam hisce malis dedisse, putandum est: nec † enim tolli pot- 32
est, nisi ab iisdem authoribus qui fecerunt, vel artium eorundem consciis, ut rectè ait Paul. Girland. *tract. de sortileg. quæst. 2. num. 4. & 5.* nam † in successivis præsumitur ex præ- 33
terito in futurum *Alciat. latè tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 25. & 27. Curt. in repet. cap. final. 7. requisito conlus. 2. cum ibi allegat.*

Jam ad probationem & fidem huius incantamenti faciendam multa concurrunt: primum confessio ipsius adulteri, quæ est optima probatio, ut diximus ex Joan. de Amic. *consil. 8. num. 65.* quam etsi nunc non agnoscat, tamen probatur primùm per ipsam mulierem, cui quanquam non omnino adhibeatur fides, facit tamen aliquod indicium *l. final. C. de accusat. ubi Bald. Salic. & Dd.* Secundò per alteram mulierem, quæ idem ex ore ipsius jactari audivit, scilicet quod eiusmodi incantamenta norit, ut quando osculetur mulierem cogatur suæ potestatis ac voluntatis esse.

Accedere & alios testes, & idem deponere, in ultimis scriptionibus est annotatum, per quos cum probata sit eius confessio, etsi nunc ab illo negetur, tamen tantum pro- 34
bat, ut † faciat indicium sufficiens ad torturam *Hypp. in l. repetit. num. 12. de quæstion. Baldus l. final. C. de probat. Ordinat. Imper. crimin. cap. 57.*
Non † autem faciunt sufficiens eiusmodi 35
indicium, nisi quæ semiplenè in criminalibus probant *Barthol. num. 5. & Dd. in l. fin. de in lit. jurand.* Quæ autem probant semiplenè in criminalibus, ea plenè probare solent in civilibus. *Bart. d. l. fin. n. 5. Dec. consil. 175. in t aus. n. 6.* cum ergo hic agatur civiliter ad matrimonii separationem *c. tuæ de procurat.* liquet eiusmodi probationem confessionis aut plenam facere fidem, aut à plena non multum distantem.

Adde his mendacium istius adulteri coniunctum, qui cum in eo etiam in tortura perstiterit, nunquam tale quid ex se auditũ, & se velle videre eos, qui eiusmodi in ipsum attestarentur, tamen nunc à pluribus testibus arguitur eiusmodi jactasse: Est † au- 36
tem præsumptio contra eiusmodi homines, de negata qualitate illos haberi convictos, imo præsumptio maxima, ut loquitur Bartholus, est contra repertum in mendacio *Barthol. in l. ult. num. 3. de quæstion. per l. unius. §. judicis. de quæstion. c. literas. de præsumpt. ubi Felin. Roman. cons. 100. Anchoran. cons. 288. Alexan. cons. 77. volum. 1.* latè post Paridem de Puteo *in tract.*

tract. synd. & Brunum *de indic.* Bossius *in pract. criminal. tit. de indic. num. 28. & 38.* Tiraq. *tract. de pœn. caus. 30. num. 1. 4. & 17.* & tale mendacium sufficit per unum testem, digniorem ipso mentiente, probari, *Barthol. de quæstio. Alex. consil. 77. in causa. num. 3. volum. 1.* Accedit his effractio carceris & fuga eiusdem de mendacio convicti, qui ex quo scivit amplius in veneficia eiusmodi inquiri, effregit carcerem & aufugit, quorum utrumque non mediocriter, imo plene e-
37 um convincit, nam & fuga † indicium facit *gloss. Barthol. & Dd. in l. admonendi. de jurejurand. l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. cap. final. de success. ab intest. cap. ult. de jurejurand.* ac cum aliis concurrentibus probat, *l. lege Cornelia. ubi Barthol. Igne. & Dd. de SC. Syllan. l. 1. ubi Cyn. Bald. Salic. C. de rapt. virgin. & l. 1. C. de ser. fugit.* imo per se probat plenè in delictis, quæ ex suspicionibus solis probantur, *l. impuberibus. in fin. de suspect. tutoribus. l. locorum. Cod. de omni agr. desert. lib. 12. Barthol. d. l. admonendi. d. lege Cornelia. Girlan. tract. de relaxat. carc. cap. de fuga. quæst. 1. num. 1. 2. 3. 4.* maximè quando quis non ante, sed post incarcerationem, ex ipso carcere fugit, *Baldus in tract. de carcer. cap. 2. restat. num. 5. per l. 1.*
38 *§. 1. C. de effract. expilat.* nam tunc † fugiens habetur pro confesso, *l. in eos. de custod. reor. l. milites agrum. §. penult. de re milit. Hypp. in*
39 *pract. §. attingam. num. 44.* & † effractio carceris convincit effractorem de delicto cuius arguebatur, *l. ad commentariensem. C. de custod. reor. l. in eos. ff. eod. Bald. præalleg. loc. n. 5. Cyn. in l. 1. C. de rapt. virgin. latè Hyppol. præalleg. loco. num. 45. cum multis ibi allegat.*

Accedunt his etiam notoria veneficia ipsius adulteri uxoris, quæ etsi testis contra maritum est inidonea, *vid. l. 2. C. de testibus* præsertim in criminis societate *cap. ult. de testibus. cogend.* tamen in istis domesticis & criminalibus indicium facit, *l. consensu C. de repud.* Illa autem confessa est judicialiter, quod inter suum maritum adulterum & adulteram amorem incantamentis distraxerit, & odia seminarit, sicut & consecutum est, quare consentaneum est eundem amorem iisdem artibus fuisse inductum, quando verisimile & secundum naturam sit unumquodque eo modo dissolui, quo est colligatum *l. nihil tam naturale. de reg. jur.* ut etiam in terminis nostris Girland. *d. tract. de sortileg. quæst. 2. num. 3. 4. cum sequent.*

Utrum autem adulter eius, an vir, an uterq;, vel alteruter, altero sciente aut ignorante, veneficium hoc fecerit, non multum refert isto casu, dummodo constet factum esse, id quod ad excusationem mulieris correptæ suffecerit, cum sufficiat eam deceptã vel compulsam alieno scelere esse, juxta regulam: deceptis & coactis jura subveniunt, *juribus vulgat.*

Præterea utriusque vita aliquid etiam momenti huc affert: Nam ab una parte adulter quidem impurissimè & pollutissimè semper vixit. Etsi autem hoc non est ordinatum ad incantationes, sed ad libidines, i-
ideoque semel † malus in eodem delicti ge- 40
nere præsumatur malus, non in alio, *Barthol. l. Cassius. de senator. Bald. Imol. & Dd. l. final. de hered. instituend. Alber. in l. omnimodo. C. de inofficios. testament. Anchoran. in reg. semel malus de reg. jur. in 6. Luc. de Penn. in l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. Felin. cap. cum in jure. in princ. consil. 77. in princ. consil. 144. volum. 2.* cum aliis quos cumulat Hypp. *consil. 15. æterni. num. 9. consil. 77. dominus. num. 11.* tamen qui est malus in uno, habet contra se non modicam suspicionem quod sit malus in aliis, propter magnam vitiorum connexitatem, ut hæc sunt verba formalia Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 7. num. 2. versic. adde tamen. per c. sigens Anglorum. 56. distinct.* quod certè isto casu magis dicendum est, quia incantamenta eiusmodi adulteriis & libidinibus plerumque sunt adiuncta, & hoc præsertim casu videri ebent, ubi constat de adulteri confessione eiusmodi, & veneficiis uxoris eius notoriis, multisq; compertissimis.

Ab altera vero parte magna & incredibilis, ac subita in ista nobili domina mutatio, quæ cum antea proba & pia fuerit, nobilissimi sui mariti amantissima, & liberorum regendorum ac familiæ ab omni, nedũ libidine, sed etiam suspicione & petulantia, coercendæ studiosissima, sicut omnibus est contestatum, tamen ab illo impuro nebulone rustico tam subito dementata est, & in turpissimum adulterii flagitium, quod maximè exosum habuerat, proiecta, ut hoc sine veneficiis non accidisse, præsertim tam multis concurrentibus, valde sit credibile.

Est autem boni judicis, & etiam viri boni,
† à quo judex nihil distat, *l. vir bono. ff. jud. sol. l.* 41
continuus. §. cum ita. de verb. obligat. Barthol. l. si societatem. §. 1. ff. pro Soc. in eiusmodi, præsertim quæ tantum ex coniecturis ducuntur, quo in genere esse veneficium supra ostendimus, non ad probationis (cuius facultas coarctanda non est *l. penult. de heretic.*) unam speciem animi motum alligare, sed ex plurimis simul concurrentibus se informare, *cap. cum ad sedem. 15. in fin. de restitut. spol. l. 3. versic. te magis scire. ff. de testibus.* & † præcipue 42
laborare pro matrimonio, non contra, ac in dubiis illud sequi, quod coniugium conser-

vare possit, non divellere, *Jas. num. 23. & Dd. in l. 3. in princ. de jurejurand. cap. mulieri. cap. ult. ex eod.* Unde & in dubiis pro matrimonio pronunciandum est, *cap. ult. verb. puta matrimonio. de sentent. & re judicat. cum ibi notat.*

Quòd ad quartam quæstionem attinet, constat uxoris contra maritum testimonium esse insufficiens *l. 2. C. de testib.* præsertim cum non de ipso, sed de se testificetur, ideo contra alium non est extendendum, adminiculatur tamen aliis, & facit verisimile, quod quia inimicitias sevit, non potuerit adulter, nisi omne malum, de adultera dicere.

43 Quintò quod ad pactum † de nubendo attinet, quod inter se adulter & adultera fecissent, casu quo illius uxor, huius maritus, moreretur, est illud quidem expeditum, tale, utpote quod sit contra bonos mores & leges, nihil valere, *cap. 1. 3. cap. significasti cap. ult. cum ibi notat. de eo qui dux. in ux. l. eum qui duas. C. de adulter. §. affinitatis. cum sequent. Instit. de nupt. l. stipulatio hoc modo. cum ibi not. de verbor. obligat.* imo ex quo se cognoverunt, viventibus prioribus coniugibus, istæ personæ, & adulterio se macularunt, ideo, secundum Canones, ne quidem possunt contrahere postea, ut vult Speculator. *de eo qui duxit in matrim. num. 4. per cap. 1. cap. final. c. significasti. ex. eod.* ubi de eo textꝰ sunt expressi, qui in causa matrimoniali, etiam in foro civili, sunt attendendi, *Socin. consil. 39. visis. num. 5. volum. 1. Schurff. consil. 1. in præsenti. num. 16. centur. 1.*

Sed non apparet in quem bonum finem á muliere istud pactum allegetur, nam eo ipso suam allegat turpitudinem, cum qua nõ venit audienda, *l. mercalem. Cod. de condict. ob turp. caus.* Eoque, ut maximè ipsa hoc alleget, tamen quia pernegat idem adulter, ideo non potest hic mulieri credi suam turpitudinem confitenti: & quanquam nec adultero, tamen manet res in juris dispositione, scilicet quod delictum non præsumatur nisi probetur *l. merito. ff. pro Soc. cum similibus.*

44 Est † & pactum ac contractus facti, quod ipsum quoque genus, etiam extra causam delicti, non præsumitur, sed probatur *l. si pactum. 9. de probat. l. consilium. de act. furt. l. asseveratio. C. de non num. pecun. l. sive possidetis. C. de*

45 *pact.* Est † autem delictum, vivente coniuge alia sponsalia vel coniugia constituere, *l. eum qui duas. cum ibi notat. Cod. de adulter.* & quidẽ tale delictum, quod non modò infamiã afferat *l. 1. ubi Alex. de his qui notant. infam.* sed etiam pœna stupri & adulterii dignum sit *d. l. eum qui duas. ubi Bald. Salic. & communiter. Dd. C. de adulter. Cyn. l. 1. C. de sponsalib. Angel. in tract. malefic. verb. cbebai adulterato. num. 15. & 16. Panor. in cap. cum haberet. de eo qui dux. in matrim. & cap. conquisivit. de sponsalib. Roman. singul. 537. per totum Alex. consil. 165. visis. volum. 6. Ordinat. Imperij crim. cap. 121. Chilian. cap. 312.* & si de eo constaret pœna adulterii hoc nomine tenerentur, quia ab utrinque coniugatis hoc pactum factum, nec in solis terminis pacti permansit, sed etiam copula accessit *per not. in d. l. eum qui duas.* Quare tale delictum hic non est præsumendum, nec etiam credendum hac in parte mulieri suam turpitudinem alleganti, cum † etiam alter, 46
quo cum fecisse se dicit, neget, & sit tale, quod ab uno solo perfici non possit, ideo altero negante nihil est probatum, etiamsi aliquod inditium contra alterum faciat, *Castrens. consil. 348. notandum. num 3. volum. 1. Alexand. consil. 157. in princip. volum. 5. Baver. §. legatariis. num. 11. Instit. de testament. Jas. consil. 22. accusatur. volum. 1. Boer. decis. 319. num. 7.*

Sed de eo non est anxiè inquirendum, nam dato, quod hic probari possit tale pactum intercessisse, tamen non alia pœna tenerentur istæ personę, quam adulterii, quod ipsum commiserunt *d. l. eum qui duas.* Non † autem possunt pluribus pœnis teneri per- 47
sonæ reæ, ob plura adulteria commissa, cum omnia ad unum finem delicti tendant, *gloss. Barthol. & Dd. l. nunquam. num. 3. ff. de privat. delict. Angel. tract. malefic. cbebai adulterato. num. 61. Bald. consil. 79. n. 8. volum. 2. Zabar. in clement. 1. n. 42. de privilg. cum aliis supra adductis.* ergo etiamsi hoc pactum accessisset, nihil tamen in pœna mutaretur, cum etiam absque illo hæ personæ pœna adulterii teneantur, quæ cum in mulieribus non sit capitalis hodie, *auth. sed novo jure. C. de adulter.* non potest ex pacto capitale fieri, cum id minus sit delictũ quam adulterium ipsum *not. in d. l. eum qui duas. & de Ordinat. Imperij cap. 121. verb.* volbrin- 48
get/ & † maius ad se minus trahat. *Jas. l. à divo. in princ. de re judic.* etiam in delictis *Barthol d. l. nunquam. nu. 5. cum sequent. de privat. delict.* de quo hic pluribus disputare nihil attinet, cum omnis adulterii quæstio & pœna, quo ad mulierem, sit prę scripta, & sic etiam quoad pœnam huius pacti, quoad pro adulterio habetur & punitur.

Quod ad sextam quæstionem attinet, quia maritus ex loco domicilii secessit, & adduxit uxorem suam adulteram in locum sui domini, cui servit ut consiliarius, & apud quẽ valet gratia, ideo existimo mulierem declinatoria fori uti posse, quam † exceptionem 49
ante omnia etiam proponere debet, alioqui post frustra objiceretur, *l. sed etsi susceperit. in princ. de judic. gloss. & Dd in l. ult. Cod. de except. l. exceptionem. C. de prob. Felin. c. except. nu. 20. 21. 22. de except. Mynsing observ. 59. centur. 4.*

Etsi

Etsi verò mulier sequatur domicilium mariti *l. exigere. cum ibi notat. de judic. l. cum quadam. de jurisdict. cum ibi allegat.* tamen hic maritus domicilium non mutavit, cum tantum incolam agat apud suum dominum, alibi habens bona & sedem suam, & per incolatum non constituatur domicilium, nisi per decem annos, *l. 2. C. de incol. lib. 10.* imo nec per tot quidem, si alibi habeatur domicilium, & tantum commeetur negociorum causa ad alium locum frequentius, *gloss. verb. commeat. Angel. & Dd. in d. l. 2. C. de incol.* bonus textus à contrario sensu, *in l. ejus qui. §. 1. ad municipal.* Quare ad locum domicilii mariti quod uxoris per coniugium factum est potest mulier revocare, *d. l. cum quadam. cum ibi notat.* nec eo mariti jure debet videri indigna, cum adhuc sit in matrimonio viri, cuius societate & jure gaudere tamdiu debet, quamdiu id
50 durat, nec † pendente lite hoc suo jure est privanda, *cap. ex literis. ubi Panor. num. 3. & 4. de divort. Feder. de Sen. consil. 176. in fine.* pro eodem etiam facit, quod licet hodie regulariter in criminibus non habeat locum remissio, *l. 1. cum authen. qua in provincia. C. ubi de delict.* tamen qui adulterii accusatur, licite possit petere, ut eo loci remittatur, ubi delictum commissum dicitur, quia ibi ubi probatio haberi potest optima, tam præiudicialis & conscientialis causa melius agi potest, *l. si dum in tuo. 14. l. si quondam. 15. cum authen. sequent. C. de adulter.* nec putandum est hoc jus speciale per generale esse correctum, *Jas. l. placuit. num. 3. 2. limitat. C. de judic. Dec. l. in omnibus. 90. num. 10. de reg. jur.* sed potius contra generi per speciem derogari debet, *l. in toto. de reg. jur. Jas. & Dec. præallegat. loc.* & suadet hoc momentum causæ huius matrimonii, quæ capitali comparatur, *Jas. repet. l. admonendi. num. 277. & l. 3. in princ. num. 26. de jurejurand.* præsertim cum non inducenda sit legum correctio, *l. præcipimus. C. de appellat.* sed standum regulæ potius, quod non mutatur cur stare prohibeatur, *l. sancimus. C. de testam.* maximè hoc casu, ubi de adulterio quæritur, quod crimen capitale est, *l. transigere. C. de transact.*
51 & ex quo, etiamsi † civiliter hic tantum ad separationem agatur, tamen postea ex officio judicis continuato processu pœna capitalis (nam & pœna adulterii hodie corporalis & capitalis est) sequi possit, cum materia detur judici inquirendi postea de adulterio criminaliter, postquam coram eo probatum est civiliter, ut dicit Salicetus *in authen. sed hodie. n. 4. C. de adulter. per l. 2. §. si publico ff. de adulter. l. nullum. l. jubemus. de testib.* id quod hic etiam cogitare judices manifestum est ex eo, quia mulierem personaliter captivarunt & adstrinxerunt, id † quod non civilis sed crimi- 52
nalis causæ, quæ civili annexa est, respectu fieri existimandum est, *Boss. tract. criminal. tit. de carcere. num. 88. Castrens. consil. 472. in causa. num. 1. volum. 1. per c. 1. deposit. cum simil.* ut jure & potestate revocandi domum, quæ adulterii accusatis specialiter indulgetur, mulier hic uti posse videatur, præsertim cum idem hic sit locus domicilii & commissi delicti, cuius utriusque ratione forum ibi sortitur, *l. 1. cum authen. seq. & ibi Dd C. ubi de crimine* & sic duæ rationes concurrant, cur ibi conveniri rea mulier debeat, quæ duo vincula magis ligare debet quam unum *authen. itaq. C. commun. de success.* & plus operari quam si una tantum ratio subesset, *l. 1. ubi Bald. C. de legit. hered. & l. 1. §. penult. de usur. Panor. in c. suggestum. in fin. de jur. patron.*

Accedit his & illa ratio, quod non careat res suspicione, quandoquidem post delictũ cognitum maritus, separationem meditans, eduxerit miseram & desertam coniugem extra locum domicilii, ubi familiam, bona, liberos habebat, & cum coniuge hactenus vixerat, in aliud territorium, ubi domicilium nullum habet, sed tantum incola est, & quò interdum ad aliquot tempus, ut domino suo servitia præstaret excurrere antea solebat, ut hoc non alio consilio videatur factũ, quam quia valet ibi, ut consiliarius, apud dominum & eius ministros gratia, potentia & authoritate, ut tantò commodius hanc, quam instituit, separationem apud favorabiles judices obtinere possit. Est † autem 53
satis justa suspicionis, & ob eam rejiciendi judicis, causa, cum quis, licet ipse non sit Judex, gratia tamen & potentia apud eosdem valet, *Bald. l. unic. num. 5. per illum text. C. si rector. provinc. & in c. 1. ubi Felin. de judic. Lãfranc. c. quoniam. verb. recusationes. num. 5. latè.* & accedit huc illa suspecta & subitanea migratio, ut rectè cõcludi ad resolutionem huius sextæ, & consequenter septimæ, quæstionis posset, Judices huius loci, ad quos causam & uxorem maritus, præter morem & extra domicilium, transtulit, & apud quos ipse tam gratiosus est, uxor vero odiosa, desoleta & peregrina habetur, non esse competentes, sed suspectos & incompetentes, & proinde tam ex hac causa, quam ex superioribus illis, ad locum domicilii & delicti mulierem remittendam esse.

Octava quæstio facilem habet resolutionem, quod scilicet maritus hic intentionem habeat fundatam, ex confessato uxoris adulterio, ideo separationem petere posse. Nam licet ubi † agitur de substantia vinculi matri- 54
monialis non stetur confessioni coniugum,

cap. super eo. de eo qui dux. in matrimon. consang. cum simil. tamen cum agitur de separatione matrimonii, sufficit sola confessio, ita ut contra confitentem adulterium ex hac sola confessione separatio decernatur, *Panor. in cap. ex literis. num. 2. de divort.* Nam confessio, ut ante dictum est, est probatio probata & non probanda ac melior de mundo, & probat contra confitentem. Deinde & hoc
55 in confesso est, ob † adulterium ad separationem matrimonii civiliter agi posse, tam jure divino, *Matth. 19. Luc. 16. cap. dixit dominus. 32. quæst. 1. cap. si uxorem 32. quæst. 5. cap. primo 32. quæst. 7. cap. quos Deus. 33. quæst. 2.* quam etiam humano, cum Cæsareo, *l. consensu. C. de repud.* tum Pontificio *cap. tua de procurat. cap. 1. & tot. tit. de adulter. cap. ex literis. ubi Panor. num. 2. & 3. de divort. Didac. Covarr. latè ad 4. lib. decretal.*
56 *parte 2. c. 7. num. 5. 6. 7.* etiamsi † cognitio hujus causæ propriè ad ecclesiam & jurisdictionem ecclesiasticam pertineat, *cap. 3. ubi gloss. verb. separari. cap. de illa. 6. & Dd. de divort. per c. seculares. 33. quæst. 2. Anton. Franc. consil. matrimonial. 68. num. 26. Nicol. Superan. consil. matrim. 65. num. 5. Plot. consil. 87. num. 15. vol. 1.*

Maior ergo difficultas oritur in Nona quæstione, in qua de exceptionibus marito objiciendis agitur. Nam cum mulier hic se ream fateatur, quid possumus contra jus divinum & humanum, quod hæc flagitia ad-
57 modum vult coerceri. Et † certè in sexu fœmineo tantò delictum est atrocius, eoq; gravius est animadvertẽdum, quantò hunc pudor atque castitas magis decent, quantoque & ad flagitia eiusmodi est inclinatior, *Tiraq. de LL. connub. lege 9. n. 132. per l. auxilium. de minor. l. aut facta. §. final. de pœn. l. 1. §. consequens. de suspect. tutor. l. 2. C. de his qui ven. ætat. c. 1. de stat. reg. in 6.* neque de nihilo est, quod dicitur: causa patrocinio non bona peior erit,
58 & in † talibus rectè putatur optimum esse deprecationis statum *latè Tiraq. tract. de pœn. caus. 30. num. 2. 3. cum sequent.* qui si apud maritum, ex causis supra deductis, locum invenire posset, nihil esset prius atque potius: & quam reconciliationem ante recusavit, tamen visis fundamentis supra deductis, & parentum atque amicorum suasu atq; precibus, & præcipuè respectu animæ suæ ac conscientię, fortassis adhuc poterit deliniri. Si enim ipse suis crebris profectionibus, & non reddendo debitum, ac relinquendo mulierculam desertam in loco peregrino, & in manus istius adulteri, causam huic delicto dedit, & primò per coactionem, deinde per fascinium mulier in lapsum inducta est, & nunc seriâ pœnitentiâ se cum Deo reconciliavit, cogitet qua conscientia alteri cohabitare possit, & hoc coniugium dirimere, à quo Deus aversus non sit, nec velle in gratiam recipere coniugem, quam Deus gratia sua & misericordia per pœnitentiam dignatus sit. Et cum ipse similibus libidinibus ante inquinatus fuerit, redeat ad se, & secum decernat, quo ore à Deo ipsus, per pœnitentiam, horum delictorum veniam se consecuturum speret, si ipse coniugi pœnitenti, veniamque petenti, in simili culpa ignoscere nolit, neque similia † delicta mutua cõ- 59
pensatione tolli, ex regula æqualitatis, patiatur, *l. vero. solut. matrimon. l. si uxor. §. judex adulterij. de adulter.* nec christianam pietatem ac misericordiam, supplicibus & pœnitentibus debitam, neque communes liberos, eorumq; orbitatem & existimationem, præsertim filiarum, quibus nota maternæ huius ignominiæ manifestius adhærere solet, locum apud se habere sinat.

Cæterum si nihil ab eo poterit amicabiliter obtineri, non tamen nihil præsto est, quo se judicialiter tueri mulier ista possit. Primò enim objicere poterit exceptionem declinatoriam fori, & judicum recusationem, prout ante est ostensum: quæ † sunt diver- 60
sæ, & inter quas primò declinatoria incompetentiæ objicienda est, secundò recusatoria suspicionis, alioqui altera alteri derogaret, *ut per Panor. Joan.-Andr. in cap. inter monasterium. de re judicat. Barthol. l. quidam consulebant. de re judic. Bald. l. exceptionem. C. de probat.* nec ante super principali procedi potest, quam hæ exceptiones sint definitæ, *Specul. de exceptio. §. 1. num. 5. & §. 2. in princip.* definiri autem debent causa cognita & per sententiam *l. 2. §. eo. ubi Barthol. & Dd. ff. de judic.*

Secundò dilatoriè posset excipere, se non habere legitimam standi in judicio personam, eoque antequam respondeat, sibi à judice tutorem esse dandum, si eo loci jus Saxon. servaretur, quanquam non servari eo loci, ubi nunc agitur, relatum est. Utrum vero in loco domicilii, quo causam revocat, mihi incertum. Verùm quia nunc in ipso judicio, ad quod citata est, non servatur jus Saxonic. sed civile, ideo tali exceptione non hic poterit uti, cum jure communi legitimam mulier † habeat standi per se in judi- 61
cio personam, & conveniri possit, quanquã per procuratorem comparere possit, *cap. 2. de judic. lib. 2. Bald. l. ult. num. 4. C. eod. tit.* etiam in isto judicio separationis, *c. tua. de procurat.* id quod eam facere rectius est, ne in tam famosa causa conventibus virorum vel judiciis interesse cogatur, *l. maritus. versic. ne fœmina. C. de procurator. d. cap. 2. pro quo etiam l. egregias. ff. de jurejurand. l. alienam. Cod. de procurator.* & † quod utile sit in famosis 62
judiciis

judiciis potius per procuratorem, quam per se comparare, ut in procuratorem potius quam principalem feratur sententia, & damnatio in procuratorem potiꝰ quam principalem fiat, atque ita etiam injuria evitetur *Socin. reg. 179. fallent. 1. Panor. c. cum te. de senten. & re judicat. Cepoll. cautel. 12. per totum. bonus tex. l. furti. 6. §. 1. de his qui notan. infam.* quod si commodè reperire nequeat ejusmodi procuratorem, poterit ante omnia à judice petere, & hac quoque exceptione judicium differre *l. 1. §. 1. ubi gloss. & Dd. verb. non habebunt. de postuland.*

Deinceps quærendum, an dilatoriè excipere de spolio mulier poterit, & petere ante omnia, pendente judicio, se restitui, ex quo privato maritus facto, absq; causæ cognitione, ab ipsa se separavit, non modo quoad mensam, verum etiam quoad thorum. Nam
63 † separatio, etiam ex notorio impedimento, non debet privata authoritate institui, & ideo mulier ante omnia venit restituenda, donec de causa cognoscatur *c. porro. de divort. ubi Panor. num. 2 3. c. ex transmissa. & tot. tit. de restit. spoliator.* etiamsi crimen aliquod fuerit objectum, non enim de crimine prius cognosci potest, quam restitutio sit facta c. item 6. *de rest. spol.* quod ad hoc inducit gloss. *c. significasti. de divort. verb. si notorium.* juxta regulam: quod spoliatus ante omnia veniat restituendus *l. si quis ad se fundum. C. ad L. Jul. de vi c. 1. de restit. spoliat. lib. 6.* Et hæc exceptio in modum dilatoriæ opponitur, ac impedit litem contestari super principali *c. 1. de restit. spoliat. in 6. Barthol. l. naturaliter. §. nihil commune. in 4. conclus. & ibi communiter Dd. de acquir. possess. Angel. in §. æquè. in 39. except. Instit. de except. Franc. in c. 1. fall. 22. de lit. contest. in 6. Blanc. in tract. de compromiss. quæst. 4. verb. exceptio spoliationis. per totum.*

Ac profectò esset hæc exceptio pulcherrima, & maximè mulieri idonea, nisi obsta-
64 ret notorium adulterium, quod † impedit, quo minus petere restitutionem, & se eo adjuvare possit, ut est textus rotundus in c. significasti. *ubi gloss. Panor. & Dd. de divort. & idem Panor. in c. porro. n. 9. eod. tit.* nam defectus notorii juris (ut isto casu) impedimento est restitutioni *c. ad decimas. de restit. spoliat. lib. 6.* & præsertim defectus concludens ad executionem notoriæ proprietatis, ut hic. *Panor. c. Justi. num. 5. de divort.*

Intelligitur autem notorium esse adulterium, de quo constat per confessionem mulieris, ut quæ sit probata probatio, non probanda & quidem liquidissima prout supra probatum est. Ita in terminis Panor. *d. c. significasti. num. 4. versic. puta per confessionem ipsius.*

Nec obstat quod dictum est, criminis objectionem non impedire restitutionem, nam hoc intelligendum de crimine non inducente defectum tituli notorium. Deinde de crimine illiquido & occulto, non de notorio, ut ipsa Glossa distinguit *d. c. significasti. verb. si notorium.*

Potest tamen opponi, & habet disputationem res probabilem, quia illa separatio est pœna, quæ non debet imponi nisi à solo judice Panor. c. ultim. n. 6. de adulter. ubi refert notabiliter, de jure non posse maritum, nisi post sententiam, uxorem expellere per rationes, ibi adductas, quarum hic esse potest usus. Deinde quia causa separationis pertinet immediate ad ecclesiam, ut dictum est, unde à privato antecapi non potest, præsertim cum multa dicantur notoria quæ non sunt *Panor. in terminis. d. c. porro. de divort.*

Ergo cum hæc exceptio sola non sufficiat, deinceps est hic videndum, an non possit exceptionem spoliationis proponere ex eo, quod sua libertate est spoliata, & personaliter arrestata, quod † nec ipsum sine causæ co- 65
gnitione & aliquali informatione fieri debet *Salic. & Dd. l. nullus. C. de exhibend. tabul. Angel. in tract. malefic. verb. fama publica. in princ. Boss. de captura. n. 3. cum sequent.* multo minus ante litem contestatam. Ab arrestatione enim vel sequestratione & captura personæ non est incipiendum *latè per Socin. de citation. art. 20. princ. quæst. 4. n. 57. cum seq. l. 1. C. de except. rei judic. l. unic. ubi Curt. & Dd. C. de probibit. sequest. Bald. l. 1. & 2. C. comminat. epistol. progran.*
Est † autem etiam species capturæ, quando 66
quis sic arrestatur, ut non habeat liberam eundi, redeundi quo velit potestatem, etiamsi amplus illi locus, puta civitas, provincia, illi liber relinquatur *latè Boss. tract. criminal. tit. de carcerat. fidejuss. n. 3. per Bald. l. nec non. §. 1. ex quib. caus. ma. Angel. l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. & in tract. malef. verb. fama publica. Jas. l. ei pecuniam. §. ult. in fin. de cond. caus. dat. & repet. l. admonendi. n. 147. de jurejurand. Felin. c. cum contingit. de jurejur.* Et † captura 67
prohibita est in civilibus, secundum communem *Bald. l. consentaneum. per illum text. C. quomodo & quand. judex.* & hanc communem dicit Socin. *de citat. art. 20. n. 57. 58. Boss. in pract. criminal. tit. de captur. n. 83.* sicut hæc est civilis causa, in qua tantum de separatione conjugii quæritur *c. tuæ. de procurat.* Item & prohibita est ante inquisitionem criminis factam, quæ hic nulla est instituta *Salic. in l. final. in fin. C. de quæstio. Dec. consil. 189. legatus. num. 1. 2. in fin. & per totum.* & ante citationem factam. *Sigis. de Homod. consil. 115. super statuto. per l. sive pars. C. de dilat. Alexand. consil. 1. viso. in fin. vol. 3.* Quare † cum talis citatio realis, hoc 68
est captura & arrestatio personæ, emanuerit

 de

de facto, hoc est indebite, debet de facto etiam ante omnia revocari *ut per Socin. prælleg at. loc. num. 71. per l. 1. §. necessario. Si ventr. nom mul. l. final. §. nullo tempore. de lib. hom. ex. & idem Socin. in c. quoniam frequenter. in 4. pri. art. fallent. 62. versic. octavo. ut lit. non contest.*
69 Talis enim Judex videtur vim intulisse capto, & ipsum libertate spoliasse *l. plerique de in jus vocand. l. 1. 2. de liber. homin. exhibend.* & ideo debet taliter captus pristinæ restitui libertati, & nedum ipse Judex potest de facto relaxare, sed quilibet etiam privatus *d. l. 1. §. filius.* ut hæc sunt formalia verba Socini, *prælleg. loc. de citat. art. 20. num. 71.*

70 Sed his obstabit, quod leve † indicium delicti, vel levis etiam causa, possit judicem deducere ad capturam *Bald. l. quod evitandi. C. de condict. ob turp. caus. l. et si certus. ad Syllan. & l. 2. C. de his qui latro. Salic. l. nullus. C. de exhibend. reis. Alexan. l. neminem. eod. tit. Hyppolit. l. 1. in princ. num. 1. de quæst. Boss. de captur. num. 1. 2.* & *num. 3.* addit, ita communiter decidi *in c. si clericos. de sen. excomm. in 6. Felin. in c. cum non ab homine. & c. accedens. 2. §. quoniam frequenter. col. penult. Ut lit. non contest.* In præsenti autem non tantum indicium, sed etiam confessio delicti præsto est, & quidem delicti capitalis *l. transigere. C. de transact.* nec impedimento hic esse debet, quod civilis causa sit, neq; dum ad inquisitionem
71 perducta: nam quando † civilis causa habet annexum crimen, quod puniri potest, tunc potest judex personam capere *c. 1. deposit. l. cum eo. ubi Barthol. ad L. Jul. peculat. Castrens. consil. 472. in causa capturæ. num. 1. volum. 1.* etiam ante institutam inquisitionem ut per Boss. *de captura. num. 82.* Brun. *de indic. & tort. quæst. ult. num. 5.* qui ajunt, supradictam theoricam Saliceti, requirentis inquisitionem, de generali inquisitione delicti, quæ fit, quando nocens ignoratur, non de speciali
72 accipiendam esse, nam in † speciali potest à captura incipere judex, maximè quando captivandus reperitur in delicto, & de fuga est suspectus, ut per Brun. *prællegat. loc. ex §. si quis vero. In authen. ut nulli judic. cum aliis per eum allegat.* pro quo etiam doctrina Barthol. *in l. litibus. num. 8. C. de agric. & censit.* nam nisi à personæ captura hic incipiatur, frustranea posset fieri deinceps inquisitio.
73 Eoque etiam † ante citationem cauti Judices non citant reos sed capiunt, ne pendente citatione verbali fugiant, ut dicit Salicetus *l. 1. C. de exhibend. reis. l. absentem. C. de accusat.* & latius exponit Bossius. *de captur. num. 10.*

74 Cum † igitur hic delictum sit notorium, & per confessionem probatum, & licet civiliter ad separationem agatur, tamen consequi pœna criminalis possit, ex officio Judicis, sicut & accusatio *Salic. authen. sed hodie jure. num. 4. C. de adulter. per not. d. c. tua. c. 1. & tot. tit. de adulter.* & persona mulieris ut forensis, nec ibi domicilium habens, non omninò suspicione careat, videtur per hoc ejusmodi exceptio elidi posse, eoque † op- 75
poni exceptio præscriptionis debeat, alioqui procederet actio *Francis. Balb. de præscript. 4. parte 4. partis princ. quæstio. 2. num. 9.* nisi forte inde, ut arbitror, probabiliter urgeri, & oportunè salvari possit, quod hic ad pœnam adulterii criminalem perveniri amplius nequeat, ex eo, quod accusatio adulterii præscripta sit, ut post dicetur ex l. adulter. 5. C. de adulter. Nam † licet actio ad 76
pœnitentiam adulterii nullo tempore præscribatur *Panor. c. tua. num. 6. de procurat.* sicut nec aliæ pœnæ adulterii Canonicæ: tamen corporales & civiles in viro per quinquennium, in muliere per sex menses tolluntur *d. l. adulter. 5.* quas præscriptiones criminum & pœnarum, item officii judicis non modo jure civili, sed etiam Canonico obtinere multis firmat, & hanc communem dicit Boer. *decis. 26. num. 6. cum sequent.*

Plerumque † etiam in vim dilatoriæ solet 77
proponi hæc exceptio præscriptionis, nam est litis finitæ, secundum communem *in c. 1. verb. finitæ. de lit. contest. in 6. Angel. & Dd. l. sicut. in fin. per illum text. C. de præscript. 30 annor. & in §. æquè. 8. except. Instit. de except. latè Socin. c. 1. art. 7. in 5. except. de lit. contest. Blanc. de compromiss. tit. de except. comprom. quæst. 4. num. 5.* maximè cum intenditur præscripta esse actio *l. si non convicii. in verb.* cum actio præscripta sit conveniri non potest. *C. de minor. l. final. C. de dol. mal. l. 1. & tot. tit. Quar. rer. act. non det.* etiamsi ope tantum exceptionis non ipso jure sic actio tollatur *Barthol. Bald. & Dd. in l. final. C. ex quib. caus. actio. Felin. c. ad aures. in princ. de præscript. Boss. in pract. criminal. tit. de proclam. num. 16.*

In hoc autem casu actionem esse præscriptam ex illo argui potest, quod licet in viro adulterii accusatio duret ad quinquennium. *d. l. adulter. 5. C. de adulter.* mulier tamen non nisi intra sex utiles menses, computandos à tempore divortii in maritata, in vidua à tempore commissi ad extremum, adulterii accusari possit, & intra hoc tempus maritatam quidem jure mariti intra duos tantum menses queat, jure vero extranei per menses quatuor, ut ne extraneis quidem ulterius contra mulierem hæc accusatio detur *gloss. verb. accusari & Dd. præsertim Salic. in d. l. adulter. per jura ibi allegat.* At vero hic triennium & amplius effluxit, à tempore ultimi adulterii, & ex quo rem maritus

ritus omnem comperit: qui non potest dicere se de eo adhuc dubitasse, nec rem sibi satis explicatam fuisse, & ideo illud tempus jampridem hic sit elapsum, & officio judicis eodem tempore, quo actioni, præscribatur *Bald. Cyn. Panor. l. querelas. C. de fals. Boer. latè. decis. 26. n. 1.* Unde consequens est dicere, nec hic ex officio pœnam imponere judicem amplius posse *Boer. d. decis. 26.* & consequenter nec ullam justam fuisse hujus realis seu personalis citationis & arrestationis causam ac proinde relaxandam esse *per supra dicta.* quia dubitans pro ignorante habetur *l. final. C. de condict. indeb. Jas. l. 1. n. 25. de cond. indebit.* &
78 tempus † utile, cujusmodi istud est, non currit ignorantibus *l. 1. de jur. & fact. ignoran. l. 1. ubi gloss. verb. transacto. l. quamdiu. ubi Bald. Salic. Dec. & communiter Dd. C. qui admitt.* nam hoc eum verè prætendere non posse, ex hoc apparet, quod anno 66. & 67. se primo quoad thorum, deinde, post puerperium etiã quoad mensam ab illa separavit. Unde alterutrum sequitur, aut eum tum rem omnem habuisse pro explorata & cõperta, aut eum injuriam uxori fecisse, & proinde ob injustã spoliationem eam ante omnia in integrum restituendam esse *c. item. ex transmissa. de restit. spoliat.* cum non debuerit ob suspectum, & adhuc dubium, atq; obscurum crimen, se ab uxore, propria & privata authoritate, separare *gloss. in c. significasti. verb. si notorium. de divort. cum aliis ibi & supra ad idem allegat.*

Verùm huic exceptioni locus esse potest, ut paulo ante ostendimus, contra injustam judicis capturam, & pœnæ criminalis inflictionem, cujus officio nunc præscriptum est, ex quo & accusationi criminali *Angel. l. si vacantia. in fin. C. de bon. vacant. lib. 10. Alex. Castrens. & Jas. l. ita demum. C. de procurat. Angel. tract. malefic. verb. bona publicanus. quæst. 9. Gauden. de fals.* Balb. *de præscript. parte 4. partis 4. principal. quæst. 2. n. 1. 2. 3. cum similib.* ubi *n. 9.* idem statuit in causa adulterii, ut & Hypp. Mars. *singul. 524.* Alexand. *consil. 64. viso. num. 3. 4. volum. 1.* Castrens. *consil. 184. videtur quod ista. num. 1. 2. volum. 1.* id quod communiter receptum testatur Balb. Castrens. *præalleg. loc.* & Boer. *d. decis. 26. num. 6.*

Cæterum adversus istam actionem verendum est ut non teneat. Nam est actio separationis matrimonii, quæ hic intentatur, civilis *c. tua. de procurat.* & intelligitur durare 30. annis, per regulam l. 3. cum seq. *C. de præscript. 30. annor.* maximè cum proponatur implorandum judicis officium *Specul. tit. qui*
79 *ma. accus. §. debet. num. 1. & 3.* cujus † imploratio regulariter etiam 30. annis durat aut 40. *Cravet. de antiq. temp. §. te. 4. §. materia. num. 64.* per doctrinam Barthol. *in l. sicut. ubi gloss. verb. persecutione. C. de præscript. 30. annor. Dec. consil. 266. in fin. cum aliis allegat.* Deinde causa matrimonii etiam est spiritualis *Seperan. d. consil. 65. n. 5. Plot. consil. 87. n. 15. vol. matrim. 1. cum aliis supra allegat.* & multo maximè separatio, quæ nisi ab ecclesia cognosci & decerni non potest *c. 3. & tot. tit. de divort.* Sed in † 80
spiritualibus præscriptiones locum non habent, ut tradit Francis. Balb. *præallegat. loc. n. 4.* per doctrinam Bald. *in l. 1. in fin. C. qui accusar.* & Boer. *d. decis. 26. n. 5. 6.* Cravett. *de antiq. temp. parte 4. §. materia. n. 88.* nam pœnis canonicis ac spiritualibus nunquam præscribitur *Panor. c. tua. num. 6. de procurat. Francis. Balb. in tract. præscript. præallegat. loc.*

Et non eundo per mendicata suffragia, quod præscriptiones illæ adulterii tantum obtineant adversus accusationem vel inquisitionem pœnæ criminalis, non etiam quando agitur de separatione matrimonii, quæ quæstio perpetua esse debeat, decidit in terminis Cravet. *d. tract. de antiq. temp. parte 4. §. materia. n. 88.* licet (inquit) maritus non possit accusare uxorem de adulterio post quinquennium (intellige secundum gloss. *in d. l. adulter. C. de adulter.* quod sex menses utiles quinquennium excedere non possint) quo ad pœnam legalem *l. adulter. C. de adulter.* tamen quoad pœnam spiritualem, ut divortiũ fiat (notetur) nunquam præscribitur, ne mille quidem annis *gloss. c. admonere. verb. pœnitentia. in fin. 33. quæst. 2. Felin. c. cum nobis. circa finem. de pœn.* Quare hæc exceptio objecta sicut objici consultum, potius superiorem exceptionem juvabit, & capturæ spolium justificabit, quàm in secreto juris actionem hanc elidet.

Exceptio † præterea transactionis seu re- 81
conciliationis, quę & ipsa est litis finitæ, proponi poterit *ex §. ultim. Instit. de injuriis.* & quod sero accusat mores uxoris quos semel probavit *d. l. si uxori. §. final. ff. de adulter.* Nam etiam post rem compertam apud se in mensa, usq; post partum, uxorem habuit: qui autem mensa communi utitur, videtur injuriam remittere prius acceptam *gloss. in d. §. final. verb. dissimulatione, ut si lusi, risi, comedi cum eo postea & c. Institut. de injur.* maximè quando hoc sponte factum est, absq; nulla necessitate, ut ibidem Angel. *n. 1.* & omnes Dd. Quare per eam reconciliationem actio debet videri sublata *l. 2. l. crimen. 11. l. sine metu. C. de adulter.* per quæ ita decidit gloss. Juris Saxonic. Landtr. *lib. 1. art. 37. n. 5. in 6. fallent.* & expressius Panor. *in c. final. n. 7. post gloss. ibi de adulter.* definiens, quod maritus sibi faciat præjudicium, & perdat jus accusandi adulterium, & petendi quæ ex eo consequuntur, si post adulterium uxori debitum reddiderit.

Sed hoc fallit in præsenti casu, quia statim separavit se quoad thorum, & potest dicere communi mensa se usum propter fœtum, ne huic ex dolore matris gravidæ, à separatione concepto, noceretur, & hoc admodum fit verisimile ex eo, quod statim à partu, etiam quoad mensam, ab illa se segregarit. Et in summa hæc quæstio est facti, & altiorem requirit indaginem, quia negatum hoc, sicut verisimiliter negaturus est maritus, probari debebit ab excipiente, cum in exceptionibus reus sit actor, & probare debeat *l. in exceptionibus. 14. de probat.* & facta non præsumantur sed probentur *l. asseveratio. C. de non num. pecun.* Probatio autem hæc, quia per testes facienda esset, qui super actibus reconciliationis testificarentur, præsertim istis domesticis *l. consensu. §. 6. v. super plagis. C. de repud.* eò non posset hoc dici fieri incontinenti *Maran. specul. aur. parte 6. memb.*
82 *verb. receptio. num. 15. cum ibi allegat.* Sicut † incontinenti probari debet omnis exceptio, quæ impeditura sit litis ingressum *Bartbol. l. final. num. 3. ff. pro suo. & l. nam postea. in princip. num. 2. 5. 8. 9. ac ibidem Jas. & Dd. ff. de jurejurand. Franc. c. 1. num. 8. de lit. contest. in 6.* hoc est incontinenti per instrumentum, vel confessionem partis, vel per testes intra triduum, aut octiduum *Marant. præalleg. loc. Decis. Neapolit. 63. per totum. bonus text. in l. ult. ubi Castrens. C. de error. advocat.* cæteroqui iis prætermissis cogitur reus ad respondendum, exceptionibus ejusmodi post litem contestatam ei salvis & reservatis.

Quamobrem illæ superiores sunt firmiores, quia non sunt facti controversi, sed aperti juris, eoque nec probatione opus habent, cum jus certum sit *l. 2. ff. de jur. & fact. ignorant.* & Judex ipse supplere illud debeat *l. unic. C. Ut quæ desunt advocat. ubi Castrens. & communiter Dd.* Quanquam & ista inter alias exceptiones & declinatoriè rectè objicitur,
83 ut † quæ non prosint singula, multa juvent, quomodo loquitur Alexand. *consil. 1. viso. num. 22. volum. 3. per c. cum causam. de probat. l. rationes. l. instrumenta. C. eod. tit. gloss. l. 2. circa princip. de excusat. tutor.* & ut maximè rejiciatur tanquam altiorem requirens indaginem, tamen post litem contestatam usum
84 suum habebit, ex † convictu, post compertum adulterium, communiter servato, & quod cum uxore ederit, biberit, luserit, riserit, collocutus fuerit &c. *ut per gloss. d. §. final. verb. dissimulatione. Instit. de injur.* quæ per testes facile tum, ut existimo, poterunt probari, nec parum causam hujus miseræ mulieris adjuvabunt.

Itaque hæc, & cæteræ exceptiones omnes, de quibus dictum est, quæ ad impediendum litis ingressum dilatoriè proponi initio possunt, dato quod rejiciantur, ut altiorem requirentes indaginem, atque ita per sententiam necessitas respondendi conventæ mulieri imponatur; nihilo tamen minus post litem contestatam, in vim peremptoriarũ, rectè poterunt repeti, & illis addi,
quod † maritus non fecerit suum erga uxo- 85
rem debitum, sed sæpius per multos menses abfuerit &c. quæ & ipsa agenti ad divortium exceptio obstat *c. significasti. ubi Panor. num. 6. de divort. Boer. decis. 297. num. 5. gloss. juris Saxonic. art. 37. lib. 1. fallen. 2. & 3.* Item quod ipse causam huic delicto dederit suis ipsius moribus, & impudica vita anteacta, cum qua merito hoc delictum compensari debet *Panor. in c. ex literis. num. 6. & c. significasti. num. 6. & in fin. de divort. gloss. juris Saxonic. lib. 1. art. 37. num. 5. in 1. & 2. fallen.* Item quod illam reliquerit solam inter ignotos & peregrinos, etiam concessa adultero & ad arbitrium in domum suam veniendi facultate. Præbens autem maritus causam adulterio, nedum propinquam, verum etiam remotam, ejusmodi actionem non habet *d. c. significasti. ubi Panor. num. 67. de divort.* Præterea si nunc etiam pendente lite, vel post, inquiri, & certum fieri possit, dictum maritum agentem non se continere, sed turpiter vivere, tunc redintegraretur matrimonium, etiamsi separatum esset, & hæc maximè exceptio contra eum valeret *Panor. d. c. ex literis. num. 6. & c. significasti. in fin. de divort.* quare hoc diligenter & nunc & postmodum est inquirendum.

His † addatur exceptio violentiæ per a- 86
dulterum illatæ, de qua ante dictum est ex d. l. si uxor §. *penult. versic. si vim. l. vim passam. de adulter. Panor. c. quemadmodum. num. 11. 12. de jurejurand. cum aliis supra allegat.* Item exceptio incantationis, quæ præsumptivè saltem probari potest ex prædictis, quæ cum in errorem inducat, & vim afferat, ut ante diximus *l. 4. l. ult. C. de malef.* videtur & hæc justa causa esse, cur matrimonium non separi, neque mulier amittere dotem debeat *l. uxor. ubi Salic. num. 1. C. de repud. Angel. tract. malef. chebai adulterato. num. 26.* Bald. *l. eam quam. num. 25. C. de fideicommiss.* ubi addit bonam rationem, quia (inquit) tolle voluntatem ab actu, & erit omnis actus indifferens.

Et hæ quidem ferè sunt exceptiones, quæ agenti ad separationem marito videntur objici posse: quæ si non proderunt singulæ, tamen simul cumulatæ poterunt juvare *c. cum causam. de probatio. gloss. l. 2. verb. legitimus. de excusat. tutor.* & saltem, quod esset optatissimum, mariti animum exulceratum interventu propinquorum sanare & emollire,

ac

ac ad aliquam reconciliationis æquitatem permovere.

In Decimo articulo quæritur de alimentis, unde illa mulieri sint suppeditanda. In
87 quo sciendum, alimentorum † nomine non tantum victum contineri, sed etiam vestitum, calceamentum *l. legatis. l. final. de aliment. legat. l. verbo victus. de verbor. significat. Specul. qui fil. sint legit. n. 43.* habitationem *Alexand. consil. 72. n. 2. volum. 5. Port. consil. 188. n. 11. 12. Cravet. consil. 199. n. 3.* & cætera, quæ ad degendam commodè vitam pertineant, pro facultate & consuetudine dantis & accipientis *Specul. qui fil. sint legit. n. 3. per l. penult. de aliment. c. grandi. §. 1. de sep. neg. prælat.* Speculat. *præallegat. loc. n. 44.* ubi addit, quod etiamsi modicum sit patrimonium, non tamen modicum, puta denarius, in die pro alimentis debeatur, sed tantum habere debeat alimentandus, quantum ad vitam suam minus quàm frugalem sufficiat *per l. fundi. l. plen. de usu & habitat. l. 3. §. final. ubi pupil. educar. l. 1. 2. C. de patribus qui fil. dist. l. antepenult. C. de Sacrosanct. eccles. l. 2. §. mulier. de vent. in possess. mitt.* etiamsi totum patrimonium absumatur *authen. novissimi. C. de adulter. l. jus alimentorum. 3. ff. ubi pupill. educar. deb.* Quare reprobatur sententia Panormitani, qui putabat, tantum pro quantitate doris alendam mulierem esse *in c. ex literis. n. 3. & ibi apostille. de divort.* nam debentur alimenta pro viribus matrimonii mariti, & dignitate mulieris nobilis, ut in terminis Cravet *consil. 189. quando. num. 10.* Angel. *consil. 357. dominus. in fin.* & in summa, pro complexu personarum & rerum, aliarumque circumstantiarum, ex arbitrio boni viri *Alexand. consil. 72. num. 5. volum. 5. Cravet. consil. 189. quando. num. 9. & 10. volum. 1.*

88 Ac † pro isto sane tempore, & pendente lite, nihil est dubii, quin maritus uxori alimenta adhuc debeat *Specul. qui fil. sint legitim. num. 2. & 32. per l. si neget. de lib. agnoscend. Panor. in c. ex literis. num. 3. & 4. de divort. Frid. de Senis. consil. 176. in fin.* & consequenter etiam expensas ac sumptus in hanc litem faciendos *Angel. c. ex parte. cum ibi notat. de accusat. Alex. in addit. ad Barthol. l. sancimus. C. de judic. Dd. l. si victum. de re judic. Angel. consil. 24. num. 4. & 5. Par. de Put. tract. synd. verb. carcer. 4. per totum. & verb. expensæ. cap. 1. Boer. decis. 303. num. 1. 3. & 5.*

89 Sed † ea finita & separatione pronunciatâ, Unde alenda sit hæc misera, majoris est quæstionis? In qua omissis non necessariis dubitandi rationibus, licet maritus, agens ad separationem, possit petere & obtinere etiam dotem ex causa adulterii *Panor. d. c. tua. in fin. de procurat. c. plerumque. de donat. inter vir. & uxor.* tamen ex ea mulier ali debet, ut expressè hoc decidit gloss. *in l. consensu. verb. sibi habeat. C. de repud. versic.* quia inde debet alimentari, & hoc etiam probatur ex authen. sed hodie. *C. de adulter. & in Novella unde sumitur.* quæ jura statuunt, assignari monasterio, in quod adultera includitur, tertiam partem substantiæ mulieris, extantibus liberis vel parentibus; omnia verò bona his deficientibus, ad alendam eam. Ergo etiam illis locis, in quibus nunc monasteria non sunt, nec detrusiones usurpantur, tamen alimenta adulteræ de suis bonis sunt assignanda.

Quod si dos oneri non sufficiat, lite quidem pendente cogetur alimenta uxori maritus de suo sufficere *Frid. de Sen. præallegat. loc.* quoniam adhuc ejus conjux, & in suo matrimonio est, unde & alimenta debentur, & ita consequenter etiam impensas & sumptus in litem faciendos suppeditare debet.

Cæterum conjugio per separationem dissoluto, de suo an aliquid damnatæ adulteræ præstare, & alimenta suppeditare maritus debeat, magis dubitari potest: Nam Julius Clarus tenet, quod etiam facta separatione cogatur alere, *lib. 5. §. 2. adulterium. per Curt.* Alexand. *c. ex parte. de sponsal.* ubi dicit communem Alb. *c. ex literis. num. 11. de divort.* Felin. *c. lator. num. 9. de re judic.* Contra quæ tamen disputari potest: nam ad hoc agitur, ut fiat separatio, & liberetur maritus ab exhibitio ne necessariorum *Specul. de divort. in princ. num. 3.* & ita in terminis tenet Panor. *in c. ult. num. 3. de adulter.* ubi dicit, separatione propter adulterium facta, maritum lucrari dotem, nec tenetur alimentare uxorem amplius *per c. plerumq. de donat. inter vir. & uxor.* & dotem restituere. ad idem Bald. *in c. ex parte. num. 7. de consuetud.* ubi notat, mulierem quæ commisit adulterium non debere ali à viro *per not. l. fideicommissum. C. de fideicommiss. l. ab hostibus. §. final ubi Alexand. & l. si cum dotem. §. sin autem in sævissimo. solut. matrim.* & idem Bald. *in l. 1. §. jus naturale. n. 7. de just. & jur.* ubi dicit, alimentandi onus esse sequelam matrimonii, ex quo sequitur, sublato principali tolli etiam accessorium *l. cum principalis. de reg. jur. cum similib.* ad idem Johannes Lupus *in repetit. rubric. de donat. inter vir. & uxor. §. 78. versic.* propterea uxor quæ commisit adulterium non debet alimentari à viro &c. Socin. *consil. 286. visa. n. 1. 2. volum. 2.* ad idem latè Port. *consil. 160. in negocio n. 1. 2. 10. & per totum* subjiciens rationem, quod frustra auxilium legis invocet,

vocet, quæ in legem commisit *l. auxilium. de minor. l. Mævio. de annu. legat.* & ex regula, quod quando mulier à viro sua culpa divertit, ei alimenta non debeantur Cyn. Bald. *num 2.* Fulgos. *num. 4.* Salic. *num. 3.* & communiter scribentes *in l. quod in uxorem. C. de negoc. gest.* Socin. *d. consil. 286. num. 2. vol. 2.* Longe autem gravissima est causa, cur alimenta non debeantur si ob suum adulterium à viro mulier abest, & hanc esse communem firmat *præallegat. loc.* Portius *num. 2.* post Ferrett. *consil. 97. num. 1. & 2.* Feder. de Sen. *d. consil. 176. in fin.* cum aliis per Portium allegatis, ad quem brevitatis causa remitto.

Sed an de dotis lucro alere debebit, id supra expeditum est. Et quanquam Dd. hac de re loquantur intricatè *in l. consensu. C. de repud.* tamen si alia bona, præter dotem, sufficerent alimentationi, vel aliunde ali posset, existimo quod tunc de dote maritus alere uxorem non teneretur, quia illa cedere mariti lucro debet *d. c. plerunq. de donat. inter vir. l. consensu. C. de repud.* idque probat d. authen. sed hodie. *C. de adulter. & in Novella Unde sumitur.* cum non dotem, sed substantiam mulieris reliquam, salvis dotis pactis, monasterio in alimenta assignat. Ergo illis sufficientibus, nihil à marito hoc nomine peti potest vel debet, & de tali casu potest intelligi Panor. *c. ult. num. 3. de adulter.* cum vult, maritum retinere dotem, nec tamen alimentare eam debere: & Guid Pap. *singular. 568.* His autem deficientibus, existimo ex dote alimenta deberi, *ut per gloss. d. l. consensu verb. sibi habere. C. de repud. versic.* quia inde debet sustentari &c. cum hoc proprium sit dotis onus, scilicet ut pro dote, præcipuè illatâ, maritus uxorem alimentet *l. ex annuo. 16. de donat. inter vir. & uxor. Bald. l. pactum. in fin. C. de collat. Panor. c. ex literis. de divort.*

Advertendum tamen est, quod Guid. Pap. *singul. 568.* notanter dicit: amissa propter adulterium dote, teneri patrem ad filiam alimentandam, & ita videtur tacitè innuere, quod tale onus non incumbat doti, si aliunde habere mulier alimenta possit, nempe à patre, cujus est alere liberos etiam ingratos *l. imperator. ad Trebell. §. 1. in authen. de incest. nupt.* Specul. *tit. qui fil. sint legit. num. 15.* qui vult hoc maximè verum esse, quando illa pœnituit: ex quo consequenter inferri posse videtur, si postea non superfit, & aliunde habere nequeat hæc mulier, consanguineos
90 ad ipsam alimentandam teneri. Nam † ex charitate sanguinis, & æquitate, non ex vi patriæ potestatis, hoc alimentandi officium proficiscitur & debetur *l. si quis. §. utrum. ubi Barthol. num. 1. de lib. agnoscend.* unde & frater ad alimentandam sororem tenetur, & contrà in casu nostro gloss. *l. 1. verb. parentum. C. de alend. liber.* quam sequuntur ibi Salic. & Dd. Barthol. *d. §. utrum. num. 5.* Bald. *in l. 1. §. jus naturale. num. 6. cum sequent. de justic. & jur. & in l. qui filium. in fin. ubi pupill. educar. deb.*

Sed in puncto juris credo contrarium esse verius. Nam non est expeditum, quod pater cogatur alere liberos immerentes, & qui exheredari possint, multi enim tenent contrarium Gloss. Barthol. & Dd. *in l. si quis. §. idem judex. de lib. agnos. l. ult. C. de alend. liber. §. si igitur. in authen. ut cum. de appellat. cognos. l. divus. de parricid. Panor. c. cum haberet. num. 10. de eo qui duxit in matrim. Bald. in l. 1. §. jus naturale. num. 6. 7. de just. & jur.* Mar. *Mant. singul. 685. num. 1. Pet. Gerar. sing. 1. num. 1.* ut non videatur superior Guid. Papæ theorica esse tuta, nec procedere generaliter, nisi in filia pœnitente, & quæ amplius exheredari non posset, in quibus terminis loquitur Speculator, quem allegat. Doctores autem accipiendi sunt secundum ea quæ allegant *Barthol. l. non solum. §. si liberationis. num. 7. de libera. leg.* & tantum probant quantum allegant *Panor. in c. ad hoc. num. 23. de postulat. prælator.*

Sed ut ut sit de patre, qui propiore vinculo tenetur & jure naturali obligatus est liberis præstare alimenta *d. l. 1. §. jus naturale. ubi Bald. num. 6. 7. de justic. & jur.* ut hanc rationem ponderat Guid. Pap. *præalleg. loc.* tamen expeditum est, fratres non teneri ad alendum, quando is qui alendus est, propria sua culpa consumpsit *Salic. in l. 1. num. 2. in fin. C. de alend. liber.* & præsertim si dolo malo & culpa lata amisit, nam etiam filio ex hac causa pater alimenta denegare potest Bald. *authen. contra rogatus. num. 5. 6. 7. 8. C. ad S. C. Trebellian.* ubi addit & illam rationem, quod quilibet malefactor intelligatur tali culpa amittere (nam quodlibet delictum dolo præsumitur committi *l. si non convicii. C. de injur.*) & quod indignus sit misericordia qui ex delicto miser est &c. Multo ergo minus agnati tali casu ad almenta tenerentur, ut hic. Jam enim loquimur ponentes casum, quod separatio sit secuta, & matrimonium diremptum: nam ante frustra de alimentis quæritur, cum indubitate eorum onus ad maritum pertineat, ut ante probatum est. Hoc ergo casu separationis eveniente, cum amittat dotem mulier & separetur matrimonium ex adulterio suo *d. c. plerunq. de donat.* intelligetur proculdubio delictum hoc ejus dolo accidisse, alioqui separatio talis fieri non posset *Dd. c. quemadmodum. de jurejurand.*

rand. cum non subesset adulterium *l. penult. de adulter.* & cessante causa cessare deberet effectus *c. cum cessante. de appellat. Tiraq. reg. cessante causa.*

In præsenti ergo casu, si mulier alia bona paraphernalia non habeat unde alatur, nec superſit pater, qui alat, nec hoc onus subire volunt agnati, ut est verisimile, existimo quod de dote maritus alere mulierem teneatur, per expressam decisionem Glossæ in *l. consensu. verb. sibi habere. C. de repud. versic. quia inde debet sustentari,* & si reditus dotis non sufficeret, credo quod etiam sors & corpus dotis eo sit insumendum, cum dotis nomine & respectu alimenta potissimum debeantur mulieri *l. ex annuo. 16. de donat. inter vir. & uxor. Bald. l. pactum. in fin. C. de collat. Panor. c. ex literis. num. 3. de divort.* ad quod planus textus in l. quod in uxorem. *C. de negoc. gest. ubi* definitur, onus alimentorum & erogationum, quæ in mulierem conferri debent, ad eum pertinere oportere, ad quem dos soluto matrimonio redit: & debitis de aliquo patrimonio alimentis, ipsum patrimonium etiam totum eò impendendum sit, si fructus non sufficiant. *Specul. qui fil. sint legitim. num. 44. cum aliis supr. allegat.*

Ulterius autem invitus maritus non poterit gravari, ut supra ostensum est: itaque residuum aut de publico, aut à familia præstandum esset, cui æternum esset dedecus, si propinqui nobilem, quamvis nocentem, egere vel mendicare paterentur. Necare enim videtur qui non vult alere *l. necare. de agnoscend. liber.* Et sane hæc considerans non video quo consilio dicti propinqui repudiaverint conditionem à principe loci oblatam, qui illis suasit, ut ante litem ipsi adulteram ad se reciperent, & suo modo curarent. Cum enim propinqui maximè velint hoc dedecus familiæ esse occultatum, non potuissent hoc commodiore ratione confectum dare, quam ita semotâ ante litem muliere, & illo casu, cum separatio sententionaliter non esset facta, major spes fuisset, posse diuturnitate temporis, vel alio casu, mariti animum emolliri jam exulceratum, quæ sane spes superesset exigua separatione factâ. Accessisset & illud commodi, quod indubitate tunc de suo alere coactus fuisset maritus, utique nulla lite
91 vel sententia separationis consecuta: aut † si ipsi fecissent impensas tacitè, non animo donandi, semper à marito repetere potuissent, vel ejus heredibus, utpote ad hoc tamdiu, quoad separatio judicialiter facta non est, obligatis, per ea quæ tradit, quanquam ad aliud, Socin. *d. consil. 286. num. 1. 2. volum. 2.* Quare hortator adhuc dictis propinquis sum, ut quia lis needum est incepta, hac conditione utantur, & ad se recipiant mulierem, quam semper alibi, ubi videbitur expedire, alere poterunt, & tempore idoneo alimenta à marito vel ejus heredibus repetere, ut cujus negocium gesserunt *l. quod in uxorem. cum similib. C. de negoc. gest.* de quo utile esset propinquos contestari, tam in suis registris, quam coram testibus & notario, clam scilicet, quod non intenderent mulierem donationis causa alere, sed salvam habere negotiorum gestorum actionem contra eum, ad quem tale onus pertineret: *per notat. l. alimenta. C. de negoc. gest. l. Nesennius. ff. eod. tit.* Ita multo rectius occultum posset esse hoc dedecus, quam re omni in judicium, hoc est in publicum, prolata, & non esset necesse timere separationem, & onus alimentorum, quod à separatione incumbere posset, ut ante est dictum, nec aliud certè quod hic dem consilii habeo, sed reliqua dispositioni juris sunt relinquenda: (lex enim non suum, sed tuum tibi, ut dicitur, denegat auxilium) quod quale hac in parte sit, ad resolutionem singularum quæstionum invenitur expeditũ.

Undecima quæstio similiter ex prioribus resolvitur, nam † marito ad separationem 92
agente & obtinente sequitur amissio dotis *d. l. consensu. C. de repud. Dd. d. auth. en. sed hodie. C. de adulter. gloss. Dd. in c. plerunq; per illum tex. de donat. inter vir. & uxor. ubi Panor. hoc notat n. 1. Specul. de divort.* §. 2. Panor. *c. ult. n. 6. de adulter.* ubi dicit, secuta sententia maritum lucrari dotem *& in c. tua. n. 7. de probat.* Bona tamen paraphernalia maritus non lucratur, sed restituere debet, ut dicit gloss. *d. c. plerunq; verb. dotabilem. in fin.* & hoc sequuntur pleriq; Dd. ut confirmat ibi Panor. *n 8.* addita ratione, quod tantum loquatur de lucro dotis, eoq; cum simus in pœnalibus & odiosis illud ulterius extendi non debeat. Quare verum est reliqua extra dotem mulieris bona, asservanda esse pro alimentis mulieris, sicut olim monasterio, cui includebatur, assignabantur *d. authen. sed hodie. C. de adulter.*

Duodecima de pœnis adulterii etiam per superiora est expeditum, diximus enim non nisi semel pro multis adulteriis pœnam imponi posse. Pœna † autem in mulieribus or- 93
dinaria & summa ac maxima est fustigatio & detrusio in monasterium *authen. sed hodie. C. de adulter. ubi omnes Dd. & in Novellâ unde sumitur.* quare minor etiam imponi possit pro consuetudine locorum & personarum, statu ac delicti qualitate *Barthol. l. si quis vidu. in. de quæstio. Fab. §. item lex Julia. n. 2. & 3. Inst. de pub. judic. Salic. in d. authen. sed hodie Angel. tract. malef. verb. chebai adulterato. n. 45. Roman. singul. 674. Boer. decis. 297. n. 12 cum seq.* Hic † autem ea pœna indubiè mitiganda esset,

Primum propter nobilitatem personæ *Barthol. d. l. si quis viduam.* Secundò ob pœnitentiã *Tiraq. de pœn. causa 28.* Tertiò ob metum & incantationem, quia ubi minor dolus ibi minus delictũ, & ideo minor pœna *Angel. tract. malefic. verb. scienter & dolose. n. 12. per l. impuberẽ. de fals. Bald. l. etsi senior. C. ex quib. caus. infam.* Imo ubi dolus abest, ex lata culpa adulteriũ non committitur, & proinde nec pœna locum habet *l. penult. de adulter. Socin. l. in lege. de sicar. cum similib.* Sed & hic judicio per maritum instituto non ad pœnam agitur, sed separationem, eoq; nec pœna decerni posset,
95 nec † acta civilis judicii istius sufficerent in criminali *Dec. consil. 175. circa n. 6. Dd. c. in literis. de præsumptio.* quia non plene ibi probant
96 *Barthol. l. final. n. 5. de in lit. jurand.* Etsi † autem hic confessa est mulier, quæ confessio in criminalib9 sufficit, non tamen quoad pœnam sufficeret, cum sit qualificata & temperata excusatione violentiæ & incantamenti *Panor. in fin. Felin. & Dd. in c. auditis. de præscript. idem Felin. in c. cum venerabilis. de except. c. significasti. 2. de homicid. Ferrar. lat. cautel. 5. cum ibi al-*
97 *legat.* multò † minus ad torturam perveniri posset, ex theorica Lanfranci de Orea *c. quoniam. verb. confessiones. n. 12. de probat.* Sed de hoc frustra quæritur, cum ante definitum sit, & verum credo, jam amplius ad adulterii pœnam contra hanc mulierem non posse perveniri, ex quo accusationi, & ideo officio Judicis, sit præscriptum per lapsum sex mensium utilium, ut ante est probatum, etiamsi pœnæ Canonicæ & ecclesiasticæ nihilominus imponi possent, quia his non præscribitur *Panor. c. tuæ. n. 6. de procurat. Rom. singul. 674. Boer. decis. 299. Tiraq. de pœn. caus. 28. n. 4. cum aliis supra adductis.* Verum harum nomine non
98 potest ad ullam torturam perveniri, cum † hæc non sit decernenda, nisi quando quæritur de pœna corporali, ne inquisitio sit gravior ipsa pœna *Barthol. l. penult. §. ad crimẽ. n. 11. 12. de public. judic. Panor. c. veniẽs. n. 8. de accusat.*

Ad Decimamtertiam quæstionem, an familia & agnati coercere & punire mulierem possent? respondeo quod non: nam hoc tantum licet in minoribus, ratione emenda-
99 tionis *l. unic. C. de emendat.* pœnam autem † adultis imponere nemo potest, nisi Judex, præsertim ob crimen adulterii, ut pulcre Panor. *c. ult. n. 6. de adulter. cum ibi allegat.* An
100 † vero teneantur defendere accusatam, etiam est expeditum, quod non, cum defendere sit voluntatis *l. liberto. 31. §. litem. de negoc. gest. l. sed & hæ. fin. de procurat.* Sed tamen grave est, mulierem propinquam relinquere indefensam, & desertam, in capitis judicio, cum infamia ad totam familiam pertinet *Barthol. l. lex Cornelia. in princ. de injur. Bald. l. unic. n. 5. C. de rapt. virg. & consil. 427. quædam. n. 7. & 8. volum. 5. Roma. consil. 451. n. 10.* Unde quod omnes tangit ad omnibus singulariter meritò debebat tractari *l. final. C. arbit. tutel.* Etsi autem propinqui hoc nomine non habent jus agendi, patre & marito exceptis *Barthol. d. l. lex Cornelia. n. 1. de injur. per l. 1. §. final. eod. tit. cum aliis allegat.* tamen habent jus defendendi, cum publicè intersit, nedum à conjuncto, sed etiam extraneo, reos defendere *l. servum. 33. §. publice. de procurato. Decis. Rom. 221. n. 3. & 35. n. 3 de procurat.* Quod si verecundantur defendere, tamen hic operam dare debent agnati, ut mulier habeat idoneum procuratorem, sicut hanc causam per procuratorem agere potest, & meo judicio debet *c. tuæ. de procurat. cum ibi nota.* & per ea quæ supra in ejus rei confirmationem adduximus. Nec solliciti esse debent, ubi manere debeat post relegationem hæc mulier, nam dixi, ob præscriptionem, hic ad pœnam criminalem perveniri nõ posse, qualis est proculdubio & relegatio: quæ † pro corporali & 101
capitali pœna habetur *l. 1. de public. jud. & l. si const. ante. in princ. ff. solut. matrim. Felin in c. meminimus. c. qualiter. 2 §. ad corrigendos. de accusat. Alex. consil. 116. vol. 2. late Boss. pract. criminal. de carcer. fidejuss. n. 7.* Habitatio porro & alimenta ex dote, quoad sufficit præstari debent, & post ejus mortem demum plenè viro adjudicari *gloss. d. l. consensu. C. de repud.* si tamen quid supersit: nam eò nedum fructus, sed etiam substantia patrimonii erogari debet, velut ante est probatum, quod si nec sic quidem suppeditabitur, certè planum supra factum est maritum ad nihil teneri hoc casu amplius, soluto matrimonio, & ex quo operas sua culpa mulier deinceps marito non præstat, sed nec agnati de rigore tenentur, verum quia jus alimentandi venit ex ratione & affectione sanguinis ut diximus ex Barthol. *in l. si quis in prius. de lib. agnoscend.* ideo non poterunt honestè, præsertim nobiles, detrectare, & pati propinquam indigere. Ac optimum esset consilium, ut clam nutriretur apud aliquem honestiss. hominem, vel viduam piam & prudentẽ, solitudine & loco minus celebri, inibiq; reliquum vitæ temp9 degeret, donec aut cum marito reconciliaretur, aut mortalitas hasce disceptationes finiret. Verum hæc non sunt juris, sed arbitrii & consilii, quod ex oportunitate personarum, rerum, locorum & temporum sumi debet: Et supra quid mei sit consilii ostensum est, ideo verbum non amplius addo.

Postremò non tenetur maritus fugitivum adulterum persequi, cum † nemo cogatur 102
extra officium vel promissionem inquirere aut indicare aut accusare reum vel maleficum *l. qui furem. 49. §. 1. de furt. l. metrodorum de pœn. tot. tit. C. Ut nemo ag. l. si Parsatoram. C. de fidejuss.*

de jusſ. tot. tit. C. Ut nemo invit. ag. vel accuſar. Jaſ. l. 1. §. ſi tibi. n. 2. & 6. de condict. ob turp. cauſ. & liceat etiam, jure potiſſimum novo, adulteram abſque adultero, vel contra, accuſare ut notatur in l. crimen. cum LL. ſeq. C. de adulter. ac ſit hæc actio ſeparationis civilis d. c. tua. de
103 procurat. quæ nulli † competit quam ſolis conjugibus & adverſus eoſdem Panor. d. c. tua. n. 7. verſic. Tertiò poteſt agi de adulterio civiliter, ut ſeparetur matrimonium quoad thorum, & ut accuſator lucretur dotem vel donationem propter nuptias, & ad hanc accuſationem admittuntur ſolum conjuges. c. quemadmodum. de jurejuran. c. quanto c. gaudemus. de divort.

Quare cum † civilis actio non præjudicet 104
criminali atq; è diverſo l. unic. C. quan. civil. ac. Barthol. l. 2. de vi bonor. rapt. & in terminis noſtris Panor. d. c. tua. n. 5. & judicium, quod inter ſolos conjuges conſiſtit, alterius nocentis perſonæ præſentiam aut accuſationem non requirat, conſequens eſt rectè maritum ad ſeparationem hic agere poſſe, etiamſi criminaliter contra adulterum non procedat aut procedere non poſſit. Salvo.

Consilium CCCXVIII.

An Feudum possit sine requisito, vel etiam habito, conſenſu domini, per vaſallum alienari.

SUMMARIA.

1. *Feudum ſub poteſtate alienandi conceſſum, ſine ſpeciali conſenſu Domini alienari poteſt. & num. 3.*
2. *Verba ſecundum naturam contractus, cui appoſita, ſunt accipienda.*
4. *Heredes etiam vaſallorum feudum ſub alienandi poteſtate conceſſum, abſq; novo domini conſenſu alienare poſſunt: quod limitatur per diſtinctionem. num. 5. ſed rejicitur iſta diſtinctio. num. 7.*
6. *Verbum* Habeat, *cum effectu accipiendum.*
8. *Alienatio feudi ſub poteſtate alienandi conceſſi, trahitur ad tempus factæ conceſſionis.*
9. *Pactum nullum otioſum eſſe, ſed aliquid operari debet.*
10. *Feudum ex ſua natura, etiam extra pactum, cum conſenſu Domini alienabile eſt.*
11. *ad validitatem alienationis feudi, ſub alienandi poteſtate conceſſi, non opus eſt Domini conſenſum, vel pro honore ſaltem, requirere.*
12. *niſi Dominus in conceſſione alienationis adjecerit: noſtro beneplacito vel aſſenſu interveniente:*
13. *tunc tamen ſine juſta cauſa aſſenſum recuſare non poteſt Dominus. & n. ſeq.*
14. *Requiſitio adſenſus Domini etiam poſt mortem alienantis fieri poteſt.*
15. *Juſta denegandi adſenſum ad alienationem cauſa non eſt, ſi vaſallus filios non habeat, & ſic Domino ſpes caducitatis affulgeat.*
16. *Jus reluendi in conceſſione venditionis reſervatum, non habet locum in Donatione, ubi ratio.*
17. *Tenor duarum Juris Informationum.*

In Strittiger St. Belehnungs ſachen iſt in vorigen zu etlichen mahlen ertheilten deductionibus zu genügen außgeführet / daß diß Lehen / in krafft erſtes getroffenen Lehens Contract, ex pacto pro libitu alienabile ſey geweſen / vnd auch weiter außgeführt / daß ſolch Lehen nit allein vff vorgehenden anbot vendibile, ſondern auch nach gelegenheit der contract ohne vorgehende anbott Donabile ſey / vnd ſich die conceſsio vnd poteſtas vendendi auch in dieſem Fall auff die andere alienationis ſpecies, vnd ſonderlich donationem remuneratoriam ex cauſa factam, erſtrecke / vnd diß nicht allein per argumenta juris, ſondern durch die expreſſam literam inſtrumenti erwieſen: ibi: vmb Nothdurfft oder vmb andere Sachen wolten oder müſten dieſelbe Feſten vnd Lehenſchafft verkeuffen oder ſonſten entfrembden etc. Vnd iſt auch in angeregten deductionibus diß außgeführet auß Grund der Lehenrechten / daß diß Feudum von ſeiner vhrſprünglichen ankunfft alienabile ex pacto ſolche ſeine qualitatem & naturam alienabilitatis allzeit behalten.

Dieweil nicht zu finden noch beyzubringen / daß von solcher eigenschafft per expressum pactum, zwischen Lehenherrschafft vnd vasallen hierüber jrgendt getroffen/ were geschritten vnd solches geendert worden / vnd alles obgesetzt ist vorhin in den ermelten deductionibus auß grundt Rechtens vnd wahrer Geschicht dieses Lehenfalls zur genüge deducirt worden.

Nun möchte aber weiter dieser zweifel vnd Frag erregt werden / daß gesetzt/ wenn schon diß Lehen habe wieder gemeine Lehens arth mögen vorkaufft oder vbergabt werden / ob man dannoch nicht bey vorlust des Lehens schüldig/ in zutragenden Vorenderungen/ bey den Lehenherrn allzeit vmb consens anzusuchen.

HIerauff wird/ als in casu claro, ohne alle weitleufftige disputaten geantwortet vnd vngezweiffelich geschlossen / daß
1 wenn † ein Lehen / wie dieses ist/ erstes mals vorliehen cum potestate alienandi, daß solch Lehen hernach ohne licentz vnd consens der Lehenherrschafft möge vorkaufft / vergabt oder sonsten verendert werden / dann ob wol Speculator post Jacob. de Belvisoibi per eum relatum *Tit. de locat. §. nunc aliqua. versic. 94.* Quos etiam *ibi in addit*: Joan. Andreæ sequitur. darfür halten / daß solche der Investitur einvorleibte Wort nicht wircken / ut vasallus ex hoc possit sine consensu domini alie-
2 nare, quia † prædicta verba debeant accipi secundum naturam contractus, super quo sunt apposita *l. stipulatus. ff. de usur. l. si uno. ff. locat.* So halten vnd schliessen doch alle andere Fürtreffliche Feudisten mit gemeinem Hauffen das Wiederspiel/ Nemlich daß auff die alienation, in erster Belehnung per pactum dem Lehenmann vorgesetzt vnd bedingt / der Lehenmann vnd seine Nachkommen/ alsdann macht haben / jeder zeit jhrer freyen Gelegenheit nach/ solche Lehen/ auch ohne licentz oder consens der Lehenherrn zu alieni-
91 nempe quod † nati ex clerico, primam tonsuram habente, vel in minoribus solum ordinibus constituto, etiam beneficiato, & ejus concubinâ, per subsequens matrimonium sint legitimati per omnia, ita ponit Joan. And. *in novell. cap. sine culpa. de reg. jur. in 6.* Bald. *c. 1. §. naturales. n. 11. si de feud. defunct.* Nicol. de Ubald. *de Successʃ. ab intest. p. 1. n. 60. pag. 1. mihi fol. 604.* Didac. Covar. *in epit. lib. 4. decretalium. p. 2. cap. 8. §. 2. n. 5.* Duenn. *in fall. reg. 343. in 7. limita. vers. contrariam.* Valent. Forster. *de successʃ. ab intest. rub. de successʃ. leg. pag. 181.* quam sententiam communem dicit Francis. Bursat. *cons. 10. n. 10.* & ita decisum testatur Cacheran. *decis. 154.* Nefas igitur fuit ab illa opinione decedere, secundum quam in tam illustri Curia fuit judicatum, ut inquit Cravet. *cons. 91. n. ult.*

Corollarii loco subjicio, legitimationem
92 † favorabilem esse, & pro ea in dubio judicandum, *Menoch. cons. 18. n. 15. cum seq.*

RESOLUTIO CONTRARIORUM.

Superest ut ea, quæ huic conclusioni videntur adversari, diluantur, quo res omnis reddatur dilucidior. Ad primum itaque quod attinet, veritas est, etiam jure
93 † civili non prohibitum viro nobili ducere in uxorem pauperem & vilem, *l. humilem. C. de incest. nupt. l. 1. cum auth. seq. C. de nat. lib. §. ult. No. 18. de trient. & semiʃʃ.* plenè Menoch. *consil. 8. n. 9. & 17. 18.* Et licet aliter statutum vel du-
94 bium esset jure civili, tamen cum † hoc clarè sit decisum jure Canonico, huic in matrimonialibus, ut spiritualibus esset standum, *cle. dispendiosam. de jud. August. Berous quæst 132. n. 1.* etiam in foro seculari, *cap. fin. de secund. nupt. Ruin. consil. 211. n. 3. vol. 1. consil. 78. n. 7. vol. 3. Paris. cons. 13. n. 51. p. 2. Schurff. cons. 1. n. 15. 16. cent. 1. Roland. à Valle consil. 93. n. 14. vol. 3. Idem tract. de lucro dot. quæst. 101. n. 7. Cacheran. decis. 154. num. 9. Duenn. in fall. reg. 343. 18. ampliat. Card. Paleot. tract. de noth. & Spur. cap. 12. n. 7. Hartmann. ab Epping. lib. 2. pract. observat. de matrim. decis. 2.*
95 *incip. non obtinet.* Etenim † hoc jure licet viro nobili ducere ancillam vel vilem aliquam mulierem in uxorem, & filii ex ea nati sunt æquè legitimi atque si ex uxore nobili essent nati, *tex. c. recurrat. 32. quæst. 4. c. 2. c. ult. de conjug. servor.* pulcrè Nicol. ab Ubald. *de*
96 *successʃ. ab intest. §. 1. n. 62.* Imò † licet hoc jure ducere meretricem in uxorem, *cap. integritas. §. ult. 32. quæst. 1.* quam † tamen in- 97
famia laborare reputamus, *Paris. consil. 54. n. 49. p. 4.* nec † gaudere honestarum mulie- 98
rum privilegiis, *Cotta verb. meretrix.* Unde
† & testimonium perhibere prohibetur, 99
Paris. consil. 67. n. 80. p. 3. Roland. à Vall. consil. 24. num. 84. vol. 1. Roiz. decis. Zitua. 4. num. 122. Imò
† hanc ducere inter opera charitatis nume- 100
ratur, *cap. inter opera. de Sponsa.* Ex † quo 101
sequitur, liberos istos per subsequens matrimonium esse legitimatos, *Nicol. de Ubald. de successʃ. ab intest. num. 62. Covar. in epit. decret. lib. 4. p. 2. cap. 8. §. 2. n. 9. Andr. Tiraq. de nobil cap. 20. n. 173. Phanuel. de Phanu. tract. de lucro dot. in gl. verb. per mortem. n. 33. cum seqq. Petrus Duenn. in fall. reg. 243. vers. octavò fallit. Valent. Forster. de successʃ. filior. legitimator. pag. mihi 188.* Atque hanc sententiam communem dicit Francis. Bursat. *consil. 10. n. 9.* Michael Grass. *lib. 2. opinio. cap. 5. quæst. 8.* eamque de notoria consuetudine optima ll. interprete, *l. si de interp. 37. de legibus* receptam dicit ex Sylvano Cacheran. *decis. 154. n. 12.* ac secundum illam in terminis determinantibus consuluere Jason *cons. 234. vol. 2.* Schurff. *cons. 1. cent. 1.* Menoch. *cons. 18.* & secundum illam in terminis conclusum ac judicatum in Senatu Pedemontano, *Cacher. decis. 154.*

Et quidni hoc procederet? quando etiam natus ex † vili & turpi persona, rescripto ac 102
Codicillis Imperatoris, vel Comitis Palatini, legitimari possit, *§. sic igitur. quibus mod. nati eʃʃ. legit. in Novellis.* Ea † autem quæ fit 103
per subsequens matrimonium legitimatio multò sit potentior ac efficacior eâ, quæ fit per rescriptum, quando illa à natura, hæc vero ab arte procedat & perfectionem habeat, *Roland. a Valle consil. 100. n. 6. vol. 2. Menoch. cons. 18. n. 13. Cacher. decis. 154. n. 12.* Quin imò Jason *d. consil. 234.* tradit, non † posse Papam 104
statuere, ut liberi nati ex concubinatu, etiam ex vilissima muliere, non possint per subsequens matrimonium legitimari, multò igitur minus inferioris statuto provinciali excludi possunt à feudis, tanquam minus legitimi & degeneres.

Expedita est prima dubitandi ratio, nunc ad secundam respondeo: Etsi quidem jura civilia, ut legitimatio per subsequens matrimonium procedat, requirant confectionem dotalium instrumenrorum, illa † tamen 105
tum demum obtinent, cùm alii liberi legitimi scilicet & naturales supersunt, *Carol. Ruin. cons. 211. nu. 3. vol. 1. arg. §. si vero. No. quom. nat. eʃʃ. legit.* In quibus terminis hic non sumus. Quod etiamsi jura civilia indifferenter requirerent confectionem dotalium instrumentorũ, illud tamen jure Canonico, quod

illi hac in materia derogare diximus, non obtinet, quo † valet matrimonium absq; illius instrumenti confectione. *Abb.Panorm. cap.tanta.nu.2.qui fil.sint legit. Hypp.sing.250.Paris.consil.13. nu.46.p.2.cum seq. Carol.Ruin.consil. 211.n.4.lib.1.Schurff.cons.1.n.15.cent.1.* Et hanc communem dicit Did. Covar. *in epit. lib. 4. decret.p.2.c.8.§.2.num.8.* latè Duenn. *reg.343. versic. decimò limitatur.* Valent. Forster. *de success.fil.legit.mihi fol.170.* Villalob.*in com.opin. verb. legitimatus.n.74.* & secundum hanc sæpius se consuluisse ait Panorm. *c.tanta.num. 2. Qui fil.sint legit.* ubi etiam notat, hanc sententiam à Legistis in practica teneri, qua in re ei, † tanquam excellenti & famoso Doctori, meritò fides est adhibenda, *Rod.Suar. in rep. l.post rem judicatam.mihi pag.617.n.47.ff. de re judicat. Idem in proœm.lib. qui forus vulgò dicitur nu.17.cum seq.* & secundum hanc sententiam in Rota Curiæ Romanæ judicatum esse scribit Francisc. Bursatus *consil.10. num. 8.* Cuius † quidem Curiæ quanta sit auctoritas tractatur Sylva nupt. *lib.5. num.62.* Sebast. Vant. *de null.ex defec.jurisdic.deleg.num.18.cum seq.* Menoch. *consil.53. n. ult.* Vivius à nova Aquila. *in com.opin.lib.1. opin.182.* Anton. sane Garnatius *in addit. ad praxin Octav. Vastrii lib. 2.cap.17.* tantam esse, ait, auditorum rotæ opinionem, quantam Pythagoræ apud Pythagoricos, ut nullus non satis esse putet dicere: sic Rota definivit.

106 (margin number, beside "obtinet, quo † valet")
107 (margin number, beside "re ei, † tanquam excellenti")
108 (margin number, beside "Cuius † quidem Curiæ")

109 Quinimò † etiamsi (citra veritatis tamen manifestæ præiudicium) detur, ad legitimationem per subsequens matrimonium, de utroque jure, requiri conscriptionem dotalium instrumentorum, tamen ea ipsa jura de instrumentis nuptialibus, per quæ matrimonium contractum esse, nō per quæ dotem constitutam esse probari possit, intelligenda sunt, *gl. marginalis in auth. sed novo jure verb. dotalibus. & auth. maximis. C. de nupt. Carol.Ruin.cons.211.n.3.vol.1.* quam quidem interpretationem trita vulgò regula commēdat: dotem sine matrimonio esse non posse, sed matrimonium absque dote. Cum autem in casu nostro de matrimonio per scripturam quatuor testium fide dignorum subscriptione munitam constet, dicendum est, nos instrumentis dotalibus non destitui.

Restat ut tertiam obiectionem diluamus, & quoniam illa solum auctoritate Bartoli, quam simpliciter sequitur Cravetta, nititur, videamus quibus juribus & rationibus Bartolus nitatur. Vulgatum enim est, Doctoris † dictum intelligendum, trutinandum & declarandum esse secundum rationes & leges, quas allegat, *Paris.consil.71.n.21.p.3. Roland.à Valle consil.68.n.18.vol.1. Cephal.consil.116. n.10. Menoch.consil.35.n.30. Port.consil.105.num. 20.Schurff.cons.9.n.10.cent.3. Zas.consil.12.nu.84. lib.1.Afflic.decis Neap.73.n.4.Cacher.decis.Pedemont. 161.n.14.* Et sic si jura & rationes allegatæ non relevant, ipsa quoque opinio corruet. Primò, inquit Bartolus, clericus in minoribus ordinibus beneficiatus per contractum matrimonii cum concubina non legitimat liberos ex illa procreatos, quia concubinatus clericis totaliter est prohibitus. Verum si hæc ratio stringeret, sequeretur maximum inconveniens, eversio & correctio totius materiæ legitimationis per subsequens matrimonium. Etenim † cum non solum inter clericos, verum etiam inter omnes indistinctè homines, tam lege pontificia, quam divina, concubinatus sit prohibitus, *cap.nemo sibi blandiatur.c.dicat aliquis.32.quæst.4.Cravet.consil.229.n.11. Port. Imol. consil. 21.n.17.* sequeretur ex traditione Bart. nullos liberos in concubinatu susceptos posse per subsequens matrimonium legitimari. Absit autem ut hoc dicamus. Secundò allegat Bart. l. etsi contra. C. de nupt. ex qua itidem arguit, liberos ex clerico, in minoribus ordinibus constituto, & concubina natos, per subsequens matrimonium non legitimari, quia illa eo tempore, quo nati sunt liberi isti, non potuit esse uxor. Verum hæc argumentatio nec usque quaque vera est, nec ex textu commodè elicitur. Etenim supra demonstratum, clericum † in minoribus ordinibus constitutum, etiam beneficiatum, indistinctè & quandocunque placet matrimonium contrahere posse. Et sic non solum illo tempore, quo liberi ex concubina suscipiuntur, illa concubina uxor esse potuit, verum etiam ante illud tempus. Planè † ad allegatam legem quod attinet, illa in provinciæ præsidibus loquitur. Hi durante magistratu cum subdita matrimonium cōtrahere de jure civili (secus enim est de jure Canon.) idq; propter præsumptionē metus (à parte mulieris) & violentiæ (à parte præsidis) nequeunt, *l.si quis officium.38.l.qui in provincia.57. de ritu nupt.* At clericus in minoribus nullo tempore contrahere prohibetur. Ex quibus apparet, Bartolum ex frivolis & malè contortis rationibus ac allegatis suam sententiam defendere. Quanquam etiam allegata ab eo lex ex jure civili prolata sit, quod ipsum in causis matrimonialibus non obtinet. Et sic in hac quæstione nuda manet auctoritas † Bartoli, nudumq; nomen, quod ipsum licet maximum sit, *Nic.Boer.cōs.4.n.11.Thom.Grammat.decis.63.n.15.Dam. houd. tract.de subhast.cap.4.n.1.* tantum tamen in hac parte non est, quemadmodum nec esse debet, ut nos à juris veritate & communi senten-

110 (margin number, beside "ris † dictum intelligendum")
111 (margin number, beside "subsequens matrimonium. Etenim † cum")
112 (margin number, beside "supra demonstratum, clericum †")
113 (margin number, beside "† ad allegatam legem")
114 (margin number, beside "manet auctoritas † Bartoli")

ſententia,in Pedemontano conſilio Arreſto
comprobatâ, abſtrahere debeat. Veritas
115 † enim res eſt ſolidiſſima, murus inexpu-
gnabilis, & omnibus rebus anteponenda,
3. Esd. cap.4. Afflict. decis. Neap.253.nu.7.Cacher.
decis.29.n.1.Sylva nupt.lib.5.n.112.113.Schurff.con-
ſil.59.n.1.cum ſeq. cent.2. Vulgatum eſt: ami-
116 cus † Plato amicus Socrates, magis tamen
amica veritas.Thom.Grammat.decis.Neap.18.in
princ.Cravet.conſil.138.n.ult. Errandi cauſam
Bart. dedit, quod non crédidit, clericos in
minoribus ordinibus conſtitutos contrahe-
117 re nuptias poſſe, & hinc tutum † non eſt,
falcem in alienam meſſem mittere, ut in his
terminis & hac materia dicit Nicola. de U-
bald. de ſucceſſ.ab inteſt.§.1.pag.605.n.60.vers.ſed
ſalva pace.
118 Quod † ad uſum, poſtremò, loquendi
attinet, etiamſi probatus eſſet, juris veritati
nihil derogare poſſet.

QUARTA QUÆSTIO.

RATIONES DUBITANDI.

119 AD ultimam quæſtionem quod attinet,
videri poterat iſtos † liberos in feu-
do paterno nullum jus habere,utpo-
te, primò naturales, cap.unic.§.naturales.ſi de
120 feud.defunct. qui † cum ſit clarus textus,
non eſt locus dubitationi, l. ancillæ. C. de fur.
Roland. à Valle conſil.25. in princ.vol.1.
121 Secundò quia † qui famam perdit feu-
dum amittit, ut ex Bald. & Afflict. notat Ce-
phal.conſil.1.n.ult.Menoch.de rem.ret.poſſ.remed.
122 3.n.679.Rot.Bon.decis.77.n.4. Legitimati †
autem ſunt infames. Alex.conſil.94.num.5.lib.1.
Ferdinan.de Thiennis (illius enim eſſe con-
ſilium teſtatur Franciſc. Marzar. in epit.fidei-
com.p.2.quæſt.30.) inter conſilia Portii Imol.
cons.106.n.98.Mynſing.obſerv.31.cent.4.
123 Tertiò quia legitimatus † in emphyteu-
ſi eccleſiaſtica non ſuccedit. Alex. cons. 128. n.
7.vol.1.Ruin.Con.36.n.7.vol.1. Aſcan.Clem.de pat.
124 po.c.5.n.56. Eſt † autem bonum argumentum
ab emphyteuſi ad feudum. Everar.loc. ab em-
phyt. ad feud. Rolan. à Valle cons. 59. n. 74.vol.2.
Menoch. cons. 16.n.2. Cacher. decis. Pedemont.53.
n.16.

RATIONES DECIDENDI.

125 HIS † tamen non obſtantibus contra
ſtatuendum eſt, primò per cap. tanta.
Qui fil. ſint. legit. ex quo ſic concludit,
Menoch.cons.16.n.1.

Secundò, quoniam † in materia ſucceſ- 126
ſionis nihil differunt ita legitimati a legiti-
mis, l.cum quis.Cod.de nat.lib.§.& quoniam.In
auth. Quom.nat.eff.legit.gl.d.c.tanta. Alex.cons.
88.n.4.lib.7. Paris. cons.13.n.33.cons.15.n.1. cum
ſeq.p.2. Schurff. cons.1.n.14.cent.1. Phanuel. de
Phan. in tract.dot. gl.verb.per mortem num.36.
ubi hanc ſententiam communem dicit, quæ
tam in terris Jmperii quam eccleſiæ vera eſt.
Paris.cons.13.n.51.p.2.Palæot. de nothis & Spuriis
cap.12.n.6. ſicut † concluſum in Curia Rot. 127
nempe quod ſuccedant etiam in terris im-
perii,teſtatur Franciſc. Marzar. in epit.fid.p.2.
quæſtion.30.vers.& quia in ejusmodi.

Tertiò, legitimati † per reſcriptum,mo- 128
do id exprimatur in Codicillis principis,
ſuccedere in feudo poſſunt, gloſſ. Bel. Iſern.
Laud.& reliqui.Feudiſtæ.cap.unic.§.naturales.ſi
de feud.defunct. Abb.c.tanta.n.7. Qui fil. ſint le-
git. Afflict.decis.Neap.195. Molin.conſuet. Paris.§.
8.gl.1. verb.le fils aisne.n.38. Ita in terminis Sig.
de Homod.cons.218.n.4.cum ſeq.Franciſc.Bur-
ſat. cons.10.n.2. & communem dicit Laurent.
Kirchoff cent.3. conclus. 21. Atqui legitimatio
† per ſubſequens matrimonium multò po- 129
tentior eſt illa, quæ fit per reſcriptum. Paris.
cons.13.n.36.p 2.

Quartò, quod † legitimatus per matri- 130
monium in feudo ſuccedat, tenent Abb. Pa-
norm. n. 7. d. c. tanta. Jacob. Belvis. Præpos.
Bald. Laud. & alii. d.§. naturales. ſi de feud. de-
funct. Alexand. l.ex facto. §.ſi quis rogatus.n.18.
ad Trebell. Jaſon. l.cum autem n.10.C.de inſtit.&
ſubſt.& conſil.168.nu.6.vol.4. Zaſ. in epit.feud.p.
8.ſub finem Franciſc.Duaren.de feud.cap.11.Ni-
col. ab Ubald. de ſucceſſ.ab inteſt. §. 1.n.65. Va-
lent. Forſter. de ſucceſſ.ab inteſt. rub. de ſucceſſ.
fil.leg.pag.185. Card. Paris. conſil.13. num.44.p.2.
Roland. à Valle conſil.ult.n.10.vol.2.Joann.Ce-
phal. cons.23.n.30. Schurff. cons.1.n.17.cent.1. u-
bi dicit ſic pronunciari quotidie & conſuli.
Item Burſatus cons. 10. n. 6. ubi teſtatur in au-
la Cæſaris ſic inductum, & inter Nobiles
Voitlandicos ab Electore.Baſilius Monner.
tract.de clandeſt.conjug.mihi pag.68. Hanc ſen-
tentiam inſuper tenent & communem di-
cunt Covar. in epit. lib.4.decretal.p.2. cap.8.§.2.
n.27. Aſcan.Clem. de patr.pot.c.5.n.57. Anton.
Blanc. de compromiſſ.q.3.n.3. Jacob. Menoch.
cons.16.n.14. Petr. à Duenn. reg.343. in 6. ampl.
Villalob. com. opin.verb.legitimatus.n.73. Port.
Imolens. lib. 4. conclus. 36. Franciſc. Viv. lib. 1.
com.opin.op.123. Jul.Clar. §. feudum.quæſt.82.n.
4. Mich. Graſs. lib.2.opin.com.c.5.q.10. qui cum
hanc communem dicant, ab † ea in con- 131
ſulendo & judicando non eſt recedendum.
Cravet. cons.91.n.ult. Paris.cons.33.n.28.p.4. Ro-
land.

land. à Valle consil. 60. n. 36. vol. 1. Henn. God. consil. 37. n. 2. Catell. Cotta in memorab. verb. opinio communis.

SOLUTIO OBJECTORUM.

132 Totius autem negotii pondus in solutione obiectorum conquiescit. Ad † §. naturales, obiectum quod attinet, is in legitimato per rescriptum, non legitimato per matrimonium exaudiendus est, *Abb. Panorm. d. c. tanta. n. 7. Paris. cons. 13. n. 41 p. 2. Schurff cons. 1. n. 17. cent. 1.* & hanc crebrius sententiam placuisse testatur Schenck *d. §. naturales.* qui licet indistinctè loquatur, non tamen comprehendit per subsequens matrimonium legitimatos, quia † non pro naturalibus
133
134 sed legitimis habentur, *d. c. tanta,* & ut † aliæ leges, sic etiam feudales, sacros hic canones sequi non dedignantur, *c. ult. ubi gl. de secund. nupt. c. 1. de oper. nov. nunciat. §. fin. Nov. 83. ut clar. apud Præpos. Episc.*

Secundum de infamia negatur. Legiti-
135 matio † enim hæc omnem maculam abstergit, *Alex. l. ex facto. num. 22. de vulg. & pupill. Jas. l. cum autem. n. 10. C. de instit. & substit.*
136 Hinc † ita legitimatus in Episcopum eligi potest, cum tamen infames similium dignitatum capaces non sint, *c. cum in cunctis. 7. de elect. l. 2. C. de dignit. lib. 12. c. infamibus de reg. jur. in 6.*

Ac † potest etiam illa superior theorica 137
restringi ad legitimatos per principis rescriptum, *Cacher. decis. 121. n. 6.* etiamsi hic quoq; obstet, quod † iniuriarum teneatur, qui 138
codicillis imperialibus legitimatum de familia & agnatione esse negat, *Schurff. cons 2. cent. 1.*

Ita † quod de successione emphyteutæ 139
obiectum, accipiendum de legitimatis per rescriptum, ut in emphyteusi ecclesiastica non succedant, atque ita Doctores loquuntur & intelligunt. Nam † legitimati per 140
subsequens matrimonium in hac etiam succedunt, *Alex. l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 18. ad Trebell. Jas. l. cum autem. n. 10. C. de instit. & subst. Card. Paris. consil. 13. n. 43. p. 2. Iacob. Menoch. consil. 16. nu. 2. Petrus Ducnn. reg. 343. in 7. ampliat.* Unde argumentum ab emphyteusi ad feudum non solum non oppugnat hanc sententiam, sed firmat. Nam si in emphyteusi taliter legitimati succedunt, ut modo probavi, certè etiam in feudo per illud argumentum.

DE EADEM MATERIA SUBSCRIPTIO AUCTORIS, ET ANNOTATA quædam ad consilium præcedens, de præmissis quatuor quæstionibus.

SUMMARIA.

141. *Feuda data sub annua pensione an sint degenerantia? Et quid si ad certa servitia præstanda dentur? n. 142.*
143. *Ecclesia non curat servitia personalia, sed reditus bursales.*
144. *Feuda Ecclesiastica pro canone & pensionibus concedi solent.*
145. *Servitiorum in aliud onus mutatio non est contra naturam & proprietatem feudi.*
146. *Mutatio naturalium nomen contractus non mutat.*
147. *Mutatio proprietatum speciem quidem non mutat in totum: illam tamen transformat in impropriam & denegerantem.*
148. *Conjugium Juris divini ac naturalis est.*
149. *& nullâ humanâ auctoritate tolli potest.*
150. *Papa contra jus divinum & naturale statuere vel dispensare non potest.*
151. *Vota contraria juri divino vel naturali non valent, etiam juramento confirmata.*
152. *Promissio turpis servanda non est.*
153. *Juramentum turpe non est obligatorium.*
154. *Turpia pro impossibilibus habentur.*
155. *Impossibilium nulla est obligatio.*
156. *Juramentum impossibile non obligat,*
157. *Jus naturale est immutabile.*
158. *nec statuto vel consuetudine mutari potest.*
159. *Libertas contrahendi matrimonii naturalis nullo modo alicui auferri potest.*
160. *ne quidem per jusjurandum.*
161. *ad Legitimationem per subsequens matrimonium multi requirunt, ut concubina sit matrimonio digna.*
162. *Spurii per matrimonium non legitimantur, sed naturales tantum.*
163. *Spurii in dubio præsumuntur magis quàm naturales.*
164. *Nati ex servitricibus pro Spuriis habentur.*
165. *Naturales ut nascantur filii multa requiruntur, & quæ? n. 167.*
166. *Naturales veri sunt pauci.*
168. *Matrimonium jure Canonico non præsumitur.*
169. *Jus Canonicum, quoad causas matrimoniales, etiam in terris Imperii & foro civili servatur. & n. 184.*
170. *Matrimonium non præsumitur inter personas inæquales.*

171. vel

171. *vel inter virum nobilem & rusticam devirginatam.*
172. *& quam honestè ducere non potuisset.*
173. *Legitimatio non præsumitur.*
174. *Legitimitatem suam legitimati probare debent: etiam ratione successionis obtinendæ. & num. 176.*
175 *Filiatio probari debet.*
177. *Carentiam defectus probare debet, qui ob illam aliquid consequi vult.*
178. *Talem quis se non probat, ut talis non admittitur.*
179. *Potestas patria non præsumitur, sed probatur.*
180. *in Legitimatione se fundans, ad successionem agendo, eam probare debet.*
181. *Legitimatio probatur probato matrimonio.*
182. *Matrimonium ubi est, ibi legitimatio.*
183. *Matrimonium inter nobilem & ignobilem consistit Jure Canon.*
185. *Meretricem ducere inter opera charitatis numeratur.*
186. *Violata à violatore est ducenda.*
187. *Stuprum non impedit legitimationem liberorum ex stuprata susceptorum.*
188. *Notorium non indiget probatione.*
189. *Notoria multa dicuntur quæ non sunt.*
190. *Notorium quod dicitur, si negatur, probandum.*
191. *Nuptiæ sunt probandæ, & quomodo? & num. 198.*
192. *Matrimonium plenè probandum: nisi incidenter saltem, nim. quoad legitimationem, de eo quæratur, & non principaliter. num. 194. & 197.*
193. *Matrimonii causa est ardua.*
195. *Probatio levior sufficit, ubi quid non principaliter, sed incidenter saltem & propter aliud probandum.*
196. *Consanguinitas, si de eâ non principaliter, sed successionis ratione quæritur, plenè probanda non est.*
199. *Probatio est onus magnum sumptuosum & dubium.*
200. *Legitimationem probare necesse non habet, qui est in possessione filiationis.*
201. *Illegitimitatem liberis objiciens illam probare debet.*
202. *Legitimati per Rescriptum Principis in feudis quidem succedunt, si hoc in rescripto fuerit expressum, sed in Domini præjudicium, non Agnatorum.*
203. *Dominus legitimando naturales Agnatis jus suum auferre nequit.*
204. *Legitimatos per subsequens matrimonium in feudis succedere communis est opinio, & in his terris usu recepta. & num. 206.*
205. *Legitimati per subsequens matrimonium consequuntur jus liberorum, etiam quoad successiones.*

SUBscripturus eleganti responso & erudito JCti. D. T. E.B. momentosiora quædam strictim ad rem, ut opinor, accommodata, submonebo.

IN prima quæstione, quod dominus
Consulens posuit, feuda † data sub an- 141
nua pensione esse degenerantia, illud
controvertit Zasius *p. 12. num. 20. 21. 33. & passim.*

Et sane si hic non tantum sub illo canone,
sed etiam ad præstanda reliqua servitia incerta,
data essent hæc, de quibus disceptatur,
feuda, videretur illa probabilis opinio,
quemadmodum & Curtius tum † dege- 142
nerare, dicit feudum, quando conceditur,
ut certa servitia præstentur, & nulla alia. Ex contrario igitur sensu infert, cum etiam aliorum incertorum servitiorum obligatio manet, tum esse feudum nihilominus proprium. *Curt. trac. feud. p. 4. quæst. 9. num. 28. cum ibi allegat.* quod pluribus confirmat Claud. Sysel. *in spec. feud. tit. de defin. & inven. feud. num. 46.*

Sanè verisimile satis est, hîc sub certis
præstationibus pecuniariis data hæc feuda
ecclesiastica, de quibur agitur, esse. Nam
ecclesia † non curat servitia personalia, 143
sed reditus bursales, ut dicit Bald. *c. 1. §. libellariæ. num. 3. in fin. de pace juram. firmand. Jason. in prælud. feud. num. 8. Claud. Sysell. de def. feud. vers. juxta præmissa. mihi fol. 50.* Unde
ecclesiastica † feuda, cujusmodi hæc sunt, 144
pro canone & pensionibus concedi solent. *Jas. in prælud. feud. num. 8. Claud. tit. de diff. feud. per Bald. c. 1. verb. libellariæ. num. 3. de pace jur. firm.* addunt tamen Bald. Jas. Claud. *præall. loc.* Zas. *d. p. 12. num. 32.* id in partibus Lombardiæ fieri consuevisse, quasi intendant esse illam consuetudinem tantum localem, sed & tum ait Zas. *ibidem.* feudum ejusmodi in reliquis manere, verum addita
ratione, quia servitiorum † obligationem 145
in aliud onus mutare non sit contra naturam feudi & propriam substantiam. *Claud. Sysell. loc. præallegat. Alex. consil. 79. in 5. dub. vol. 1. & cōs. 10. vers. decimò quæritur. vol. 5.* Zas. *in epit. cap. 12. n. 32.* qui tamen addit Cynum *in authen. ingressi. ad fin. C. de SS. eccles.* Bald. *l. liberti.*

C. de oper. lib. Jas. *in prælud. feud. n. 8.* putare, hoc feudum ad emphyteusis vel contractus innominati naturam accedere. Sed conclusionem, inquit, meam puto veriorem, cum aliquorum † naturalium mutationem nomen contractus mutari non faciat. *l. pacta. de contrah. empt.*
146

Claudius tamen Sys. per duas columnas *præall. loc.* dictam conclusionem tractat & eam sequitur, scilicet quod hoc feudum sit degenerans & improprium, ut liceat hîc sequi communem. *Bald. d. c. 1. §. libellariæ. n. 3. de pace juram. firm. Jas. n. 8. in prælud. feud.* contra Zasium, cujus etiam rationes sunt
147 infirmæ. Nam † licet mutatio proprietatum non in toto mutet speciem, in quota tamen & aliqua parte transformat, ut impropria vel degenerans species dici queat. *l. Lucius. ff. depos. l. 1. de æst. act. cum similib.*

Et tantum de prima quæstione.

ALtera minus habet dubii apud rectè institutos, utcunque fremant impuri cœlibatus authores & admi-
148 ratores. Conjugium † enim est juris divini ac naturalis. *Bart. n. 5. Cast. n. 11. & Dd. l. 1. in fine. de just. & jure. & Dd. in princ. Inst. de jur. nat. ubi* Glossa *verb. matrimonium* ait: ita esse de jure naturali, ut sit à DEO naturæ inditum & institutum. *tex. in c. sicut. §. his ita. 32. quæst. 2. c. 1. de voto & voti redempt. lib. 6. Host. tit. de matrim. n. 8. cum ibi allegat.* Ex quo
149 sequitur, nulla † hoc jus humana authoritate tolli vel mutari posse *c. 1. 2. dist. 10. Dd. c. ult. de consuet. Bart. l. omnes. n. 22. de just. & jure. Bald. l. 2. C. de usur. Alex. consil. 97. principalis. n. 2. vol. 1.* Schurff. *consil. 83. prædicta. n. 11. cent. 3. per c. ad audientiam. c. cum venerabilis. c. fin. de consuet. c. ad nostram. de probat. c. cæterum. de juram. calum. cle. 1. de usur.* addens, ne quidem millium annorum contraria observatione jus hoc abrogari posse. *per gl. c. fin. verb. na-*
150 *turali. de consuet.* adeò † ut ne Papa quidem contra statuere vel dispensare possit. *c. sunt quidam. 25. quæst. 1. gl. c. à nobis. de decim. c. non est. de vot. Abb. Felin. & Canonist. communiter. c. quæ ecclesiarum. de constit. Felin. c. fin. n. 8. de major. & obed. latè Dec. consil. 576. pro resolutio-*
151 *ne. n. 9.* nec † vota contraria valeant. *c. si quis. 22. quæst. 4.* etiam juramento confirmata. *Host. tit. de voto n. 1. in princ.* Nam ut inquit textus, in c. 1. *22. quæst. 4.* tolerabilius est stultæ promissionis vota rejicere, quam per inutilium promissorum custodiam exhorrendam criminum implere mensuram. Item
152 c. in malis *22. quæst. 4.* In † malis (inquit) promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incautè vovisti ne facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur.
Idemque de † juramento pronunciatur. *c. non est obligatorium. de reg. jur. in 6. Dec. consil. 45. n. 1. cons. 181. n. 2. consil. 536. n. 16. cons. 432. n. 15.* 153

Nam turpia † & scelesta, quæque servari sine flagitio nequeunt, pro impossibilibus habentur. *l. filius. l. conditiones. l. quidam. de condit. instit.* quorum † nulla est obligatio. *l. impossibilium. de reg. jur. c. nemo. eod. in 6.* etiam † in juramentis. *c. ad nostram. de jurejurand. Dyn. d. c. non est. in princ. Dec. in prælegat. consil.* 154 155 156

Deinde cum † jus naturæ sit immutabile. *§. pen. Inst. de jure nat.* nec † ullo statuto queat immutari. *Spec. Qui fil. sint legit. §. 1. n. 12. Marant. in spec. aur. jud. p. 3. n. 40. cum multis seq.* vel consetudine. *c. fin. de consuet.* sequitur nec † libertatem contrahendi matrimonii naturalem ullo cuiquam modo auferri posse. *Jas. l. 1. §. hujus studii. n. 12. de just. & jure. Alex. latè consil. 97. principali. n. 7. cum seq. vol. 1.* tex. in c. requisivit. *de sponsal. & matr.* ubi notatur, ne † per jusjurandum quidem posse impediri vel adstringi conjugii ineundi libertatem. *l. cum tale. §. rescriptum. de condit. & demonstr. l. ult. & tot. tit. C. de indict. vid. tollend.* 157 158 159 160

Et hæc de secunda Quæstione,

QVoad tertiam quæstionem, præcipuam quidẽ, illud præmitto, quod
† ad legitimationem liberorum, per 161
subsequens conjugium inducendam, plerique requirant, ut sint liberi nati ex concubina matrimonio digna. *Alciat. tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. Angel. §. sed & alium. in auth. Quib. mod. nat. leg.* quæ matrimonium non decoleret. *Bald. l. 2. n. 3. C. Quib. res jud. Chass. in cons. Burg. rub. 8. §. 13. verb. ab intestato. n. 15. per Dec. Card. Alex. c. tanta. Qui fil. sint legit.* Bald. *auth. si quis. C. de nat. lib.* ponderans illa verba textus: poterat esse uxor, scilicet de jure (inquit) & de facto, secundum naturam & bonos mores. *& in d. l. 2. n. 3. C. Quib. res jud. Cagnol. l. si qua. n. 5. C. ad SC. Orphit. Ruin. consil. 92. n. 18. vol. 3. & cons. 211. n. 5. vol. 1.* latissimè Hypp. Riminal. *cons. matr. 80. quæsitum. n. 14. 15. & per totum.* ubi dicit, hanc esse magnam ac singularem limitationem. d. c. tanta. & hoc Angeli dictum *in d. §. sed & aliud.* esse singulare, ac à nemine improbatum, ac Curtius Jun. *consil. 52. n. 2. vol. 1.* testatur hanc esse communem, ut nefas sit ab ea recedere. ad idem Tiraquellus in terminis nostris *de nobilit. cap. 15. n. 22.*

n. 22. Ex quibus colligitur, nobili huic
non potuisse honestum esse conjugium
cum rustica, sua servitrice & meretrice. *Bald.*
162 *l. 2. num. 3. C. quib. res judicat.* Sed nec † le-
gitimantur per subsequens matrimonium
spurii, verum solummodo naturales. *Bart.*
l. fin. de concubin. per d. c. tanta. Bald. l. eam.
num. 24. C. de fideicom. & l. si qua illustris. num.
3. cum seq. C. ad SC. Orphit. Cyn. l. etsi. 6. C. de
nupt. Mart. Laudens. in §. naturales. n. 9. & to.
si de feud. defunc. Ant. Trig. sing. 35. quidam. n. 4.
163 In † dubio autem præsumuntur magis spurii
& vulgò concepti quam naturales. *Alciat.*
præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. n. 3. 4. cum seq. Cravet.
164 *consil. 60. n. 32. cum seq.* & filii † quos habent ali-
qui ex servitricibus (ut nostro casu) dicuntur
spurii, non naturales. *Alciat. præall. loc. n. 6. ex*
Bald. d. l. eam. Oldrad. consil. 196. factum tale. Nam
165 † ad hoc ut filii sint naturales, multa requi-
runtur, scilicet ut sint nati ex muliere con-
cubina, quæ affectione propemodum ma-
ritali diu sit habita & detenta in schemate
conjugii & habitu concubinæ. *§. si quis au-*
tem defunctus. in auth. Quib. mod. nat. eff. sui.
l. 3. de concub. & debet intervenire protesta-
tio, eam teneri ut concubinam. *Bald. l. eam.*
n. 3. & 5. C. de fideicom. Menoch. consil. 60. longè.
num. 3. cum seq. Angel. consil. 225. videtur. circa fin.
Item venter imprægnatus custodiendus &
alia multa requiruntur, de quibus Bald. *con-*
sil. 262. recolo. n. 2. vol. 1. Menoch. *d. consil. 60. n. 3.*
quæ cum raro concurrant & sint meri fa-
cti, quod non præsumitur. *l. asseveratio. C. de*
166 *non num. pec.* ideo pauci † sunt verè naturales
propter multa, quæ requiruntur in legitimo
concubinatu, ut dicit Bald. *d. consil. 262. recolo.*
n. 2. vol. 1. Ferrar. *in for. lib. pro hæred. ab intest.*
167 *verb. nullis. n. 5.* inter alia requirens, quod †
tantum unica sit habita concubina *per Dyn.*
& Bart. l. concubinatum. de concubin. & ait esse
notandum pro istis magnatibus, qui te-
nent multas fœminas, quoniam ex eis præ-
gnati, non sunt propriè naturales.

Ex quibus rationibus videri poterat, istos
filios ex ancilla nobilis susceptos non esse
successionis ejus capaces. *Menoch. consil. 60.*
num. 30. nisi probent aliter se legitimos ac
168 naturales esse. Nam ut matrimonium †
non præsumitur jure saltem Canonico. *gl.*
c. illud. u. verb. uxorem. ubi Innoc. & Dd. de
præsumpt. Felin. c. per tuas. de probat. in fin.
169 quod † hodie quoque in terris Imperii &
foro civili servatur. *Bald. Salic. & Dd. l. si vici-*
nus. C. de nupt. Socin. dicens communem *consil.*
170 *39. visis. n. 5. vol. 1.* maximè inter † personas (ut
hîc) inæquales, *Socin. ibid. per l. 3. §. si emancipa-*
tus. de bon. poss. contra tab. c. super. 22. de testib. &
171 † virum nobilem ac mulierem rusticam &
devirginatam. *Nicol. Anton. consil. 82. n. 45. vol. 1.*
consummatr. quam † honestè ducere nõ potuis- 172
set. *Capoll. caut. 251. n. 2. Menoch. consil. 18. n. 4. & 9.*
Bart. d. l. 3. §. si emancipatus n. 1. de bon. poss. contra
tab. sic † nec præsumi debet legitimatio ut 173
conjugii effectum & sequela. *Bald. l. etsi. n. 4.*
C. de nupt. Alciat. reg. præsump. 2. præsumpt. 2. n. 2.
Glossa *c. lator. Qui fil. sint legit.* ubi expressè
vult, quod filii † legitimitatem suam proba- 174
re debeant. *& ibidem. Panorm. n. 6. & c. perve-*
nit. n. 4. eod. tit. Socin. *consil. 39. adsit. n. 1. vol. 1.*
Corn. *consil. 20. duo. n. 4. vol. 4.* qui dicunt esse
communem opinionem, quod quando filii
prætendunt legitimitatem, etiam ratione
successionis obtinẽdæ probare debeant, sic-
ut & † filiatio probari debet. *l. pen. de probat. c.* 175
per tuas. eod. Paris. consil. 13. n. 4. vol. 2. Bart. l. 1. §. 1.
de lib. ag. l. filium. de his qui sunt sui vel alien. jur.
Et † quod legitimatio probanda sit à filiis eã 176
sibi vendicantibus, est tex. in c. Michael. *de*
fil. presbyt. & in c. per tuas 12. *Qui fil. sint leg.* c.
per tuas 10. *de testib.* sicut & alias, qui † vult 177
aliquid consequi ob carentiam defectus, eam
carentiam probare debet. *Menoch. consil. 74. n.*
15. consil. 1. n. 416. & 249. Nullus † enim admitti- 178
tur ut talis, nisi se talem probet. *l. non ignoret.*
ubi Bart. Bald. Ang. C. Qui accus. Boer. decis. 10. cũ
similib. Sic † etiam potestas, patria non præsu- 179
mitur sed probatur. *Alciat. præsumpt. reg. 2. præ-*
sump. 2. n. 5. ex quo infert ibi Alciat. quod quã-
vis etiam ipse pater asserat aliquem suum es-
se filium, non tamen præsumatur legitimus.
Unde † qui agit ad successionem ut legitimus, 180
& sic in legitimatione sua se fundat, probare
hanc debet. *Panorm. c. pervenit. n. 4. Qui fil. sint.*
legit. Socin. cõsil. 39. adsit. n. 1. vol. 1. Feder. de Senis
consil. 208. addens hanc communem esse cõ-
clusionem. Hæc omnia tanti sunt momenti,
ut mihi quidem hac in parte non negligẽda
videantur, nam memini quosdã in ejusmo-
di lite admodum titubare, neq; liberis debi-
tũ præstare satis paternũ, maximè circa pro-
bationem. Uberius ergo sunt hæc dilucidãda.

Et sanè si † isti liberi probare possent aut 181
vellent contractum à parentibus suis ma-
trimonium, existimo quod inde satis proba-
retur legitimatio, *d. c. tanta. Panorm. c. lator.*
n. 6. post gl. ibi verb. probare. c. quod nobis. Qui
fil. sint. legit. quoniam † ubi matrimonium ibi 182
legitimatio. *gl. 9. spec. Sax. art. 37. lib. 1.* licet illud
tantum sequatur *d. c. tanta. Qui fil. sint legit. ubi*
omnes Dd. Nec obstat, quod ista mulier gene-
re fuerit impar viro, quoniam † cum ignobili 183
conjugium consistit potissimum jure Cano-
nico. *tot. tit. de conjug. servor.* & in terminis
Schurff. *consil. 1. cent. 1. per tot.* Jason. *consil. 234.*
pro parte. per tot. vol. 2. Hypp. Riminald. *consil.*
80. quæsitum. in 1. tomo matr. Tiraq. *de nobil. cap.*
15. num. 12. & 23. quod † hîc attendendum. 184
c. per venerabilem. Qui fil. sint legit. Socin.
consil. 39.

consil. 39. n. 5. vol. 1. Schurf. consil. 1. in præsenti. n. 16. cent. 1. & cons. 83. prædictæ. n. 11. centur. 3. ubi firmat, cōjugium nobili viro cum ignobili, quamvis à se ante cognita, constare.

185 Equidem † si inter opera charitatis numeratur meretricem ducere. c. inter. 20. de sponsalib. quantò magis à semetipso violatam,

186 quam † lex divina cogit ducere, canonica suadet & hortatur. c. 1. de adulter.

187 Et † sane si hujus constuprationis ratione impediretur matrimonium & legitimatio liberorum ante susceptorum, nunquam haberet locum c. tanta.. Qui fil. sint legit. nec tolleret subsequens conjugium maculam omnem, si hæc labes maneret aut esset impedimento, quod est contra sensum & verba d. textus & gl. c. qualis. 32. q. 5. Schurff. d. consil. 1. n. 15. cent. 1. Dec. cons. 155. Hypp. Riminald. cons. matr. 80. quæsitum. n. 20.

Quanquam autem asseratur hîc matri-
188 monium esse notorium, quod † probatione non indigeat. c. evidentia. c. qualiter. de
189 accusat. cum simil. tamen quoniam multa † dicuntur notoria, quæ non sunt. c. consuluit. 14. de appellat. Panorm. c. 4. n. 3. 4. de divort. i-
190 deò † in casu inficiationis probandum ab istis liberis, aut ipsum notorium Spec. de notor. crim. in princ. Canonist. d. c. consuluit. de appell. c. ad nostram. de empt. Bart. & Dd. l. si ve-
191 ro. §. qui pro rei. Qui satisd. cogant. aut † contractæ suorum parentum nuptiæ. Panorm. n. 4. c. pervenit. Qui fil. sint legit. & in d. c. 4. de divort. per testes. c. illud. de præsumpt. c. super. c. licet. de testib. Alex. consil. 64. in fin. vol. 5. Alciat. reg. 1. præsumpt. 47. n. 5. nominationem, cohabitationem, tractationem, instrumenta dotalia, reputationem vicinorum & similes modos, de quibus Bart. Bald. & Dd. l. si vicinus. C. de nupt. & l. filium. de his qui sunt sui. latè Socin. consil. 39. n. 5. vol. 1. Canonist. de præsumpt.

192 Quanquam † autem aliàs plenè probandum matrimonium est. gl. l. 1. §. si ea. verb.
193 uxorem. de vent. in poss. mitten. ut † causa ardua. Angel. de Castro consil. matrim. 34. visis. n.
194 4. & 5. vol. 1. consilior. matrim. tamen † cum hoc casu tantum incidenter de conjugio quæratur, non respectu contrahentium, sed quoad legitimationem liberorum, ideo sufficeret isto casu qualis qualis probatio ex cohabitatione conjugum, ut tradit Panor. c. lator. n. 6. Qui fil. sint leg. Nota, inquit, quod clandestinè contrahentes non præsumantur conjuges respectu scilicet viventium. Nam respectu filiorum præsumuntur conjuges, quod dictum est satis notabile. Ex quo infertur, quod natus ex masculo & fœmina simul habitantibus præsumatur legitimus quasi favore matrimonii præsumatur inter illos conjugium, pro quo facit l. in liberæ. de rit. nup. sed respectu ipsorum viventium canon præsumit potius stuprum ut d. c. aliter. 30. quæst. 5. in gl. alleg. ut sic inducantur ad palam contrahendum. Ac post de legitimatione subjungit: Hoc, inquit, satis procedit, si isti se vocabant conjuges (nota quod sola tractatio & nominatio conjugum pro legitimatione liberorum probanda sufficiat) ut voluit Innocent. in c. ex parte. de rest. spol. cujus dictum nota, quia habes ex his modum facilem probandi aliquem esse legitimum. Hæc sunt formalia verba Panorm. quem sequitur Felin. c. per tuas. in 7. notab. de probat. Septimò (inquit) nota, quod natus ex masculo & fœmina, simul cohabitantibus, præsumatur legitimus, licet talis cohabitatio non præsumatur aliàs matrimonialis, nisi probetur. Ad idem Innocent. in d. c. lator. n. 3. Qui fil. sint legit. & facit huc regula, quod quando † aliquid non propter se princi- 195
paliter, sed incidenter propter aliud (ut hic matrimonium & legitimatio propter successionem) probandum est, tunc levior semper probatio sufficiat. Bart. l. quidam. n. 4. de cond. inst. gl. l. sicuti. §. si quæratur. verb. possessoris. si ser. vend. Angel. n. 13. & Schneid. n. 18. 19. §. æquè. Inst. de act. etiam † consan- 196
guinitatis, quando non de ea principaliter quæritur, sed ratione successionis. Angel. l. non ignorat. C. de his qui accus. Panorm. c. transmissa. n. 4. Qui fil. sint legit. Unde † quando 197
mortuis parentibus de successione liberorum agitur, quæstio matrimonii ac legitimationis est tantum, tunc incidens, & ideo minore probatione habet opus. Felin. c. per tuas. n. 17. de probat. & sufficeret † probare 198
solam tractationem conjugalem vel cohationem. Felin. ibidem. Panorm. c. transmissa. n. 4. Qui fil. sint leg. Alciat. præsump. reg. 3. præs. 38. n. 5. 6. 7. 8. Alex. consil. 51. viso. n. 4. 5. vol. 1. Bald. consil. 138. mortuo. n. 3. 4. vol. 3. qui licet probationem requirat pleniorem filiis agentibus, quam quoties rei sunt, tamen communiter reprobatur, ut ait Decius, nam sufficit illis indistinctè minor probatio, quando quæritur tantum incidenter de legitimatione respectu bonorum & successionis, ita Dec. consil. 54. in causa. n. 3. per doctrinam Bart. l. non nudis. C. de probat. l. si negetur. n. 1. 2. de lib. agnos. pro quo tex. in l. si quis. 5. §. meminisse. §. solent. de lib. agnosc. Quia tamen magnum † & sumptuosum ac du- 199
bium onus est probationis, quoniam arbitrarium. l. 3. §. tu magis scire. & passim de testib. cum simil. Idcircò videndum, an non sine hoc istis liberis consuli possit. Et primò, si
† sint in possessione filiationis, non puto 200
illis probatione legitimationis opus esse, ut diser-

diserte testatur Panor. *n. 6. c. lator. Qui fil. sint. leg. vers. nisi sint in possessione filiationis.* Sed & absq; hoc arbitror verissimum esse, quod Innoc. *c. lator. n. 3. qui fil. sint leg.* notat ex illo tex.
201 cum † qui illegitimitatem liberis objicit, potius probare oportere indistinctè quam ipsos filios, quos præsumptio juris ab hoc onere sublevat, *ut l. sive possidetis. C. de probat. cum simil.*

IN quarta quæstione quod dicitur, eti-
202 am † legitimatos per rescriptum Principis in feudis succedere, si sit hoc in rescripto principis expressum, non videtur admitti posse simpliciter & generaliter, sed tantum in præjudicium Domini legitimantis, non agnatorum. *Jason. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 92. de lib. & posth.* *Menoch. consil. 16. n. 5. Bald.*
203 *l. causa. n. 42. C. de fideicom.* quibus † jus Dominus auferre nequit. *§. præterea. Quib. mod. feud. amitt. §. hoc quoq;. de alienat. feud pater. c. 1. Qui success. tenean. Cast. consil. 311. circa. n. 2. cons. 176. videtur. n. 3. vol. 1. consil. 290. visa. n. 1. cons. 142. videtur. n. 3. vol. 2. Bald. consil. 215. proponitur. n. 4. vol. 2. & l. 1. n. 31. C. Quan. non peten. partes. & c. 1. n. 2. de eo qui sibi & hæred. Alb. Brun. consil. feud. 1. circa. n. 83. Dec. consil. 193. pro tenui. n. 4. consil. 185. in causa. n. 15. Tiraq. de retrac. p. 1. §. 32. n. 39.* & ita videtur communis in §. naturales. *ubi Alvar. n. 2. per illum tex. si de feud. defunc.* & est de mente Schurff. *d. consil. 1. n. 18. cent. 1.* veruntamen quia non est nostra materia, haud quaquam eidem ulterius hic insistendum.
204 In † principali autem resolutione hujus quæstionis, etsi contra consuluerit Menoch. *consil. 16. n. 6. 8. 9. cum multis seq.* & multi nobiles hoc inductum vellent, & urserunt sæpius, tamen Collegia Juridicorũ, & sedes Scabinales nunquam hactenus induci potuerunt ad ita pronunciandum, sed sequuntur communem, quam propugnat Schurff. *consil. 1. cent. 1.* secundum quam in causa Voitlandica Saccorum, de qua ibi tractat, omnia tum collegia Germaniæ, Italiæ & Galliæ consuluerãt, & ipse tum Illustriss. Elector litis judex suffragiis & unione omnium JCtorum permotus, quamlibet multis invitis, secundum eandem sententiam pronunciare, & legitimatos admittere habuit necesse. Quamobrem secutus communem illum calculum & usum assentior hic domino consulenti, quando constet legitimatos † per subsequẽs 205
matrimonium jus liberorum, etiam quoad successiones consequi. *l. cum quis. cum auth. seq. C. de nat. lib. §. si quis igitur. in auth. Quib. mod. nat. Ferrar. in for. lib. pro hæred. ab intest. verb. nullis. n. 13. Jas. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 89. de lib. & posth.* sic † ut in bonis etiam feu- 206
dalibus succedere debeant. *Paris. consil. 15. n. 8. vol. 2.* secundum communem *Alvar. n. 13. & Dd. d. §. naturales. si de feud. con. Jas. consil. 168. n. 6. lib. 4. Dec. cons. 155. n. 4. Hypp. Mars. sing. 542. Ripa l. si unquam. n. 88. C. de revocand. donat. Curt. Jun. consil. 52. n. 2. cons. 64. n. 11. consil. 136. n. 1. Paris. consil. 13. n. 44. lib. 2.* Tiraq. *de jure primog. quæst. 34. n. 54.* ubi testatur esse communem *Menoch. consil. 16. quod jam. n. 14. Schurff. consil. 1. n. 17. centur. 1.*

Hæc ad prædictum consilium adjicere volui, Salvo tamen rectius sentientis judicio.

CONSILIUM CCCXX.
DE COLLECTIS.

SUMMARIA.

RATIONUM DUBITANDI.

1. Regali dignitate gaudẽtes jus collectandi habẽt.
2. Comites Imperii regali existunt dignitate.
3. Communitates & Universitates, omnimodam habentes jurisdictionem, exactiones civibus suis imponere possunt. Negatur num. 33. Distinguitur num. 39.
4. Collectandi jus de reservatis Principis non est.
5. Sed actus jurisdictionis omnimodæ.
6. Jurisdictio omnimoda cui competit, facultas collectandi datur. Contra n. 30.
7. de Specie idem judicandum quod de genere.
8. Omnem Jurisdictionem qui habet, omnia ea, quæ in eam veniunt, habere intelligitur.
9. Collectandi juri nullo tempore præscribitur. & n. 19. 23.
10. Collectandi jus est actus meræ facultatis. & num. 20.
11. Actibus meræ facultatis non præscribitur, & num. 21.
12. Collectæ, exigente necessitate, & ex justis caussis, semper exigi possunt.
13. Causæ collectandi justæ quæ? remissivè. & n. 46.
14. pro Collectis bona subditorum tacitè sunt obligata. & n. 16.
15. Similium idem est judicium.
17. Æs alienum collectas indicendi causa justissima est.
18. Res alienari prohibitæ ob æs alienum vendi possunt.
22. Juri superioritatis nullo tempore præscribitur.

RATIONUM DECIDENDI.

24. Collectandi jus singulari privilegio quærendum est: & num. 35. 44.

25. vel

25. vel præscriptione immemoriali & num. 37. 45.
26. in supremo imperii locatur gradu.
27. est de regalibus.
28. & præcipuis Reservatis Principi. & num. 41.
29. Subditis & magistratui detrimentosum.
31. Inferioribus à Principe non competit.
32. illis quippe nominatim est ademptum.
34. apud Principem summo est in gradu.
36. Præscriptio immemorialis privilegio par est.
38. probanda est.
40. Rogatio superioris pro jussu est.
42. Princeps subditos inferiorum, in casu necessitatis, collectare potest.
43. Comites, Barones & alii superiorem recognoscentes jus collectandi regulariter non habent.
47. Prodigalitas, cui resistenda, non est justa causa collectarum.
48. Deglubere subjectos Princeps non debet.
49. est species tyrannidis.
50. Rei suæ quisq; moderator est & arbitror.

EST satis implicata juris quæstio, an Comites & Barones, Ducibus imperii, ut patronis feudorum suorum & regionis subjecti, collectas imponere suis subditis, invito Domino, possint.

RATIONES DUBITANDI.

NAm prima consideratione videbatur dicendum, liberè Comites usurpare jus ejusmodi posse: quo-
1 niam nedum illi † qui in dignitate regali existunt *Bald. l. penult. C. de execut. rei judic. Rebuff. l. 1. C. de superindict. lib. 10. Alexand. consil. 136. in causa. num. 18. & consil. 145.*
2 *quoniam. num. 2. vol. 2.* quemadmodum isti † Comites imperii *c. 1. quis dicat. Dux. Comes. march. ubi Alvarot. num. 2. & c. 1. num. 1. de feud. marchia. per §. obtinet. in authen. de exc. reis. Curt. de feud. 1. parte. quæst. 8. num. 4.* sed
3 etiam communitates † & universitates, quæ omnimodam saltem jurisdictionem habēt, ejusmodi exactionibus suos cives atque subditos gravare non prohibentur *gloss. ad verb. proconsul. ubi Barthol. in l. 1. §. quod si nemo. ff. Quod cujusq; universitat. & idem Barthol. in l. 1. ubi Dd. C. de superind. lib. 10. & in l. 1. C. de mur. in quo loc. lib. 10. Barthol. Angel. Imol. in l. 4. §. actor. de re judicat.* ubi dicit Angelus, se hoc de facto Paduæ habuisse & obtinuisse *Barthol. post Dyn. num. 18. in l. 3. de alim. legat. Angel. & Rebuff. in l. 1. C. de superind. lib. 10. Bald. l. etiam. num. 15. C. de execut. rei judicat. & in l. civitas. Si cert. petat. Specul. tit. de execut. senten. §. sequitur. num. 5. Felin. in c. cum dilecta. num. 20. de rescript. Alexand. consil. 78. videretur. num. 4. vol. 6. & consil. 53. visis. num. 2. vol. 5.* & hoc indubitatum dicit Schurffius, *consil. 59. in princ. num. 1. centur. 1.* Est † enim 4
jus collectandi non de reservatis principis *Anton. Gabr. Roman. lib. 5. de præscript. conclus. 1. num. 4. cum multis ibi allegat.* sed actus † ju- 5
risdictionis *Alexand. consil. 78. videretur num. 4. volum. 6. & consil. 53. visis. num. 2. vol. 5.* & appellatione ac jure omnimodę jurisdictionis venit *Alexand. d. consil. 78. num. 4. volum. 6. Schurff. consil. 59. in princ. volum. 1.* adeo ut cui † concessa sit omnimoda jurisdictio, 6
eidem & facultas indictionum facta esse intelligatur *Alexand. Schurff. & Dd. præallegat. loc. Jas. l. quo minus. num. 157. de fluminib. per l. rescripto. §. final. de munerib.* Quamobrem cum d. Comites absque controversia omnimodam habeant jurisdictionem, consequens est, & jus subditos collectandi penes eosdem esse *Alexand. consil. 35. viso. num. 3. consil. 145. quoniam. num. 2. volum. 2. Schurff. d. consil. 59. in princip. volum. 1.* cum idem † de 7
specie sit judicandum, quod de genere *Everard. loc. à genere cum simil.* & qui † omnem 8
habet jurisdictionem, omnia etiam quæ in jurisdictionem veniunt, omnesque ejus species, habere intelligatur jure & potentia, etiamsi non omnes actu exercuerit *vid. Jas. & Dd. in rubric. & l. 3. de Jurisdiction. & ibi Longovall. Valasc. & alios:* Unde & qui † per 9
centum atque amplius annos subsidium ejusmodi à subditis non exigit, fortè quia non indiguit aut noluit, nulla tamen libertas contra hoc onus intelligitur esse præscripta *Barthol. l. cum scimus. num. 2. C. de agric. & censit. lib. 11. Bald. l. hæc autem jura. num. 1. de servit. urbanor. prædior. per illum text. Cyn. in l. 3. num. 5. C. de servit. Jas. in l. beneficia. num. 56. de constit.* & in terminis Alexander. *consil. 136. in causa. num. 18. volum. 2. per d. l. cum scimus. Chassan. in consuet. Burgund. tit. de justic. §. 4. verb. nova militia. num. 11. versic. & adverte.* cum sit † actus me- 10
ræ facultatis *Bald. d. l. hæc jura. num. 1. Alexand. d. consil. 136. in causa. num. 18.* quod † genus in 11
præscriptionem cadere nunquam solet *l. 2. de via public. Barthol. in l. cum de in rem verso. de usur. Panorm. in c. quod translationem. num. 4. de offic. legat. & in c. accedens. de concess. præbend. c. pervenit. de censib. Innoc. c. cum ecclesia. de caus. posses-*

possessio. Bald. & Salicetus in l. præses. C. de servit. & in l. cum notissimi. C. de præscript. 30. annor. & l. licet. C. de jur. delib. Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. cons. Chassan. in consuet. Burgund. de justic. §. 4. verb.
12 nova. num. 11. eoq; semper † exigente necessitate exerceri potest, ex justis præsertim & necessariis causis. decis. Tholos. 348. num. 3. Thomat. de collect. in princip. num. 8. cum sequent. & §. nescienter. num. 1. & 5. Alber. de Rosat. in rubric. C. sine cens. vel rat. Afflict. c. 1. verb. extraordinaria. num. 4. quæ sint regal. Montan. de feud. lib. 6.
13 cap. 5. quarum † alii quatuor. Boer. decis. 304. videtur. num. 3. Chass. consuet. Burgund. tit. de justic. §. 4. in princip. num. 33. alii sex ponunt Specul. de feud. §. quoniam. num. 67. Jacobin. de ho-
14 mag. num. 33. pro † quibus & similibus Bald. l. penult. C. de execution. rei judic. decis. Tholos. 340. Rebuff. & alii l. 1. C. de exact. tribut. Alb. rub. C. sine cens. Thomat. de collect. in princ. num. 8. Afflict. d. c. 1. verb. extraord. muner. num. 4. quæ sint regal.
15 quorum † idem esse debet judicium. l. illud. ad L. Aquil. l. à Titio. de verbor. obligat. Bald. l. humanitatis. num. 14. C. de impuber. substit. c. cum dilecta. de conf. util. c. quarum. §. final. ubi Panor. n. 53. ut lit. non contest. c. constituimus. ubi Panor. num. 13. de appellatio. l. ult. C. de inoffic. donat. ubi Molin. num. 14. l. ult. C. de collat. Æmyl. consil. 1. n. 19.
16 bona † subditorum, ex juris dispositione, domino tacitè sunt obligata, ut inde ad ejusmodi necessarios suos usus petere subsidiũ semper possit Thomat. in tract. de collect. in
17 princip. Has † autem inter causas longè justissimam esse, alieni æris domino incumbentis solutionẽ Bald. l. penult. C. de execut. rei judic. Rebuff. in l. 1. C. de superindict. lib. 10. ex eo
18 intelligi licet, quod ob † hoc ipsum res, quæ alias alienari prohibentur, & extra commercium sunt, tanquam ex licita causa, rectè alienentur. l. 3. & tot. tit. de reb. cor. l. 1. de fund. dotal. vid. Dd. l. jubemus. 14. C. de sacrosanct. eccles. & c. 3. de reb. eccles. Rebuff. c. sive. 12. q. 2. Cum autem in præsenti notoria ejusmodi necessitas d. Comites urgeat sic ut quotidie negotium à creditoribus aut experiri aut reformidare cogantur: consentaneum esse videtur, ut pro omnimodæ suæ jurisdictionis potestate, ejusmodi opem opesque, ad necessitatem hanc amoliendam, impetrare à subditorum suorum bonis possint atq; debeant: etiamsi
19 † longo tempore retro nihil ejusmodi indixerint Barthol. l. cum scimus. num. 2. de agric. & censit. lib. 11. Cyn. l. 1. num. 5. C. de servit. Bald. l. hæc autem jura. num. 1. de servit. urb. prædio. Alexand. consil. 136. in causa. num. 18. volum. 1. Chassan. in consuet. Burgund. rubric. 1. quæst. 4. §. nova mili-
20 tia. num. 11. nam, ut diximus, collectandi † actus est meræ facultatis d. §. hæc jura. num. 1. de servit urb. prædior. Alex. consil. 36. in causa. num. 18.
21 vol. 2. cui † nullo tempore præscribitur Panor. c. quod translationem. num. 4. de offic. legat. & in c. accedens. de concess. præsbyter. c. pervenit. de censib. Innoc. c. cum ecclesia. de caus. possess. Chassan. in consuet. rubric. 1. de Just. §. 4. verb. nova militia. num. 11. ut † nec juri superioritatis. Dd. in 22
d. l. cum scimus. c. cum non liceat. de præscript. l. 4. C. de præscript. 30. annor. Balb. in partis princip. parte 1. quæst. 10. 12. & parte 3. quæst. 2. & sextæ partis parte 1. num. 1. per c. nulla. 90. distinct. cum aliis supra allegat. quamobrem, etiamsi † centum 23
annis non sit indicta collecta, non tamen est præscriptivè adjecta libertas Barthol. d. l. cum scimus. num. 1. 2. de agric. & censit. lib. 11. Alex. consil. 136. in causa. num. 18. volum. 1. Chassan. de just. quæst. 4. verb. nova. num. 11.

RATIONES DECIDENDI.

SEd his non obstantibus contrarium
videtur esse verius: nisi † singulari pri- 24
vilegio d. c. super. 24. §. præterea. ex. de verb. significat. l. dominii. C. de agric. & censit. ubi gloss. verb. consuetudo. Panor. c. quod trans-
lationem. in 2. notab. de offic. legat. vel † præscri- 25
ptione immemoriali d. c. super. §. 1. gloss. d. l. domino. & Panor præallegat. loc. Barthol. l. si publicanus. §. in vectigalibus. num. 1. de publican. & l. 1. C. de aur. cor. lib. 10. Bald. l. fin. C. de vectigal. Alexand. consil. 70. videretur. num. 5. lib. 6 Firmia. de gabell. lib. 1. num. 11. Jacob. de homag. num. 13. hanc collectandi potestatem d. Barones jam an-
tea sunt consecuti. Jus † enim indictionum 26
in supremo locatur imperii gradu Jas. l. de quibus. num. 45. de legib. per l. vectigalia. C. nov. vect. impon. non posse. Barthol. & Dd. l. 1. C. de superindict. lib. 10. Feudistæ. c. 1. quæ sint regal. Gemin.
tract. gabell. in princip. num. 9. 14. estque † ut lo- 27
quuntur, de regalibus l. 1. ubi Dd. de superindict. lib. 10. Jas. l. de quibus. num. 45. C. de legib. Alexand. consil. 145. quoniam. num. 1. vol. 1. Jacob.
tract. de homag. num. 33. ac † Principi reservatis 28
l. 2. ubi Salic. C. nova vectigal. imp. l. placet. C. de excusat. muner. lib. 10. d. c. super quibusdã. & quidem præcipuis Bald. num. 6. Alciat. num. 5. c. 1. quæ sint regal. Pet. de Ubald. in tract. de collect. num. 2. Odofred. Barthol. & communiter Dd. l. 1. C. de superind. lib. 10. Bald. l. cum multa. in fin. de bon. quæ lib. Jacob. tract. feud. verb. cum mero & mixto imperio. num. 16. & 18. Thomat. de collect. §.
nescienter. num. 3. in fin. fol. 347. & † cum ipsis 29
subditis Geminia. præalleg. loco Bald. l. neminem. num. 2. C. de. si. eccles. uti quotidiana experientia nimis abunde docet, tum supremę potestati, quæ in casu necessitatis vasallis, & subditis vasalli sui, collectas imponere potest Jacob. de homag. num. 36. solet detrimento esse & præjudiciale Jas. l. placet. in 1. lectur. n. 4. & 2. lect. num. 5. C. de sacrosanct. eccles. Bald. l. neminem.

minem. eod. tit. Thomat. de collect. in princ. num.
30 11. Unde in † generalem & omnimodam jurisdictionem concessam non venit Bartbol. l. 1. num. 1. C. de excusat. muner. lib. 10. per c. 1. quæ sint regal. Bald. l. cum multa. in fin. C. de bon. quæ liber. Jacobin. in invest. verb. & cum mero. num.
31 16. Boss. tract. de regal. num. 15. & 16. nec † inferioribus à principe Rebuff. l. 1. C. de exact. trib. lib. 11. Bald. c. sicut. num. 8. de jurejurand. Afflict. c. 1. verb. extraordinaria. quæ sint regal. Boer. decis. 304. num. 4. Jacob. in invest. verb. & cum mero. num. 16. 18. & verb. & cum pacto. num. 75. & de homag. num. 33. Alexand. consil. 35. viso. num. 3.
32 volum. 2. quibus † nominatim est ademptum l. 1. C. de superindict. l. clam. C. de excus. muner. lib. 10. l. hac edictali. §. illicitas. de pact. jurament. firmand. l. in die. 10. §. item nulla. de statu & consuet. Bald. num. 6. Alvar. num. 1. Iser. num. 59. in c. 1. quæ
33 sint regal. neque † civitatibus gloss. l. forma. §. si vero. verb. levari. in fin. de censib. Afflict. eod. tract. d. c. 1. quæ sint regal. conceditur, nisi de
34 speciali principis apud † quem summo est in gradu Jas. d. l. de quibus. num. 45. de legib.
35 permissu † gloss. l. forma. §. si vero quis. verb. levari. in fin. de censib. & privilegio d. c. super. §.
36 1. de verb. significat. vel, quod † huic par est, l. 2. §. ductus aquæ. de aqua quo. d. c. super. §. 1. de vect. singul. latissimè Anton. Gab. Rom. lib. 5. de præscript. conclus. 1. Jas. l. contributione quam sibi ipsi quærimus. num. 7. de flumin. Isern. c. 1. verb.
37 flumina. quæ sint regal. præscriptione † immemoriali d. c. super. §. 1. Jacob. in invest. verb. & mero. num. 10. & de conjugiis. num. 33. Cuman. consil. 3. de argent. num. 8. Jas. l. quo minus. num. 7.
38 de fluminib. & l. 3. num. 13. de jurisdictio. quæ † probanda est c. 1. de præscript. in 6. ubi Dd. Bartbol. & Dd. l. 1. in fin. quod cujusq. universit. lib. 10. Schurff. consil. 59. in princ. num. 1. centur. 1. Ita-
39 que, quod supra positum est, jus † collectandi actum esse jurisdictionis voluntariæ, & cuique communitati permitti, accipiendum est, de voluntaria contributione, quam sibi ipsi communitates & viciniæ imponunt Guid. Pap. decis. 444. Firmian. de gabell. parte. 1. n. 8. Pet. de Ubald. in tract. collectar. num. 1. & 2. non de indictione necessaria & generali, quæ per superiorem fit, & ad ejus rogatio-
40 nem, cui † coactio inest gloss. l. 1. verb. quemadmodum. quod jussu. Felin. c. 1. num. 1. & 3. de offic. delegat. Alex. in l. 4. §. actor. num. 13. de re judicat. Thomat. tract. de collect. §. sane negotium. pagin. 482. cum multis sequent. ut illi à subditis extra ordinem detur Bartbol. l. 1. & ultim. num. 2. quod cujusq. universitat. & idem ac communiter Dd. l. 1. C. de superindict. lib. 10. quæ si inferiori-
41 bus permitteretur, jus † summi principis eximium & singulare l. 1. ubi Dd. C. de indict. lib. 10. l. 2. ubi Bald. C. nov. vectigal. & tit. quæ sint regal. Zas. consil. 8. poteram. num. 9. volum. 1. Bald.

c. 1. de feud. marchiæ. cujus † vi subditos inferiorum, in casu necessitatis, collectare potest 42
Jacob. tract. de homag. num. 36. prorsus exhauriretur, & ad nihilum recideret. Verius † i- 43
gitur penes Comites, Barones aliosque qui superiorem recognoscunt, tale jus non esse Bald. in c. sicut. n. 8. de jurejurand. & l. cum multa. in fin. C. de bon. quæ liber. & l. hi quibus. C. de fideicommiss. libert. Pet. de Ubald. tract. de collect. in princ. num. 2. & 3. Rebuff. l. 1. num. 2. C. de excusat. muner. lib. 10. Boer. decis. 304. num. 4. Thomat. de collect. §. ne scienter. num. 3. & 4. nisi † ex pri- 44
vilegio d. c. super. §. 1. de verbor. significat. aut † 45
consuetudine gloss. l. domini. verb. consuetudo. C. de agric. lib. 11. Afflict. c. 1. verb. extraordinaria collatio. num. 24. & 46. Quæ sint regal. Mynsinger. obser. 3. centur. 4. temporis immemorialis d. c. super. §. 1. Afflict. præallegat. loc. per c. 1. §. illicitas. de pac. jurament. firmand. Mynsinger. d. observat. 30. centur. 4. & in † certis casibus 46
Specul. de feud. §. quoniam super homagiis. num. 67. Jacobin. verb & cum pacto. num. 75. decis. Tholosan. 348. in 3. conclus. Jacobin. de homag. num. 33. Chass. in consuet. Burgund. de Just. tit. 1. §. 4. in princ. num. 33. & ex justis causis Alberic. de Rosat. in rubric. C. sine cens. Afflict. d. c. 1. verb. extraordinaria. num. 4. Alciat. l. placet. C. de sacrosanct. eccles. Bald. l. penult. C. de exec. rei judicat. Rebuff. l. 1. C. de superindict. lib. 10. Thomat. de collect. in princ. & §. ne scienter. num. 1. & 5. Montan. de feud. lib. 6. cap. 5. versic. & non temere. ad
† quas prodigalitas (cui resisti tum potest 47
Lucas de penna. l. 1. C. de superindict. lib. 11. Alciat. præallegat. loc. & Dd.) referri non debet Alb. de Rosat. d. rubric. C. sine cens. Afflict. d. c. 1. verb. extraordinaria. num. 4. quæ sint regal. Nam sua
† prius impendere proceres convenit, 48
quam deglubere subjectos Rebuff. l. 1. C. de superindict. lib. 11. Fab. in l. & virtutum præmia. C. de stat. & imagin. quæ † est species tyran- 49
nidis Boer. decis. 304. num. 4. & 5. ex Bald. l. ex hoc jure. de just. & jur. à superiore merito coercenda, etiamsi subditi nihil conquerantur Boer. decision. 304. num. 5. per l. illicitas. §. ne potentiores. de offic. præsid. Fab. l. unic. C de offic. com. sac. palat. & l. 1. C. Si qua præditus potest. & in §. final. Instit. de his qui sunt sui vel alien. jur. Huc nihil pertinet voluntaria indictio, quæ non fit per modum imperii, vel formidolosæ rogationis, sed quam ultro sibi communitas suas ob necessitates sibi licitè imponit Alexand. l. 4. §. actor. num. 13. de re judicat. Thomat. de collect. fol. 340. 482. Guid. Pap. decis. 444. Firmia. de gabell. parte. 1. num. 8. Pet. de Ubald.
cum rei † suæ quisque moderator sit l. in 50
re mandata. C. mandat. & arbiter l. 2. de his qui sunt sui vel al. jur.

SALVO.

CON-

CONSILIUM CCCXXI.
DE DONATIONE PRÆDII FRATRI FACTA.

SUMMARIA.

1. *Quando Actio familiæ herciscundæ intentata dicatur.*
2. *Prædia, quæ habent annexa plura diversa jura, pro universali jure habentur.*
3. *Actio communi dividundo pro rebus singularibus etiam inter coheredes datur.*
4. *Interpretatio pro Actore facienda, quando de Actionis nomine non constet.*
5. *Actioni familiæ herciscundæ & communi dividundo eadem ferè insunt. Idq; tam in decisoriis quàm præparatoriis.*
6. *In his judiciis an reus probare debeat?*
7. *Libellus contra stylum Curiæ productus, non admittendus.*
8. *Criminales Civilibus præponderant.*
9. *Civilis causa gravis? Arbitrium hoc Judicis debet esse legale.*
10. *Id improbare quis non debet, quo ipsemet utatur.*
11. *Absurdum velle redire ad id, quod sit repudiatum.*
12. *Allodium præsumitur, donec feudum probetur.*
13. *Investitura sola feudum constituitur, tanquam ejus forma.*
14. *Cedentis jus omne in dubio præsumitur transferri.*
15. *Feudum ut sit, quæ requirantur?*
16. *Regulam in casibus non exceptis confirmat Exceptio.*
17. *Data inter vivos alienandi feudi potestate ad ultimam voluntatem non extenditur.*
18. *In contractu innominato locus est pœnitentiæ.*
19. *Heredem pœnitere non potest, cujus defunctum non pœnituit.*
20. *Pactum de vendendo quatenus pro venditione habeatur?*
21. *Causa donationis non præsumitur, nisi exprimatur.*
22. *Specialia duo in eadem re non concurrunt.*
23. *ex Proœmio causa finalis sumitur.*
24. *In claris non valet transactio & compromissum. Explicatur n. seq.*
25. *Ad transactionem etiam extrajudicialis controversia sufficit.*
26. *Pactum hodie ad agendum est efficax.*
27. *Promissio loco juramenti valet atque obligat absq; causæ expressione.*
28. *Fidei promissio est pro juramento, quando corporale juramentum non requiritur.*
29. *Magnatum verba etiam non jurata debent esse firmissima.*
30. *In dubio pro religione pronunciandum.*
31. *Animæ major ratio habenda quam facultatum.*
32. *Anima, quæ maximi est pretii, à perjurio iræ divinæ obligatur.*
33. *Juramentum quatenus personale, & ad heredem non transeat.*
34. *Paria sunt, nullam subesse causam & non apparere.*
35. *Instrumenta extendi non possunt ad res, de quibus nihil agunt?*
36. *Diversos tractatus quæ habent, habent & diversos effectus.*
37. *Definitio cui non convenit, ei nec definitum.*
38. *Enunciationis verbis quando stetur.?*
39. *Ex pignorationis jure valor non colligitur.*
40. *Probatio non concludens interpretanda contra producentem.*
41. *Valor unde probatur?*
42. *Occultè etiam cuivis licet de suo disponere, donare &c.*
43. *Clandestinitas non est, quando constat, quinam contraxerunt.*
44. *Clam fieri dicitur, quando fit inscio illo, cujus interest.*
45. *Surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatur.*
46. *An prædium acquisitum surrogetur pretio vel rei, per quam sit comparatum?*
47. *In quatuor casibus res in locum prædii succedit.*
48. *De Jure Saxonico res immobilis coram Judice cedi debet.*
49. *Donatio 500. aureos excedens opus habet insinuatione.*
50. *modo non sit remuneratoria, meritaq; specificentur.*
51. *Mandatum licet gratuitum, remunerationem tamen non excludit.*
52. *Sufficiens causa remuneratoria donationis quæ?*

53. *Donatio consanguineis facta an ob causam dicatur.*
54. *In ultimis voluntatibus non opus est insinuatione:*
55. *Contractus perficitur per acceptationem scripturæ.*
56. *Facto animus & consensus non minus declaratur quàm verbis.*
57. *Donatio mortis causa quid?*
58. *Dispositio inter vivos, cujus effectus post mortem differtur, habet naturam ultimæ voluntatis.*
59. *Donatio inter vivos potius fieri intelligitur quam mortis causa.*
60. *Mortis mentio quando fit, donatio mortis causa facta præsumitur.*
61. *Talis est dispositio, qualem figura literarum ostendit.*
62. *Actus æstimantur non solùm ex verbis sed etiam clausulis & qualitatibus adjectis.*
63. *Talia sunt subjecta, qualia permittuntur esse à prædicatis.*
64. *Inspectio scripturæ facit rem evidentem.*
65. *Donatio absenti facta licet non valeat, tamen ut relictum jure fideicommissi valet.*
66. *Mens & sententia magis, quam verba inspicienda.*
67. *An donatio omnium bonorum in casum mortis concepta valeat?*
68. *Pacta de succedendo valent, si fiant ab eo, de cujus hereditate agitur.*
69. *Pacta inter vivos duobus testibus probantur.*
70. *Scriptura habet actum permanentem.*
71. *Patris scriptura sola probat ejus voluntatem inter liberos. Explicatur n. 96.*
72. *Extranei omnes extra liberos.*
73. *Fratrum testamenta quomodo valeant.*
74. *In omnibus pactis, quæ agunt de successione requiruntur quinque testes. Ubi ratio.*
75. *Etiam de Jure Saxonico.*
76. *Ratio diversitatis ubi dari non potest, diverso jure res censeri non debent.*
77. *Eadem ubi militat ratio, ibi non extenditur Lex vel statutum sed enucleatur.*
78. *Frustra aliquid probatur, quod probatum non relevat.*
79. *Militariter testari tantum in castris conceditur.*
80. *In dubio non intelligitur testatus jure militari. Explicatur n. 88.*
81. *Jus testandi militariter an hodie sublatum? Negatur n. 84.*
82. *requirit duos testes ad id rogatos. Explicatur n. 88.*
83. *Testamento inter liberos magis favetur quam militari.*
85. *Privilegium militare durat, donec qualitatem militiæ habent.*
86. *Ibi quis censetur esse, quò animum revertendi habet.*
87. *Eam viam quis non intelligitur elegisse, per quam judicium ejus subverteretur.*
89. *Rogatio serium ac deliberatum propositum arguit.*
90. *Rogatio testium extra testamentum non requiritur.*
91. *Ubi scriptura habetur militaris testamenti, testes quærendi non sunt.*
92. *Intelligitur quis Actum, quem scribit, deliberatè facere.*
93. *Sigillando & subscribendo peræquè actus ratificatur.*
94. *Sigillatio plus operatur quam subscriptio.*
95. *Donatio deliberata in casum mortis facilius præsumitur in fratre ob naturalem adfectionem.*
97. *Dd. dicta sunt accipienda secundum id, quod allegant.*
98. *Argumentum firmum sumitur à testamento militari ad testamentum inter liberos, & contra.*
99. *Instrumentum recognitum pro publico habetur.*
100. *In testamentis requiruntur testes ad solemnitatem.*
101. *Præsumptio falsitatis cessat in judicio animæ, ubi tantum veritati locus est.*
102. *Obligatio natutalis oritur ex minus solemni voluntate.*
103. *Nemini quicquam debeamus præter charitatem.*
104. *Mortaliter peccat, qui contra testamentum petit.*
105. *Diversis respectibus aliquis diversas personas sustinere potest.*
106. *In consulendo & judicando non est ab opinione communi recedendum.*
107. *Defuncti facta præstare & implere heres cogitur.*
108. *Aliud quem scripsisse, quàm senserit, non præsumitur.*
109. *Animi interpres est Oratio.*
110. *pro Reo in dubio est pronunciandum.*

Der

Der Fall / so zuberathschlagen/verhelt sich folgender gestalt.

Daß der Edle vnd Ehrnveste Antonius N. Kläger wieder seinen Brudern den auch Edlen Peter N. Königlichen Rath vñ Amptmann zu N. Beklagten / eine Rechtliche Klage das Gut B. belangende angestellet / Darin er articulirt/ daß sein Bruder damit an liegender vnd fahrender Haabe ein zimlichs/vnd darunter das Gutt W. im Lande N. gelegen / hinder jhme aber darzu keine nehere Erben dann Klägern vnd Beklagten als seine Brüdere vorlassen habe/Weil aber Beklagter sich desselbigen Orts allein angemasset/Als bittet er im Rechten außzusprechen vnd zuerkennen/daß Beklagter sich des libellirten Guts mit Vnfug allein vnterzogen/vnd demnach solchs mit Klägern in zwey gleiche Theile zu theilen/ vnd nach beschehener Theilung Klägern als dem Miterben den halben vnd gebührenden Antheil mit allen empfangenen Geniß vnd interesse, auch fructibus perceptis & percipiendis, pro parte dimidia, neben erstattung des jenigen/ da das libellirte Gut durch des Beklagten hinlesßigkeit/ vnfleiß/ oder sonsten in abnehmen gewachsen vnd geschmelert / abezutretten / einzureumen vñ zuzustellen/auch von demselbigen Gute die zeit er Beklagter solchs eingehabt/ jhme Klägern klare Rechnung zu thuen schüldig sey / alles mit Abtrag der Gerichtskosten.

Ob nun wol Beklagter hinwieder contra ineptitudinem libelli articulati protestiret, vnd daß jhme sein Verstorbener Bruder gegen erlassung der jhme zustendiger Wahl im Vetterlichen vorlassũs solch Gut eigenthümblich hette zukommen lassen / fürgewandt/ So hat doch wieder solche protestation responsiones & responsionales Kläger dagegen fürbracht / daß in wichtigen Sachen / wie dann diese sein sol/der articulirte libel vormüge der Landsordnung des Ortes / zuleßlich / daß auch Beklagten in Vetterlicher Theilung/ do drey Brüder vorhanden gewesen/ keine Wahl gebühret / vnd die andere Brüder jhme zum vorfang nichts heben vnter sich abhandeln mügen. Ob wol auch Daniel seliger bemeltes Gut von der Königlichen Majästet zu N. geschenckt bekommen / dennoch aber weil er solches mit Beschwerung seiner Stamgüter an sich bracht/daß es als ein surrogatum dafür zu halten / vnd derwegen ohne Laub des Nehesten Erben nicht habe können verendert vnd Beklagten geschenckt werden. Vnd wenn es auch kein Stamgut were/daß dennoch nicht hette können in geheim/ vnd ohne insinuation anders dann für Gerichte vbergeben werden / Doher dringet die folge/daß solche Vbergab nichtig/auch Kläger zu ratificiren nicht pflichtig factum defuncti, quod tendit ad privandum heredem beneficio juris &c.

Hierüber kan auch diß für Klägern mit Bestandt eingeführet werden/daß da man nachgeben wolte/ daß diese vbergabe nicht vnter den Lebendigen/ sondern vffn Todes Fall gerichtet vnd geschehen / wiewol solches nicht vormuthlich/dennoch sie auch vff dem Fall nicht krefftig / sintemal dieselbige nicht vor fünff Zeugen vffgerichtet / wie sie nach ordnung der Recht geschehen sol vnd muß / sondern allein durch eine blosse vnd von dem Vorstorbenen vorsiegelte Handtschrifft wird dargethan vnd beygebracht/welch Vormechtnüß allein inter liberos krefftig ist / Jn welchem Fall wir allhie nicht / sondern inter collaterales,allda dergleichẽ verordnung auß mängel des nothwendigen

zeugnüß zu recht vnkrefftig / Wie es dann auch eben eine solche gelegenheit hat mit den pactis de succedendo. Denn ob sie wol an jhm selbst contractus inter vivos sein / welche durch blosse Siegel vnd Brieff können bewehret vnd erhärtet werden / Dennoch aber quoad effectum vnd vffn Todes fall / weil sie die Natur vnd Eigenschafft eines Letzten Willens gewinnen / Als werden sie vff dem Fall gleich wie eine donatio causa mortis für krefftig nicht erkandt noch geachtet / wenn sie nicht vor fünff Zeugen oder Gerichtlich geschehen / wie dann auch solches in Ehestifftungen vnd dergleichen teglich gehalten vnd gesprochen wird.

Vber diß alles ist Klagendes Antonien intent in gemeinen Rechten gnugsam ergründet / alldieweil Beklagter jhme gestendig / daß er des Verstorbenen Bruders Mitterbe vnd diß streitige Gut von denselbigen herkomme vnd vorlassen sey / darauß dann folget / daß es vnter beyden Brüdern / gleich wie ander Vorlassnüs theilbar / es köndte vnd möchte dann Beklagter einen besondern Titel dardurch solch Gut jhme zukommen / darthuen vnd beweisen.

Nun hat wol Beklagter fürgelegt erstlich eine Vorschreibung des Verstorbenen Daniels Anno 66. den 6. Maji / von jhme gegeben vnd vorsiegelt / Weil aber dieselbige von diesem Gut gar keine meldung thuet noch dahin gerichtet / Als wird sie dißfals den stich nicht halten / cum à separatis nulla fiat illatio.

Zum andern producirt er gedachtes Daniels Brieff vnd Siegel Anno 67. den 25. Januarii datirt, darin er zwar außdrücklich vffn Todesfall / wann er keine Leibs Erben vorlassen würde / diß streitig Gut den Beklagten zum vorauß vorlesset / jedoch daß er dagegen vff den fall Zehen Tausendt Thaler an seinen Schulden bezahlen vnd abtragen soll.

Do nun diß ein Vbergab vnter den Lebendigen were / so köndte sie auß mangel der insinuation vber den Werth der 500. der besten Vngerischen Gülden nicht krefftig sein / es möchte dann erweiset werden / daß sie remuneratoria & ob causam geschehẽ were / welchs doch nicht vormuthlich / noch auß dem Inhalt desselbigen Instruments abzunemen / wie in folgendem Lateinischen Rathschlag ferner außgeführet. Do sie aber / wie der Buchstab gibet / ein Vormechtnüß vffn Todes fall zu achten / so scheinet dasselbige abermals vnkrefftig sein / der vrsachen daß es für Fünff Zeugen oder vor Gerichte nicht geschehen / daß also den Beklagten nicht wol zu helffen / es möchte dann beygebracht vnd rechtlich außgeführet werden / daß dißfals nicht eine solche vbergabe / sondern viel mehr ein Vortrag oder contract vorhanden / welchs doch nicht gnugsam / wann er vffn Todes fall gerichtet vnd die Wirckung des Letzten Willens / wie oben berühret / hernach erlanget / Oder aber welchs dann etwa mit mehren Grundt kan angezogen werden / daß solch Vormechtnüß Jure militari von Danieln seligen als einem Obersten Hauptmann vnd Kriegesbefehlichhaber gemacht / vnd also krefftig jure militari, si non jure communi, Wie dann vormuthlich / daß solche Vormechtnüß / wenn sie nach gemeinen Rechten vnkrefftig / Jure militari & singulari sein vffgerichtet worden / ut actus valeat non pereat.

Ob nun durch solche Schutzwehren Beklagter sich von angestalter Klagen müge loßwircken / ist in folgenẽ Lateinischen Rathschlag ferner vnd zur Notturfft außgeführet / Bevorab / weil Beklagter in Besitz vnd Gewehren dieses Gutes ist / ob er nit billich dabey zuschützen / wenn gleich diß Vormechtnüß auß mangel gebührlicher solenniter vnd Zier im Rechten vnkrefftig / sinte-

ſintemal es dennoch durch Siegel vnd Brieff des Verſtorbenen Daniels vnverneinlich dargethan wird.

IN hoc dividendæ rei judicio non videntur Advocati partium merita cauſæ ſatis enucleaſſe, nec remacu retigiſſe, de qua ut conſtare queat, planius quædam præambuli vice ſunt excutienda.

1 Præmitto igitur, etſi prima facie videri poterat, actionem familiæ erciſcundæ intentatam, ex quo actor † Antonius ut coheres, qui animo hereditatem fratris Danielis defuncti adierit, ſicut & oſtenditur ex hac ipſa petitione *l. poſthumc. §. final. ubi poſt Barthol. Caſtrens. n. 4. 5. Alberic. Angel. & Dd. ff. de inofficios. teſtament. Barthol. n. 10. cum ſequent. Marant. n. 40. l. 15. poteſt. de acquirend. hereditat.* petit à reo Petro ſuo fratre altero coherede dividi prædium litigioſum, quod ille ut ſuum & præcipuum dividere recuſet ac pro ſuo proprio poſſideat: tamen exiſtimo potius intentatam eſſe hic actionem communi dividundo. Quanquam enim illa actio familiæ herciſcundæ propriè inter coheredes datur, *ff. & C. Famil. erciſcund. §. quædam. Inſtit. de action.* etiam particulariter ad res particulares non diviſas, quando rectè non eſt inſtituta hæc actio univerſaliter antea *l. 1. ubi Bald. C. famil. herciſcund.* ſicut inter iſtos fratres ante inſtituta non fuit, ſed diviſio tantum extrajudicialiter facta, quæ non impedit hanc actionem moveri *d. l. 1.* & prædia, quæ habēt
2 annexa † plura diverſa jura pro univerſali quodam jure habentur *Panormitan. c. cum ſeculum. n. 1. de jure patronat. Bald. & Dd. c. 1. de Capitan. qui cur. vendid.* ut videatur hoc prædium potius univerſali judicio peti, quale eſt familiæ herciſcundæ *l. in hoc judicio. l. heredes. §. penult. famil. herciſcund. Speculator de petit. ſentent. act. §. ſequitur. num. 44.* magis quam petitio hereditatis *l. 1. de rei vendic.* quia hęc tantum ex parte agentis eſt univerſalis, ac familiæ herciſcundæ tam à parte actoris quam rei, ut declarat Baldus *l. 1. num. 4. Cod. famil. erciſcund.* non etiam communi dividundo actione, quæ eſt ſingularis *l. 4. ff. commun. dividund. plat. num. 12. poſt Angelus. in §. quædam. Inſtitution. de action. per gloſſ. in §. idem ſi inter. vers. idem juris. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract.* tamen, quoniam de uno tantum prædio hic litigatur, non de univerſitatis jure; ideo videtur magis congruere communi dividundo actio, quæ pro
3 rebus † ſingularibus etiam inter coheredes datur *l. inter. in princ. ubi gloſſ. verb. communes. l. ſi filia. §. ultim. ff. famil. herciſcund. Ferrariens. in practic. libell. pro hered. vel ſingul. rer. verb. communiter. num. 4.*

Eſt autem in dubio & non expreſſo (ut hic) actionis nomine interpretatio facienda † pro actore, nempe quod propoſuerit 4
actionem maximè negotio congruentem, ut libellus ſuſtineatur, *Innocent. c. ſæpè. in fin. de reſtitut. ſpoliat. c. conquerente. num. 2. 3. 7. de offic. ordinar. Panormitan. c. dilecti. num. 13. de judic. Jaſon. in §. omnium. num. 148. cum ſequent. Inſtit. de actio. Socinus in c. ſignificantibus. num. 62. de libell. oblat. Roman. conſil. 245. ad primam. num. 8. pro quo l. ſolennis. ubi Barthol. de judic. l. ſed etſi. §. 1. de jurejurand. l. ultim. in fin. C. de annal. except.* Sed de eo non magnopere laborandum, cum utrique judicio familiæ herciſcū-
dæ nimirum & communi † dividundo eadem ferè inſint, *l. ſi quis putans. §. penultim. ubi gloſſ. verb. tractavimus. l. arbor. §. final. ff. commun. dividund. Schneiduin poſt alios in §. quædam. in actione communi dividundo num. 1. Inſtit. de actionibus.* Certè utrumque duplex eſt, ſic ut uterquè actoris & rei perſonam ſuſtineat, tam in familiæ herciſcunde judicio *l. 2. §. familiæ. & paſſim. famil. herciſcund.* quàm communi dividundo *l. 2. in fin. commun. dividund.* in quo tenetur illa regula, ut pro actore habeatur qui prior (ut hic Antonius) ad judicium provocavit *l. in tribus. cum l. ſequent. de judic.*

Quanquam autem hoc quidam volunt tantum obtinere in ordinatoriis judiciorū, ut oſtendit Jaſon poſt Angel. *in l. duo judices. num. 14. de re judicat.* tamen communis ſchola vult, etiam valere in deciſoriis, ut etiam hic in dubio pro reo ſit pronunciandum, & actore non probante reus abſolvendus. Baldus *in l. tribus.* per gloſſam *ibi ff. de judic.* Jaſon noviſſimè hanc approbans poſt Alexand. & Imolam. *l. duo judices. num. 14. de re judicat.* & hoc communiter teneri tradit Matheſilan. *ſingul. 119. nota. in addit. num. 1. 2. per c. ex literis. verb. poſſeſſoris teſtes præferuntur. ubi Panormitan. num. 10. de probation.* Et ita teneri teſtatur etiam Faber. *in §. tertia. in fin. Inſtit. de interdict.* Licet autem in his judiciis duplicibus reum non probare, ſi litem negativè ſit ſimpliciter conteſtatus, exiſtimet Panormitanus *in d. cap. ex literis. num. 10. de probation.* Ve-
rius tamen eſt, ab † utroq; in his judiciis 6
probationes requiri *d. c. ex literis. Speculator. de probat. §. probare. num. 14. & 19. & de petit. & poſſeſſ. num. 38.* Et tantum de genere actionis ac probationis

Jam vero de eo non eſt anxiè laborandum, quod libellus articulatus hic ſit propoſitus. Quanquam enim contra Stylum Curiæ productio non valet, nec † eſt admitten- 7
dus. *Bald. l. de quibus. in 2. lectur. ad finem. de Legib. per gl. ibi verb. inveterata. Everard. in loc. à ſtyl.*

curiæ. Felin.cap. 2. num. 16. de rescript. maximè reo contra excipiente *Iason & Dd.l.3.de edend.* qui ne quidē respondere tali libello cogitur *cap.2.ubi Felin.num 5.de libell.oblation.c.final. ubi Socin.num.6.eod.tit. Lanfranc.in cap.quoniam verb. petitiones.num. 4. de probat.* utpote nihil operanti *l.accusaturus.35. ubi Barthol.ad L. Iubam de adulter.Felin.c. causam quæ. num.2. & 29. de testib.Guido Papæ in præfat. decis.circa finem.* & ideo in terris Saxonicis libellus ita articulatus ut contra stylum harum regionum formatus, non recipitur, sicut constitutum in constitutione 2.Electorali *parte 1.*tamen cum agatur extra provinciam D.Electoris Saxonici, ubi constitutio illa non attenditur ex communi doctrina, *l. formam. ubi Dd.de offic. præfect. Prætor.* Jasonis post Bartholum & Alexandrum *l.stipulationum.5.in princ.num.10.de verb. obligat.* Bartholi *in l. 1. num. 43. 44.* & *ibi* communiter Dd. *C.de summ.Trinitat.Baldus.l. executorem.num.26.cum sequent. C. de execut. rei judicat. Jason. l.ultim. num. 21. de jurisdict.* & quoniam actor hic intendit, neque reus inficiatur, ex statutis illius loci admitti in causis gravioribus libellum & processum articulatum, jure & hic recipi debet.

Tametsi enim causæ civiles respectu criminalium non sint magni momenti gravio-
8 resque, quoniam criminales † illis præponderant, *l.ult.C.de ordin.judic.ubi Bald. Salicetus & Dd.* sicut & famosæ *l.si in duabus.104.ubi Decius, Cagnolus & Dd. de regul.jur. Jason latè in repet. l. admonendi. nu.271.ff.de jurejurand.* tamen intra se descriptę pro gravibus habētur & haberi debent, in quibus disputatur
9 † de summa excedente 300. aut 500. Hungaricos; præsertim inter Nobiles tantum nō Reges vel proceres, *l. sed etsi susceperit. §.1. ubi gloss. verb. modus. Barthol. Angel. & Dd. de judic. Albericus. l.in bonæ fidei.in fin. Cod.de reb. credit. Jason. in repetit. l. admonendi. num. 272. cum ibi allegatis. de jurejurand.* Multo igitur magis ejusmodi est ista causa, in qua prædium, de quo litigatur, actor intendit ad 25000. Joachimicorum valere, reus non negat, quin supra decem millia Vallensium valeat & æstimetur. Quæ proculdubio est causa magni momenti ex doctrina Jasonis & Dd. *prædallegato loco,* & Bartholi *in l.si societatem §.arbitrorum. l. unde si Nerva ff. pro Socio.* Baldi Saliceti & Dd. *authent. nisi breviores. C.de sentent. ex peric. recitand.*

Licet autem Baldus *in l.2.num.17.Cod.de pedan.judic.* velit esse medias causas, quæ 300. excedant: tamen Bartholus & Angelus ibi repræhendentes glossam *in §. audient. in authent. de defensor. civitat.* potius magnas esse causas, quæ excedunt 300. aureos, medias, quæ 200. minimas, quæ hanc summam non attingunt, *Barthol. in l.imperium.num.25. de jurisdict. omn.judic. per glossam in §.si tibi. verb. breviores. in authent. de mandat. Princip. & §.ne autem. in authent. de judicibus.*

Etsi autem pro qualitate litigantium personarum aliæ quantitates alias causas magnas vel parvas faciunt, pro arbitrio Judicis juxta communem Jasonis *l.imperium.num.32. de jurisdict. & in repet. l.admonendi.num. 271. cū multis seq. de jurejurand. Bald. l.parentes.num.1. versic. arbitrio judicis. C.de testib. Soarez.in thesaur. recept. sentent. verb. caus. num.32. Decius in authent. præterea.num.15.C. unde vir & uxor. Tiraquell.l. si unquam. verb. omnia. num.31.C.de revocand. donat.* latissimè Menochius *de arbitrar. judic. Quæstion. lib 1. centur. 1. casu 72. num. 10.* non tamen est dubium, quin hæc causa tot millium florenorum, quæ continet bonam patrimonii litigatorum partē pro gravi debeat haberi & ardua, per supradicta, & *l propter. de excusat. tutor. ubi gloss. & Tiraquell. d. l. si unquam. verb. omnia vel partem Cod. de revocand. donation. Barbat. cons. 3. & quidem. col. 10. vers. & si quispiam opponat. volum. 2.* Baldus *l. parentes. num. 1. in fin. C. de testib.* qui ad hoc allegat d. l. propter. Quæ licet pecuniaria sit: tamen criminali atque ita arduæ & graviori comparatur. *Jason. d. l. admonendi num. 271. cum multis sequent. & in l. plerique. num. 15. de in jus vocand. per d. l. propter litem. de excusat. tutor. cap. frequens. §. illud. de restitut. spoliator. in 6. Bald. Salicet. l. parentes. C. de testib.* Ideoque Judicis arbitrium debet hic, ut arbitri esse legale secundum Baldum *in l. certi. C. de judic. l. fin. C. de pœn. Judic. qui malè judic. l. 3. C. si contra jus, vel util. publ. l. mācipia. C. de seru. fugitiv. Corrasius in repet. l. admonendi. num. 56. 57. 58. de jurejurand.*

Verum istud non est exquisitius discutiendum, quando reus judicialiter hoc nomine nihil exceperit: sed tantum per familiares ad fratrem actorem literas de hoc sit conquestus. Qui cum illud per statutum loci excusasset, in eo acquievit reus, & ipso facto respondendo articulate & utendo responsionalibus articulis hunc processum approbavit; atque ita facto ipso à priore protestatione recessit. *Innocent. cap. cum M. verb. præjudicio. ubi Dd. de constitution. c. tua verb. videm. de sponsalib. Barthol. & Dd. l. non solum. §. morte. de oper. nov. nunc Menoch. consil. 1. num. 306. consil. 38. num. 3. & cons. 32. num. 25.* ut amplius improbare non † debeat, quo ipsemet sit usus & 10
adhuc utatur, *l. [illegible]quis testibus. ubi Dd. C. de testibus.* & absurdum † sit, velle redire ad id, 11
quod

quod sit repudiatum *l. antepenult. C. de rebus cred. l. ult. C. de condit. insertis l. 4. C. de repud. hereditat.*

Præmittendum & illud est, prædium hoc, de quo quæritur, non esse feudum, sed allo-
12 diale; sicut & præsumitur † de jure, donec contra probetur *c. 1. §. 1. ubi gloss. verb. interim. Bald. & Dd. si de feud. defunct. content. c. unic. de allod. Matth. de Afflict. cap. 1. §. ultim. n. 68. Exquibus caus. feud. amitt. Jason. l. si prius. n. 41. de oper. nov. nunciat. Alciat. præsumpt. regul. 7. præsumpt. 3. Alexand. consil. 55. perspectis. num. 20. volum. 5. & consil. 129. ponderatis. num. 1. volum. 1.* Socinus Junior *consil. 1. num. 24. & 39. consil. 91. num. 4. volum. 4.* ubi hanc dicit esse communem. Quanquam probetur ex ipsis verbis concessionis huius Regiæ, hoc prædium esse allodiale,
13 cum concessum sit sine omni † investitura, qua sola feudum novum constituitur *c. 1. quib. mod. feud. constit. c. 1. §. ultim. de feud. cognit. c. 1. in princ. de success. grad. c. 1. de consuetud. rect. feud. c. 1. de not. feud.* tanquam specifica sua forma quæ dat esse rei *Jason. in prælud. feudor. nu. 12. Afflict. Decis. Neapolitan. 129. num. 3. Curtius tract. feud. parte 2. quæst. 4. num. 14. Zasius in epitom. parte 6. num. 5. 6. 14.* Unde nisi compareat de prædio facta investitura, illud feudale dici non potest, *Bald. l. liberti. num. 22. C. de oper. libert. Speculat. de locato. §. nunc vero aliqua. nu. 82. Jason. l. si prius. num. 42. de oper. nov. nunciation. Henning. Goden consil. 7. de pretio rei feudal. num. 15. Alexand. consil. 51. viso. in fin. volum. 1. Decius cons. 56. in causa. num. 3. Gozadin. consil. 8. nu. 21. 22. Gratus consil. 9. num. 113. libr. 1. Parisius consil. 23. num. 5. lib. 1. Menoch. consil. 1. num. 9.*

Deinde patet, omnimodo totum eius prædii dominium cessum alienatum & translatum à Rege in accipientem esse; sicut & in
14 dubio præsumitur omne jus † cedentis transferri *Decius consil. 292. pro tenui. num. 4. per Bald. cap. 1. de capit. qui cur. vendid.* Idque liquet ex his concessionis Regiæ verbis **aus Gnaden gegönnet / geschencket vnnd auffgetragen hiermit / krafft dieses vnsers offenen Brieffs bester massen / als das zu recht vnd gewohnheit am krefftigsten geschehen kan oder mag / vnnd wollen / das er vnnd seine rechte Erben etc. Item Eeblich vnnd Eigenthumblich zu besitzen zu geniessen / zu gebrauchen / zu vorsetzen / zuvertauschen vnnd damit zu thun vnnd zu lassen / zu handeln vnd zu Wandeln zu seiner vnnd zu seiner Erben eigen gefallen / vnser vñ vnser Erben vngehindert.** Quæ omnia longissime à natura feudi recedunt, de qua Jason & Dd. *in prælud. feud.* ubi etiam tradit *num. 11. cum sequent.* ex huiusmodi qualitatibus æstimari, utrum res feudalis sit, an non.

Nam ut feudum † sit, necesse est, Domi- 15
num retinere proprietatem, & tantum transferre dominium utile in accipientem *Alvarot. c. unic. num. 6. Si de feud. vasall. ab aliquo interpell. c. 1. §. final. de invest. de re alien. fact. Everard. loco de tanquam. in 29. notabil.* Hic autem nihil sibi retinuit Rex præter superioritatem Regiam **Fürstliche hohe Obrigkeit / Folge vnd Landstewer** ut habent verba. Ergo cum exceptio confirmet regulam † in casibus 16
non exceptis *Decius l. 1. num. 20. de regul. jur.* sequitur, reliqua omnia translata fuisse *Decius in dict. l. 1. num. 24. 26. de regul. jur. Felin. cap. quoniam frequenter. nu. 23. ut lit. non contest. at.* Cagnolus *d. l. 1. num. 36. 37.* dicens hanc esse communem. *de regul. jur.* & consequenter, hoc prædium non in feudum datum, sed donatione in Danielem fuisse totaliter, ut allodiale translatum.

Quod etsi feudum hic esset: tamen, cum in concessione Regia disertè data sit alienandi potestas, amplius ullo alienationis consensu non foret opus. *Baldus & Angel. l. cum essent. §. 1. de servit. rustic. prædior. Jason. in l. final. num. 6. C. de jure Emphyteut. & in l. final. ubi Jason. num. 5. & 6. Salicetus ac Dd. C. eod. tit. de jure Emphyteut. Bald. l. 1. quæst. 45. de rer. divis. Ludovic. Roman. singul. 350. Chassaneus in consuetud. Burgund. tit. de feud. §. 8. ad verb. in alienatione. num. 49. Jacob. de S. Georg. in tract. feudal. ad verb. ita etiam.* Sanè fateor, datam inter vivos alienandi feudi potestatem † ad ultimam 17
voluntatem vel etiam donationem causa mortis non extendi. *Curtius tract. feudal. part. 4. num. 145. per Bald. & alios c. 1. in princ. de prohib. feud. alienat. per Fred. l. filius familias. ubi Imol. de donation. Socin. latè cons. 19. adsit. nu. 15. vol. 1.* Sed de hoc hic quæri nihil attinet, cum sit apertum & inter partes confessum, istud prædium litigiosum non feudum, sed allodiale tantum esse.

His ita declaratis jam amolienda primum sunt deducta, quæ nihil ad rem faciunt, ut tota illa disputatio de priore contractu, quē actor intendit tantum esse pactum & promissionem de re vendenda justo pretio; & ideò videri tantum contractum † innomi- 18
natum, in quo sit locus pœnitentiæ *Arius Pinellus. l. 2. part. 2. cap. 1. num. 20. C. de rescind. vend.* Nam ut maximè ita esset: tamen ex tali promissione oriretur obligatio ad id, quod interest, ut Pinellus ibid. ostēdit, *Jas. n. 23. & Dd. l. stipulation. nō dividitur. de verb. obligat.* & proinde hic obligatus esset heres defūcti Danielis ad interesse & factū defuncti præstandum

ex

ex l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. in heredem. l. ex qua persona. de regul. jur. l. 2. C. de pact. inter empt. Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gloss. 6. n. 6. Boer. decis. 76. Alexand. consil. 118. attentis. num. 13. lib. 5. & consil. 30. visis. nu. 3. consil. 87. quantum. num. 10. volum. 6. Schurff. consil. 96. quod in præsenti. num. 2. centur. 3. Bald. cons. 345. ad evidentiam.
19 num. 8. volum. 1. nec pœnitere posset † de eo, cuius defunctum non pœnituisset, l. ultim. Cod. de revocand. donation. l. omnimodo. in princ. ubi glossa. C. de inoffic. testament. Et inter istos coheredes etiam ut præcipuum reputari deberet id, quod defunctus alteri, nempe Petro jam secundo ex contractu debuisset, l. si filia. 20. §. 1. l. fundus. 51. famil. ercifcund.

Nec illud etiam solidum est, quod dicit Actor, nullam esse pretii factam in hoc promisso mentionem: ideoque nec valere, etiamsi justum pretium subintelligi posset, Socin. l. si quis arbitratu. num. 22. de verbor. obligat. & in statutis Dietmariæ regalibus cap. 58. Nam respondetur, non quidem fore sic venditionem sine constitutione certi pretii, §. pretium. cum sequent. Instit. de empt. c. 1. 2. extr. eodem Baldus l. 1. num. 2. 3. Co. de rer. permutat. Tiraquell. de retract. proxim. §. 1. gloss. 2. num. 1. cum sequent.
20 attamen nihilominus † pactum esse de vendendo; & ideo pro venditione hactenus haberi. Tiraquell. de retract. proximit. §. 1. gloss. 2. num. 53. 54 per Bald. cap. in causis. in princ. de elec. & l. ult. C. ad L. Falcid. ut promissum hic cadat in debitum, & obliget ad interesse, cum sit quædam obligatio facti, Tiraquell. præallegato loco num. 54. per l. si quis. §. fin. de re judicat. Bologn. cons. 25. ubi succedit obligatio ad id, quod interest; etiamsi quis præcisè ad dandum vel faciendum non teneatur d. l. si quis ab alio. ubi Bartholus. & Dd. in § fin. de re judic. maxime in contractu innominato, l. nati naliter. §. 1. de præscript. verb. l. 1. in fin de rer. permutat. gloss. l. cum precibus. C. eod. tit. & l. unic. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. qualis est eiusmodi conventio. Arius Pinellus. d. l. 2. C. de rescind. vendit. parte 2. cap. 1. num 20. 21. Nam in hoc genere licita est pœnitentia ei, cui non impletur contractus. l. si pecuniam. de condict. ob caus. Tiraquell. de retract. convention. num. 103. & ideo res ad interesse meritò deducitur, cũ non subsit tanta ratio, quem præcisè cogendi ad factum, Angel. Imolen. Roman. Jason. num. 23. in d. l. stipulationes non dividuntur. de verb. obligat.

Quod autem subiungit actor, huic conventioni & promissioni nullam subesse causam, ideoque non valere, sed deleri eam & elidi exceptione, in hoc fateor haudqua-
21 quam præsumi causam † donationis, quæ non sit expressa, licet id voluerit Bartholus, l. 2. §. circa. de except. dol. l. à Titio. de verbor. obligat. Nam communiter contra tenent Dd. Angel. d. §. circa. Imol. d. l. à Titio. Cynus & Baldus l. generaliter. de non numer. pecun. Imol. Panormitan. c. si cautio. de fid. instrument. Lanfranc. c. quoniam. verb. confessiones. num. 25. de probation. Alexand. consil. 19. in his. num. 3. 4. 5. 6. volum 4. & consil. 13. num. 1. & 3. volum. 1. Tiraquell. de retract. convent. in fin. num. 105. Itaq; l. si quis argentum. C. de donation. quæ ex pacto dat actionem donationis, tantum obtinere putatur, cum causa donationis exprimitur, secus si tacitè tantum subintelligatur: ne duo specialia † in eadem re concurrant. Bald. An- 22
gel. Castrensis, Alexand. Jason. l. jur. sgentium. §. sed cum nulla. l. 3. 4. de pact. Tiraquell. l. si unquam. verb. donatione. num. 128. C. de revocand. donation. & in retract. convent. in fin. num. 105.

Sed eiusmodi in casu præsente non satis habent ponderis. Nam hic expressa est huius contractus causa statim in principio, quod causam ibi positam probat esse finalem. Nam ex prooemio † causa finalis cu- 23
iusque dispositionis sumitur, Socin. consil. 165. num. 7. volum. 2. Lanfranc. in c. quoniam. in princ. num. 2. de probat. In huius autem contractus initio pro causa ponitur divisio trium fratrũ de hereditate patris instituta & facta, quæ est vice emptionis, l. 1. ubi glossa & Dd. C. commun. utriusq; judic. & si non fuit controversia, pactum l. divisionis ff. de pacto. Sin fuit controversia etiam judicialis, incidit in transactionem. l. 2. ubi Jason. & Dd. Cod. de transact. quæ non potest pro justa debitionis causa non haberi l. si transactionis. 11. C. de non numerat. pecun. l. 1. 2. C. de condict. indebit. cum similibus.

Quanquam autem partes non debent fingere litem, ubi nulla probabiliter haberi potest l. cum hi. §. si cum lis. de tmnsact. & in † 24
claris non valet transactio & compromissum l. & eleganter. in princ. de condic. indebit. Alciat. l. cum proponas. ubi Dd. C. de transact. Alexand. cons. 22. in fin. volum. 1. quæ fit de re dubia, l. 1. de transact. Alexand. cons. 40. circa. num. 6. volum. 5. sufficit tamen ad transactionem extra-
judicialis † etiam controversia, ut com- 25
muniter tradunt Dd. in d. l. 2. C. de transact. & in claris ac liquidis etiam sine transactione tantum divisio incidit in pactum d. l. divisionis. ff. de pact. sicut pacta fieri de liquidis & claris possunt, ubi non permittitur transactio Barthol. & Dd. l. si causa. C. de transact. l. post
rem. ff. eod. Pactum † autem hodie ad agen- 26
dum est efficax secundum communem c. 1. ubi hoc firmat Fortun. Garzia. num. 101. cum seq. de pact. Et licet non esset: tamen quæ inde oritur naturalis obligatio, sufficit pro causa obligationis insequentis, ne pro nuda haberi

queat

queat quaſi citra cauſam facta *l.1.§.fin. ubi Caſtrens. l. qui autem. §.final.& paßim.de conſtitut. pecun.* Imo in tali caſu ceſſat regula d.l.2.§. circa.*de except. dol.* & c. ſi cautio.*de fid. inſtrument.* tanquam in geminata obligationis cauſa *l.ſi mutuo.C.ad SC.Vellejan.l.cum ſcimus. C. de agricol.& cenſit.libr.11.ubi Barthol.num.6.l.generaliter. C. de non num.pecun.* ut eſt communis Legiſtarum & Canoniſtarum opinio *in c.per tuas.de arbitr. Alexand.Roman.& alij in rubric.& l.1.de verbor.obligat.* ut teſtatur Jaſon *in l.ſi pacto quo pœnam.num.4.C.de pact. Felin.in d. c.ſi cautio.num.39.& in 9.fall.Roman.l.nuda ratio. num.3.de donat.*

Conſtat etiam, quando contractui accedit non modo juramentum, ſed etiam pro-
27 miſſio loco † juramenti, quod tunc valeat
& obliget abſq; alterius cauſæ expreſſione, *Jaſon.in §.in perſonam.num.48. Inſt.de action.* Jam inſeruit huic ſuæ promiſſioni priori & contractui frater D. defunctus hanc clauſulam, **alles bey meinen Adelichen Ehren Trawen vnd Glauben/ stete/ feste vnd vnverbrochen zuhalten.** Cuiuſmodi fidei pro-
28 miſſio † habetur pro juramento in iis, quæ
non requirunt corporale juramentum *c. ad aures. ubi Panormitan. num. 4.& 5. Imol.num.4. Quod met.caus.c.pervenit.de fidejuſſ. cap.1.de ſepult.in 6.gl[illegible] querelam.verb.præſtita. Ne prælati vices ſuas.Hoſtiens.de jurejurand.num.1.Jaſon. l.3.§.jurari.num 3.de jurejurand.Bald.cap.literas in fin. de præſumpt.* Covarruvias licet contra diſputans *c. 2. §. 2. num.2. de pact.in 6.* maximè de notoria Germaniæ conſuetudine *Mynſinger.obſervat.17.centur.1.* præſertim inter Principes, Nobiles & Magnates *Cravet. cons.141. Princeps. num. 11.* quorum verba etiam non
29 † jurata debent eſſe firmiſſima *c. ad apoſtolicæ.*
ubi Innocent.de re judicat. Martin. Laudens. tract.de Principe.num.228. Unde pro ſpeciali renunciatione juratæ ejuſmodi promiſſiones habentur, *Bart.n.16.Salicet.n.20. Jas.n.56. in authent.ſacramenta.C. Si advers.vendit. Bald. l.1.n.4.C.commodat.Bart.n.8.& Dd.in l. ſciendum de verb. obligat. Bald. n.4.Caſtrens.& Dd.l.ſi duo. §. Idem Julianus. de jurejurand. Alexand. conſil. 27.num.7.& cons.42.ſuper.vol.1.* & ſpecificè in ſua forma abſq; ullo effugio obligant, *Jaſon §.item ſi quis.2.n.12.Inſtit.de actionibus.*

30 Sed & in dubio pro religione † pronun-
ciandum *l.ſunt perſonæ de religioſ.& ſumptibus fun.* ut anceps periurium evitetur *l.4.de in lit. jurand.Ferrar.in form.except.teſt.verb.varietas,* cui via non eſt aperienda *c.in natura.c.cum tu.*
31 *cap.interim.de teſtib.* cum maior animæ † ſit
habenda ratio, quam facultatum *l.ſancimus. C.de Sacroſanct.Eccles.gloſſ.§.ſi quis de prædictis. verb.ſi enim.in authent.ut cum.de appellat.c.præcipimus.12.quæſt.1. Imol.c.cum contingat.num.8. & 86. de jurejurand. Jaſon l. licet.num.5.de pact. per c.cum infirmitas.de pœnitent. Alexand. conſil.*
125.viſis.num.17.volum.1. anima autem, quæ † 32
maximi pretii eſt, à periurio divinæ iræ obligetur *l.2.ubi Dd.C.de reb.credit.Menoch in trac. de judic.arbitr. quæſt. caſu.319.num.2.* Unde ſemper tutior eſt ea interpretatio, quæ conſcientiam ſecuram magis facit & animæ tranquillitatem ac ſalutem tuetur. *Cæpoll. de Simulat.contract.num.118.cum ibi allegat. Jaſon d.l.licet.num.5.C.de pact. per c.cum infirmitas. de pœnitent.*

Illud etiam infirmum, quod dicit actor, juramentum eſſe perſonale nec tranſire ad heredem *c.veritatis.de jurejurand.ubi Dd. Everard. in loco à vi & energia juramenti.* Baldus, Salicetus Jaſon & communiter Dd. *in authent.ſacramenta puberum. C.ſi advers. vendit. Decis.Cap.Tholos.415.Guido Papæ decis.414.* Nam
hoc verum eſt quoad † periurii pœnam, 33
ne in illam heres incurrat contraveniendo, ut Dd. præallegato loco declarant. *Innocent. Hoſtiens.Imol.Panormitan.& Dd.d.c.veritatis.de jurejurand.Covarrub.c.quamvis.parte 1.§.5. n.4. de pact.in 6.* ſecus verò quoad obſervantiam contractus, & obligationem, quæ non minus hic heredem obligat, quàm ex aliis contractibus *Bald. l. ult. num. 16. in fin.C.de pact.per authent.ſacramenta puberum.ubi Jaſon.& Dd. C. ſi advers. vendit. Alciat. c. cum contingat.num. 120. de jurejurand.* Bartholus, Baldus & communiter Dd. *l.generaliter. C. de reb. credit. & l. grege legato.de legat.1 Didac. Covarruv. d. cap.2. parte 1.§.5.num.4.de pact.in 6.* Anton.Gabr.Roman. *libr. 2. conclus.6.de jurejurand.num.12.* dicens hanc eſſe communem.

Ex his patet actorem nihil firmamenti ex priore illo contractu ducere poſſe: ſicut è diverſo, nec reum inde aliqua juvari parte exiſtimo. Nam ut maximè excipiat, illum eſſe cauſam ſubſequentis diſpoſitionis: tamen, cum id ex illa ſubſequente non appa-
reat, paria ſunt nullam † ſubeſſe cauſam & 34
non apparere *l.in lege.de contrahend.emption. Tiraquell.de retract.convent.in fin.num.104.per l. duo ſunt Titii.de teſtam.tutel.l.cum res.§.itaq;. de legat.1.* & propoſitum in mente retentum nihil operatur *l.ſi repetendi. C.de condict. ob caus. dat. l. cum in plures. §. locator. locat. l. ſi majores. 25.de tranſact.*

Deinde, cum in priore inſtrumento nequidem uno verbo ſit actum de hoc prædio litigioſo; liquet, omnino nihil huc pertinere, cũ inſtrumẽta ſint ſtricti juris, *Socin. cons.*
73.circa.n.4.vol.1.cum ibi allegatis nec extendi † 35
poſſint ad res, de quibus nihil agunt aut loquuntur *l.ad probationem.21.ubi Bald. C. de probation. & in l. lecta. in 2. oppoſit.* *Si cert. petat.*

l.in-

l interest. num. 2.3. C. de solution. & per c. venerabilem. de electione. & consil. 297. libr. 1. & consil. 187. libr. 2. Sunt igitur hæc instrumenta diversorum omninò contractuum & pactorum, quæ sicut invicem non derogant, *Decius Cagnolus & Dd. l. ubi repugnantia de regul. juris. Bald. Salicet. l. scripturæ. C. de fidejussoribus* ex regula l. pacta novissima, *C. de pact. ubi* Jason. *num. 3.* & communiter Dd. *pro quo l. Quintus Mutius §. argento. de aur. & argent. legat. l. interpositas. ubi Baldus & Salicetus C. de transact.* sic etiam ex uno ad aliud nihil inferri potest *l. final. de calum. l. Papinianus exuli. de minor l. inter. §. sacram. de verbor. obligat. l. si maritus. 1. C. de*
36 *donat. inter vir. & uxor.* Quia quæ habent † diversos tractatus, habent & diversos effectus, *l. penult. de codicill.* & actus separati ad effectum habendum non junguntur, *Parisius consil. 67. num. 5. vol. 1. pro quo Bald. l. unic. num. 21. C. de confess. ubi allegat proverbium antiquorum advocatorum: Iste pes non est illa gamba.*

Sic quod disputatur, an sit castrense peculium hoc prædium, ut occasione & respectu militiæ ac militarium servitiorum à Rege dicto Danieli donatum *l. 1. C. de castrens. pecul.* & quod non confertur aliis fratribus, *Bald. & Dd. l. ult. C. de collation. l. si filius. ubi Barthol. C. famil. hercisc. Francisc. de Porcell. tract. de duob. fratrib.* hoc valde impertinenter & alienè inducitur, quando constet inter litigatores, Danielem illo tempore, quo istud prędium accepit à Rege sibi donatum, planè sui fuisse juris ac potestatis, utpote demortuo jam pridem ipsius patre. Quare cum non quæsierit hoc prædium in vita patris, sed illo mortuo & jam sui juris existens, non potest dici hoc castrense peculium: cum hoc sit naturale patrimonium eius, qui in aliena est potestate, *Theoph. §. cum autem. Inst. quod cum eo qui in alien. potest.* & etiam ante quæsitum desinat esse, tali potestate dissoluta *l. ult ff. quand. act. de pecul. annal.* Quia cui
37 non convenit † definitio, eidem nec definitum. Hoc igitur tantum manet, istud prædium esse de recens acquisitis, non de antiquis; sicut & feuda conquisita recenter dicuntur nova ad differentiam paternorum & antiquorum, quæ à parentibus & maioribus jure successionis accepta sunt. *Præposit. in c. 1. §. hoc quoq. ubi Bald. post gloss. de success. feud. c. 1. §. 1. de grad. success. c. 1. de nat. success. feudi. Schurff consil. 42. num. 2. centur. 1. Alexand. consil. 30. quoniam. num. 3. volum. 1. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. de feud. §. 5. num. 80. Jason. in prælud. feud. num. 95.*

Quoad alienationem vero rerum (de qua hic litigatur) cum non sit distinctio in filiofamilias, utrum videlicet occasione militiæ quæsierit, an non; nam pariter de utrisque disponere potest *Angel. in §. ultim. num. 1. & ibi Baver. num. 3. Inst. de testam. milit. Jason. l. ultim. num. 3. C. qui testament. fac. poss.* multo minus hic in homine sui juris disputandum est, utrum hoc prædium militaribus artibus quæsierit, an aliter. Sane ex concessione Regia constat ei pro servitiis suis concessum: quibus verbis quamvis † enunciativis statur i- 38
sto casu, ubi Rex liberam habuit de suis disponendi facultatē, ut in terminis Bartholus *l. si forte. n. 4. de castrens. pecul. & l. si donatione ubi Jason Alexand. & Dd. C. de collat.* & hanc dicit communem Bertrandus *cons. 118. n. 1. lib. 2. Clarus de testament. q. 3. n. 1.*

Pari ratione quod hoc prædium valeat thaleros 25000. propterea, quod pro tanta summa deinceps Regi prædium hoc sit oppignoratum, non satis concludenter ab actore infertur. Nec enim ex pignorationis jure & ex quantitate sortis, propter quam res pignoratur, potest vel debet † eius va- 39
lor colligi & æstimari: cum pro minori vel maiore pretio, quam valeant res; soleant & possint oppignorari *l. à Divo Pio. §. si pignora. ubi Jason. n. 5. 6. 7. 8. & §. sed & illud. n. 3. de re judicat.* Itaq; non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, *l. natales. C. de probat.* & probatio dubia, quæ non concludenter sed tantum contingenter probat, nihil relevat *cap. in præsentia. de probat. l. ad probat[illegible]em. l. neq. l. matrem. C. de probat. l. Pomponius. [illegible]n. de rei vēdicat. Jason. l. non hoc. n. 4. C. unde legit. Alexand. cons. 100. super. n. 2. volum. 1. Cravet. cons. 218. intētio. nu. 6. Schurff. cons. 52. n. 7. cons. 60 n. 2. centur. 2. Tiraquell. de retract. proxim. §. 1. gloss. 16. n. 4. cum ibi allegatis.* & interpretanda contra † indu- 40
centem *c. in præsentia. ubi gloss. de probat.* maximè hoc casu, ubi constat neque negatur minore quoq; multò pro sorte, puto 10000. Joachimicorum hoc prædium ante fuisse pignoratum. Valor autem rei nedum op- 41
pignorationib9, sed ne quidem ex venditionibus probatur diversorum pretiorum *Bald. l. 1. in fin. versic. nunquid per instrumenta. C. de senten. quæ pro certa quantitat.* Probatur enim
† ex communi æstimatione *l. pretia rerum. ad L. Falcid.* 42
quæ permittitur Judicis arbitrio, quando non sufficienter probatur per partes, *Barthol. l. ad officium. nu. 2. in fin. C. commun. dividund.* Barthol. Bald. *in fin.* & communiter Dd. *l. 2. C. de rescindend. vendit. l. si quod ex Pamphila. in fin. de legat. 2.* vel æstimo publico *Bald. l. 2. n. 27. C. de rescind. vendit. per l. cum de lege. de probat.* non ex affectione singulorum *d. l. si servum. l. si servus communis. ad L. Aquil.* nec ex contractibus singulorum *Bald. l. 2. n. 27. C. de rescind. vendit. per l. ad rescindendam. eod. tit. l. si res. d. l. pretia. ad L. Falcid. l. si quis. ubi Barthol. & Dd. C. de rescind. vend.*

Unde

Unde non ſequitur, res fuit empta tali
pretio : ergo tantum valet, ut dicit Alexan-
der poſt Angel. *in l. in lege.§.corpora.ad L. Fal-
cid.Barthol. & alii l. illud §. ſi ſervitium.ad L. A-
quil. Baldus.l. illud. ad fin.C.de collat.Lanfranc.c.
quoniam.verb.teſtes.verſic.quaro igitur,qualiter
probetur valor.de probation.Barthol.Cæpoll. de
ſimulat. contrac.n.30.per l.final. C.de adminiſt.tu-
tor.Ludov.Pontan. l.1.§.ſi heres.ad SC.Trebellian.*
cũ variç ſint ſingulorũ affectiones.*l.ad reſcin-
dendã. C.de reſcind. vendit.l.ſi in ẽptione ubi Bald.
de minor.l.ſi ſervum.ad L.Aquil.* Unde non æſti-
matur res *d.l.pretia rerum.ad L.Falcid.* ſed pro
eo, quo communiter in foro res vendi
poteſt *l.ſeptem. ubi Barthol. C. de erog. milit. lib.
12.& in d.l.ſi ſervum.ad L.Aquil.& d.l.pretia. Cæ-
poll.de ſimulat. contract. num. 30. & 31.Canoniſt.c.
1.de empt.& vendit.* ſcilicet cum oneribus ſuis
& qualitatibus *Barthol. l. 1. §.ſi heres.in 2.notab.
ad SC.Trebellian. Angel.l.lege.§.corpora.num.3.ad
L.Falcid. Cæpoll.de ſimulat.contract.num.3.cum
ſequent.*

Ad eundem modum claudicat,quod in-
geritur ab actoris parte, clandeſtinè factam
hanc donationem. Nam etſi hoc impro-
bet l.lata. 27.*C. de donat.* l.ſi in emptione.*in
fin.de contrahend. empt.ubi gloſſ. verb.non poteſt.
l.2. ubi gloſſ. verb.occulte.C.de his qui ex public.ra-
tion. libr.10.l.ult.C.de præd.curial.libr.10.* tamen
intelligendum eſt, eiusmodi jura tantum
loqui in actibus prohibitis, fraudulentis, &
ſuſpectis *l. illud. §.final. C.de collation.l.5.C.de
contrah.emption.*

42 Cæteroqui † licet cuivis de ſuo etiam
occultè diſponere, contrahere, donare *d. l.
illud. §.fin.* & poteſt absq; teſtibus fieri dona-
tio *l. in extraneos. 29.l.in donationibus.31.C.de do-
natio.* dummodo poſſit aliter doceri etiam
ex præſumptionibus & coniecturis. *Tiraquell.
l. ſi unquam. verb. donatione. num. 131. C.de revo-
cand.donationib.* Nec eſt clandeſtinitas,quã-
43 do conſtat, quinam † contraxerunt *Cag-
nol. l. quo tutela.§.1.n.5.de regul.jur.Bart.l.pupil-
lus.§.item ipſe.n.4. de author. tutor.* præſertim
ſi ſint perſonæ honeſtæ, quæ præſumuntur
contrahere in caſu conceſſo. *Pariſius cons.41.*
44 *n. 12. volum.4.* Et quanquam dicatur clam †
fieri quando fit inſcio illo, cuius intereſt
*Barthol.d.l.2.num.1.C.de his qui ex public.ration.
lib.10.* tamen hoc accipiendum eſt, quando
eius controverſia timeri jure potuit ac de-
buit, & eius juri detrahitur contra jus, ut
declarat ibidem Barthol. *& l.1.C.de præd.curi-
al. eod. libr.& l.pupillus.§.item.num.4.de author.
tutor. Jaſon. l. clam poſſidere.in princ.num.6.de
acquir. poſſeſſ.& §.item ſi quis.num.45.Inſtit.de
actionibus.Baldus.l.2.num.1. C.de repud.hered.l.
cum ipſe num.1.3.4. C. de contrah.emption.Decius.
num. 2.& 5. Cagnolus.num.4.l quo tutela.§.clam.
de regul.jur.* ne melioris ſint conditionis ſtul-
ti quam periti, ut dicit Juriſconſultus *l.3.§.fi-
nal.cum l.ſeq.ff.quod vi aut clam.* Cum igitur
hic Daniel defunctus de ſuo ſibi recenter
quæſito & quidem allodiali diſponere pro
lubitu potuerit *l. in re. C.mandat §.final.Inſtit.
de uſufruct.l.2.§.1.& 2.ſi quis à parentibus manu-
miſſ.* nec cauſam habuit cur fratrum contro-
verſiam timeret, quibus nihil debetur, niſi
turpibus perſonis inſtitutis *l.fratris.C.de in.of-
fic. teſtament. l.1.ff. eod. tit.ubi gloſſ.& Dd.* facile
liquet, eiusmodi allegationes nihil ad rem
pertinere.

Quod autem actor vult, hoc prædium eſ-
ſe acquiſitum cum onere aliorum bonorum
hereditariorum dicti Danielis, & ideo pro
hereditario habendum, nec potuiſſe ſine
conſenſu proximiorum heredum alienari,
Landrecht *libr. 1. art. 52.31. & 34.* ex eo, quod
ſurrogatum † ſapiat naturam eius,cui ſur- 45
rogatur *l.1.§.hac actio.ubi Bart.ſi quis teſtament.
lib. &c. l. ſi eum. §. qui injuriarum. & ibi gl Bart.
Baldus & Alberic.de Roſate. ſi quis caution. Eve-
rard. loc. à vi ſurrogat. in princ.* hoc equidem à
re atq; veritate plurimum diſtat, cum locu-
ples defuncti inveniatur hereditas, ſic ut re-
us vel 20000. actori ſupra omne onus offe-
rat, ſi portionem ſuam hereditariam, quam
habet in bonis huius defuncti cedere velit.
Res autem tanti æſtimatur, quanti coheres
vel ſocius licitatur & ſi aſſignari petit. *Bart.l.
ad officium.n.2.C.Comm. dividund.per illum tex-
tum & l.3.eod.tit.*

Nec verum eſt, rem rei ſuccedere & præ-
dium acquiſitum ſurrogari pretio † vel alii 46
rei, per quam ſit comparatum *l. 1. l.penult.&
paſſim. C.ſi quis alteri vel ſibi.l. ſi ex ea. C. de rei
vendic. l. etſi de te.C.de donat.inter vir.& uxor.l.
ad probationem. C.de probat.l.ſi patronus.C.com-
mun. utriusq; judic.* etiamſi fiat à ſocio omni-
um bonorum.*gl.d.l.1.verb.conſtitutam.C.ſi quis
alteri vel ſibi &c. per l Titiam. §.altero. de admi-
niſt.tutor.l.ſi quis ſocietatem.ff.pro Socio.* Nam
ut res rei vel pretio ſurrogetur, tantummo-
do in † quatuor caſibus receptum eſt, qui
traduntur à gloſſa *d.l. 1. verb. conſtitutam. C. ſi* 47
quis alteri vel ſibi &c. ſcilicet Eccleſiæ. *gloſſa
ibidem.* & militis *l. ſi ut proponis. C.de rei vendi-
cat.* Pupilli *l. 2. quand.ex fact.tutor.l.curator.C.
arbitr. tutel.* & dotis. *l.ita.l.res.3.de jur.dot. & l.
uxor.de donat.inter vir.& uxor.*

Quanquam ne in dotali quidem aliter,
quàm ſi convenerit & diſertè cautum ſit, ſur-
rogetur & ſuccedat in dotem res ex dote
empta *Bald. l. ex pecunia. n.3. C. de jur. dot.* aut
niſi maritus ſit non ſolvendo, ut ibidem Bal-
dus *in fin.* Cum autem in his caſibus illud ſit

speciale, ut res comparata surrogetur rei ex qua emitur *Bald.l.si ut proponis. num.7. C.de rei vendic.* potest intelligi, in aliis contrà esse, argumento à speciali *gl.l.si is qui.de jure fisci.& c. 1. de heretic. in 6. l. ult. de public. judic. l. eos. C. de fabricens. lib. 11. Panormitan. c. 1. de stat. Monoch. Joann. Andr. in c. cui licet. x. plus semper. de regul. jur. in 6. in Mercur. latè Everard. in loc. legal. à speciali. in princ. cum ibi allegatis.* maximè, cum in hac concessione diserte concessa sit libera donatori Danieli prædii huius alienandi & de eo disponendi potestas, ut supra vidimus.

AD REM IPSAM

His igitur, quæ sunt utrinque inutiliter disputata derelictis, ad cardinem negocii veniamus. Illud igitur firmius, quod res etiam recenter quæsita, si tamé
48 sit immobilis, ut hic, non possit † aliter cedi vel ab alienari, nisi coram Judice loci, ubi sita secundum jus Saxonicum, quod illis quoque in terris servatur. Landrecht *libr. 1. art. 52. ubi gloss. & art. 21. ubi gloss.* Weichbildt *art. 20. & 61. ubi gloss. 65. Fachsius differ. 4. & 5. Reinhard. diff. 1. 3. 4. Schneidevvin. in §. 1. nu. 6. Inst. de donation.* Item, quod supra quingentos aureos
49 opus habeat † donatio insinuatione *§. 1. Instit. de donat. l. lata. l. in hac. l. sancimus. l. penult. & passim C. de donation. Philipp. Port. consil. 80. magnificus. num. 10. cum ibi allegatis. Schurff. consil. 6. & 46. centur. 1. Ferrar. in form. libell. donat. verb. solenniter. num. 5.* etiam cum donationis causa est tacita, non expressa, ut ibidem firmat Ferrar. *num. 5. & 6.* ex doctrina Bartholi & Dd. *l. 1. de donationibus.*

Nec hic disputandum est, an ob benemerita facta sit hæc donatio vel in remunerati-
50 onem, in quo genere non † opus sit insinuatione. *Jason. auth. ex testamento. num. 11. C. de collat. Alexand. si donatione. C. eod. tit.* Bartholus & Dd. *l. Aquilius. de donat.* post glossam *ibi* ab omnibus communiter probatam teste Portio *dict. consil. 80. magnificus. num. 10. 11. latè Tiraquell. l. si unquam. verb. donatione largitus. n. 156. 157. C. de revocand. donat.* pro quo Portius *d. consil. 80. num. 11.* allegat textum in l. si pater. *de donat.*

Nam hic nulla merita sunt expressa, sicut exprimi ad hoc debent secundũ glossam finalem quam dicit communiter probatam Bell. *consil. 78. num. 5. Alexand. glossa, Jason. & Dd. l. si donatione. C. de collat. Tiraquell. præallegato loco.* etiam cum fiunt ab eo, qui donare non prohibetur secundum communem *Curtius jun. consil. 142. num. 3. Bellon. consil. 74. n. 17. Guido Pap. decis. 95. Bertrand. consil. 138. num. 22. lib. 2. Castrens. cons. 345. n. 4. versic. tertiò videtur. libr. 1. Cornæus consil. 144. lib. 2. Jul. Clarus. §. de donation. quæst. 3. num. 2.* & ne quidem ulla causa remuneratoria, propter quam fieret donatio, est addita & expressa, aut alia aliqua, quæ insinuationem excludere posset ex doctrina glossæ Bartholi & Dd. *d. l. Aquilius. ubi Barthol. n. 3. de donat. Barthol. l. final. in princ. C. de donat. ante nupt. l. penult. l. sancimus. C. de donat. Decius consil. 239. in princip. versic. ulterius Philipp. Portius consil. 80. magnificus. num. 10. 11. Jul. Clarus de donat. quæst. 16. num. 6 Socin. junior consil. 77. num. 152. lib. 1.* quam dicunt communem Alexand. *consil. 113. num. 3. lib. 6.* Clarus *d. quæst. 16. num. 6.* ut causam nullo modo fingere debeamus, quæ ex scriptura non pateat *l. si repetendi C. de condict. ob caus. l. ultima. ubi Baldus C. de fals. caus. adject.* aut aliunde probetur. *Tiraquell. l. si unquam. verb. donatione. n. 150. C. de revocand. donat.*

Licet autem ex ista scriptura donationis pateat, reo concessam esse possessionem aut administrationem & fruitionem bonorum, unde licet non jure debeatur illi honorarium ex mandato, quod debet † esse gratui- 51
tum *l. 1. l. 6. 7. §. mand. st. §. ult. d. tit. cum similibus.* Naturaliter tamen saltem deberi ei remuneratio videtur, quæ causa sufficit ad stabiliendam donationem remuneratoriam etiã absque insinuatione. *Tiraquell. d. l. si unquam. verb. donatione. num. 105. 156. & 157. per l. sed et si. §. consuluit. de petit. hered.* tamen, cum illa remuneratio, vel quod remunerandi animo fieret hæc donatio, non sit expressum, pro tali haberi non potest nec debet *Tiraquell. ibidem. n. 150. cum ibi allegatis.*

Deinde illud mandatum magis videtur in utilitatem pertinuisse mandatarii, quam mandantis; quandoquidem non tantum possessio opulenti prædii & administratio, sed etiam perceptio fructuũ & lucratio plenè fuit ei concessa, quod non exiguum fuit eius commodum *§. commodum. Inst. de interdict.* Non autem est sufficiens causa remuneratoriæ † donationis, quæ non concernat 52
utilitatem donantis, sed favorem & cõmodum ipsius donatarii; sic ut propter talem causam non desinat esse donatio, & opus etiam nihilominus habeat insinuatione. *Angel. num. 2. in l. sed hoc ita. de re judicat. Faber & Jason. §. sunt præterea. Inst. de action. Castrensis & Dd. l. 1. de donation. latè Tiraquell. l. si unquam. verb. donatione largitus. num. 124. 126. C. de revocand. donat.*

Tametsi vero etiam donatio consanguineis facta, dicatur ob causam facta *Porcius dict. consil. 80. magnificus. num. 4.* hoc tamen habet aliam interpretationem, scilicet ut præsumatur ex charitate naturali & affectione consanguineis facta, non ob benemerita, ut aliàs *l. nec adjecit. pro Soc.* & declarat ibidem Portius ex *l. Procula. de probat. l. Nesenn. de nego. gest.*

gest.Dd.l.Gallus.§.1.de lib.& posthum. Jason in l. Titius.25.n.9.eod.tit.de lib.& posthum.& in l.cætera.8.§.siquis.n.9.l.si Domin.§.si fund.n.22.l.qui filiab.n.26.de legat.1. Quæ res nihil ad præsens facit institutum. Quia cum hæc sit causa tan-
53 tum impulsiva † donationis, non mutat eius naturam, quin sit liberalitas, & proinde insinuationem requirat *l.penult.in princ.C.de donat.l.donari.de verbor.significat l.2.§.circa.cum ibi notatis.ff.de dol.exception.* & declarat Portius *d.consil.80.magnifice.num.11.per l.ultim.§.similiq.modo.C.de jur.dot.Parisius cons.16.circa.n.27.usq.ad 30.volum.2.*

Quanquam autem in hoc ultimo pacto adiectum est onus solvendi 10000. Vallensium, cuius respectu non est pura donatio sed ob causam & sub modo *tot.tit.C.de donat.quæ sub modo.Papo in terminis decis.lib.2.tit.1.aresto.9.* quæ hactenus insinuatione non habet opus *Tiraquell.& Dd.præallegato loco.Decius consil.279.in princ.Port.d.consil.80.num.10.11.* manet tamen donatio, in qua principaliter attenditur liberalitas *l.1.de donat.* eaque re, quicquid ultra debitum solutum ex tali donatione superest, pro donato & donatione habetur & insinuatione opus est, *Didacus Covarruv.resolut.libr.2.cap.4.num.6.& 7.Tiraquell.in l.si unquam.verb.donatione.C.de revocand.donat.Julius Clarus de donat.quæst.3.num.3.cum ibi allegatis* & hanc communem facit Bertrandus *consil.164.num.2.lib.2.* Sicut & in venditione, quanti supra pretium justum res valet est donatio *l.adipiscendæ.ubi Dd.de donat.inter vir.& uxor.Calcan.consil.14.Alciat.l.alienatum.§.donatio.de verb.significat.Tiraquell.d.l.si unquam.verb.donatione.C.de revocand.donat.Azo in summa.C.de rescindend.vendit.* quemadmodum & in donatione remunenatoria, *l.non amplius.de legat.1.*

Sed hæc obtinent tantum & disceptari debent in alienationibus & donationibus in-
54 ter vivos. Nam in ultimis voluntatibus † & donationibus causa mortis non opus est insinuatione *l.ult.C.de donat.caus.mort.Schurff.consil 6.& 46.centur.1.Ferrar.in formul.libell.donat.verb.solenniter.num.1 & 5.cum similibus supra allegatis* nec illa solennitate Landrecht. *art.52.libr.1.* ut Dd. præallegatis locis testantur.

Punctus est igitur videre, utrum hæc alienatio reo Petro à defuncto fratre facta, sit contractus inter vivos, an ultimæ voluntatis. Jam quod ad primum instrumentum attinet, cum ibi ne syllaba quidẽ de isto prædio litigioso agatur, nihil illud quidem huc pertinet, eaq; de re prætereundum, & ab hac quæstione segregandum est; nisi aliunde probari possit (nam ex scriptura secunda nihil huius suspicari licet; & facta non præsumuntur, sed probantur *l.asseveratio.C.de non num.pecun.*) illam secundam pactionem de succedendo factam fuisse ex necessitate præambuli illius contractus, quæ res non mediocriter adjuvat ejus validitatem *Jason.l.ult.in 6.limitat.C.de pact.per l.si quis servum.de action.empt.*

Alterum autem instrumentũ, in quo de hoc prædio litigioso agitur, continet quidem contractum inter vivos quoad priman partem, in qua mandatum à Daniele datur fratri suo reo possidendi hoc prædium suo nomine, & omnia faciendi, quæ ipse præsens coram faceret &c.

Quanquam autem hoc instrumentum ipse tantum frater mortuus sigillavit ut mãdans, non reus ut mandatarius: tamen, cum reus instrumentum acceptarit neque contradixerit, & ita vi huius mandati de facto etiam dictum prædium in vita Danielis, ut actor fatetur, etiam possederit, satis videtur eo ipso consensisse in hunc contractum & eum ratificasse, *clement.1.de procurat.ubi Zabarabell.Jason.in repet.l.admonendi.num 142.de jurejurand.& in l.quæ dotis.nu.40.solut.matrim.Felin.post Panormitan.in c.nonne.num.10.de præsumpt* & proinde contractus mandati qui consensu constat, eo ipso videtur perfectus, & pactum intelligitur perfectum, postquam literæ ad eius manus pervenerunt, in quibus acquievit. Nam causatur copulatio consensus ex eo. *Bald.l.2.de pact.* ex quo contra-
ctus † perficitur per acceptationem scri- 55
pturæ. *Socinus cons.64.in fin.libr.3.Bald.de dote.in 6 parte privileg.78.Aym.San in quæstion.de indemn.dot.num.31.Parisius consil.127.num.29.& 30.volum.1.* præsertim isto casu, ubi vi huius scripturæ possidendo dictus Petrus satis ipso facto approbavit hunc contractum, quo fa-
cto animus & consensus † non minus de- 56
claratur quam verbis *l.Paulus.rem rat.hab.l.pro herede.de acquirend.hered.* & contractus ratificatur *l.4.ubi glossa, Castrensis & Dd.C.de rei vendicat.l.4.C.de pact.inter empt.& vend.*

Sed de hac parte non est disputandum, quia nec quæritur; verùm de altera tantum, in qua hoc prædium in casum mortis dicto reo plenè appropriatur his verbis: Wehre es auch sache/ das ich nach dem willen GOttes ohne Leibes Erben abgehen würde/ vnd gemelter mein Bruder Peter R. noch am Leben wehre/ sol er solches Gutt W. mit aller seiner Pertinentz vnnd zubehörunge / wie ich solches nechest besessen/ Erblich/ eigen vor-

aus behalten vnnd besitzen / doch sol
er auff den Fall füraus an meinen
Schulden zehen tausent Thaler bezah-
len/ alles ohne arge List vnnd Gefehr/
wie solches in bester Form vnnd in den
Rechten am kräfftigsten geschehen kan
oder mag/ vnd habe dis also zu mehrer/
stetter/ fester haltung mit eigener Hand
geschrieben vnd mit meinem angebor-
nen Pitzschier vorfertiget Actum 25.
Januarij Anno 1567.

Hæc pars scripturæ, quin in meram dona-
tionem causa mortis & pactum de succedē-
do seu ultimam voluntatem incidat, non est
dubitandum. Nec distinguo hic subtiliter
inter has species, quæ quinque ponuntur,
gloss. ad verb. ultima. in §. final. in authent. de he-
57 *redit. & Falcid.* Nam licet donatio † causa
mortis quoad in esse productionem sit ma-
gis contractus, *gloss. l. 2. in princ. de dote præle-*
gat. latè Jason post Bart. & Bald. in l. sciendum. 2.
num. 6. cum seq. de legat. 1. latissimè Tiraquell. in LL.
connubb. in fin. verb. contracter gl. 3. n. 58. tamen,
quoad effectum, & quando confirmata est
morte donantis, ut hic, est ultima voluntas,
l. ult. C. de donation. causa mortis Jason. l. cum an-
tiquitas num. 2. C. de testament. l. ult. C. de donat.
Schurff. d. cons. 6. num. 1. Guido Pap. decis. 325. pot-
est. num. 5. Socin. cons. 130. num. 9. libr. 1. Jason. l. 2.
num. 4. de legat. 1. & ibi Ripa num. 15. & l. senium. nu.
8. C. qui testament. fac. poss. Alciat. l. 2. num. 10. de
verb. obligat. Jul. Clarus. §. de donat. quæst. 5. nu. 1.
Imo in omnibus magis ultimæ voluntati
comparatur, quam contractui *l. illud de donat*
caus. mort. sive respiciamus medium contra-
hendi *l. quæ sub conditione. §. in mortis. de con-*
dit. institut. d. l. ult. C. de donat. caus. mort. junct. l.
ultim. C. de codicill. sive personam donantis *l. 1.*
§. 1. de tutel. & ration. distrah. sive donatarii. *l. in*
omnib. l. Senatus. de donat. caus. mort. excepto,
quod non nisi præsenti fiat. *l. inter mortis. eod.*
tit. Tiraquell. in LL. connub. in fin. gloss. 3. num. 62.
cum ibi allegatis.

58 Sed & dispositio † inter vivos, cuius ef-
fectus post mortem differtur, habet natu-
ram ultimæ voluntatis *l. Seja. de donat. causa*
mort. l. Seja. de dote prælegat. l. legatum. de legat.
2. Dd. in authent. si qua mulier. C. de sacro. Eccles.
gloss. l. quoties ubi Castrens. & Dd. C. famil. hercisc.
Everhard. consil. 128. maximè pactum de suc-
cedendo *Bart. & Dd. post gl. l. tale pactū. §. final.*
de pact. quod quando non mutatur ab eo,
cuiꝰ de successione agitur, intelligitur is de-
cedens illud relinquere pro ultima volūtate
ab intestato. *l. conficiuntur. de codicill. Jas. l. pa-*
ctum dotali. n. 3. C. de pact. pro quo textus l. heredi-
tas. verb. vice testamenti. C. de pact. convent. Bart.
d. l. tale pactum. n. 2. 3. de pact. Unde licet non
deferatur hereditas, ut quæ tantum testa-
mento deferri queat. *§. final. Instit. de codicill.*
deferuntur tamen validè bona tanquam le-
gata, unde & Falcidiæ hic locus est *Jason. in*
authent. ex causa. n. 22. C. de liber. præterit. Schurff.
cons. 36. quod in præsenti. n. 13. centur. 2.

Quanquam autem donatio alias intelli-
gitur † potius fieri inter vivos, quam cau- 59
sa mortis *l. Seja. l. ubi ita. de donat. caus. mort.*
Barthol. l. ult. num. 2. C. de pact. & in l. quæ dotis. u-
bi gloss. & Jason. n. 26. & Dd. solut. matrim. Alexan.
consil. 14. & 81. volum. 1. consil. 59. volum. 4. Schurff.
consil. 6. num. 10. centur. 1. latè Clarus de testament.
quæst. 3. num. 2. etiam cum donatio post mor-
tem habitura est effectum. *Bald. ad Speculator.*
de instrument. edit. Jason. l. quæ dotis. n. 4. solut.
matrim. per l. quidam testamento. in princ. de le-
gat. 1. clement. 1. de præbend. Socinus junior consil.
21. n. 1. Guido Pap. decis. 510. Decius cons. 305. Juri-
dicam n. 2. 3.

Atq; adeo, etiamsi addatur, ut inter vivos
revocari possit. *Jas. d. l. quæ dotis. n. 31. solut. ma-*
trim. per l. ubi ita donatur. de donat. causa mort. u-
bi Castrensis & Angelus. Papa. decis. lib. 2. tit. 1. Ar-
resto. 1. Imber. in enchirid. tamen hoc intelligi-
tur, quando illud actum est expressè, sicut
Dd. *in d. l. quæ dotis. solut. matrim.* fusius decla-
rant ut cum donatur inter vivos cum exclu-
sione pœnitentiæ. *l. si alienam. l. ubi autem. de*
donation. caus. mort. Eberhard. consil. 28.

Secus autem est, quando in ea facta est
mentio mortis. Nam tum etiam in dubio
præsumitur potius facta † mortis causa, se- 60
cundum communem glossę & aliorum *l. quæ*
dotis. ubi Alexand. n. 6. solut. matrim. Philipp. Port.
cons. 80. magnificus. n. 1. Decius *cons. 305. juridicā.*
n. 1. addēs rationem, quod à verbis donatio-
nis non sit recedendū. Item, quando ut hic,
concipitur in casum mortis *l. Seja. ubi Castrēs.*
Imola ac Dd. de donat. caus. mort. sicut hic ex-
presse factum est, & sub conditione, si sine li-
beris decederet Daniel donatur, ut tū pro re
liquis sc. heredibus præcipuū hoc prædium
reus haberet, siquidē ipsum donatori super-
esse contingeret. Quæ omnia propria etiam
donationis causa mortis, seu pacti de succe-
dendo, tā est apertū quam quod apertissimū
ex §. 1. Inst. de donat. l. 1. de donat. caus. mort. Deci-
us *l. final. n. 20. C. de pact.* & dicit communem
in l. fin. n. 20. C. de pact. maximè cū hic non tan-
tum facta sit mentio, sed dispositio omnis in
eam, & quidem sub duplici conditione col-
lata: sc. si donator decederet absq; liberis, & si
donatariꝰ superstes ipsi esset. Quo casu dubi-
tari nō debet, quin sit donatio causa mortis
seu pactū de succedendo *Sigism. cons. feudal. 5.*
n. 4. Iul. Clar. §. testam. q. 4. n. 4. Cravet. cons. 139. Titius
n. 10. 11. Talis n. est † dispositio, qualē figura literarū o- 61
stendit *l. non figura. de obligat. & action. l. ita stipulat. §.*
Chry-

Chryſogonus. de verb. obligat. l. cum precibus. C. de
probat. & partes ipſius ſubſtantiales *Bald. cap.*
1. num. 1. 2. de feud. dat. in vicem legis commiſſor.
Alexand. conſil. 3. nu. 4. lib. 1. Socinus conſil 90 in
cauſa. num. 4. volum. 3. Cravet. conſil. 20. quod con-
tractus. num. 1. volum. 1. & qualis in ſua forma
apparet. *Tiraquell. de retract. convent. in fin. num.*
12. per l. rogaſti. §. ſi tibi. Si cert. petat. c. 1. §. ſi inſtru-
mentum. ubi Bald. de not. feud. l. emptione. C. plus
valere quod ag. cap. naviganti. de uſur. & illud a-
ctum intelligitur, quod eſt ſcriptura expreſ-
ſum *l. ult. ubi Bald. & Salicetus. C. de fals. cauſa.*
adject. Bald. conſil. 189. creditor. num. 3. volum. 2. &
62 actus æſtimantur † non ſolum verbis. *Tira-*
quell. de retract. proximit. §. 30. gloſſ. 1. num. 7. Soci-
nus conſil. 19. adſit. num. 7. volum. 1. Bald. l. quoties.
num. 4. C. de ſuis & legitim. per l. 1. §. cum in verbis
l. non aliter. de legat. 3. ſed etiam clauſulis, &
qualitatibus adiectis *Panormitan. c. illo vos. nu.*
2. & 3. de pignor. Barthol. & Dd. l. ſi viro. §. ſed et ſi.
ff. locat. & l. ſi olei. C. de locat. Iaſon. l. 1. num. 45. Co.
de jur. Emphyteut. per l. ſi ſtipulatus. de uſur. et-
iam ex effectu ipſo poſt mortem diſponen-
tis, ut potius ultima voluntas, quàm contra-
ctus debeat æſtimari *Decius dict. cons. 305. juri-*
dicam. num. 2. 4. 5. Cravet. cons. 139. Titius num. 10.
63 *& 11.* Quia talia † ſunt ſubiecta, qualia per-
mittuntur eſſe à prædicatis *gloſſ. c. dudum. 13. de*
decim. Cæpoll. tract. ſervit. ruſticor. prædior. cap. de
aquæduct. num. 14. per l. 1. §. 1. de pos. Iſern. c. 1. §. 1.
de natur. feud.

Cum itaq; clarum hoc ſit, ſcilicet hic ſub-
eſſe pactum de ſuccedendo ex ipſa ſcripturæ
64 † inſpectione, quæ rem facit notoriam & e-
videntem *Bald. l. 2. n. 2. 3. C. de edict. Divi Hadri-*
an. tollend. latiſſimè Tiraquell. in retract. proximit.
§. 2. gloſſ. 1. num. 20. 21. 22. cum multis ſequent. non
eſt amplius diſputandum, nec admittendæ
coniecturæ *l. continuus. §. 1. de verbor. obligat. l.*
ancillæ. ubi Dd. C. de furt. Decius. cons. 419. num. 6.
Everard. cons. 78. in fin.

Quanquam autem præſenti tantum fieri
poteſt donatio *l. abſenti. ff. de donation. l. nec am-*
biguum. C. eod. tit. Cravet. cons. 139. Titius. n. 11. et-
iam cauſa mortis *l. inter. de donat. caus. mort.*
Tiraquell. in LL. connub. in fin. gloſſ. 3. n. 63. in illo
tamen hic vis non eſt poſt obitum donato-
ris. Quia licet abſenti non poſſet fieri dona-
65 tio, valet tamen relictum † jure fideicom-
miſſi *Barthol. l. 1. in fin. de donat. caus. mort. & ibi*
Imol. n. 1. quem refert & ſequitur Decius *cons.*
196. n. 2. in fin. Bertrand. cons. 168. n. 6. libr. 3. part. 15.
Pariſius *cons. 88. n. 96. libr. 3.* aſſerens ita com-
muniter tenere ſcribentes, quem etiam re-
fert & ſequitur Socinus junior *cons. 67. nu. 17.*
lib. 3. Julius Clarus de donat. quæſt. 5. n. 3. Cravet.
d. cons. 139. n. 11. per l. cum pater. §. donationis. l. mi-
les ad ſororem. de legat. 2. l. ſi donatio. ubi Barthol.
C. de donation. aut ſaltem pacti, quo donatio
cauſa mortis conſtat Tiraquell. *præallegato*
loco. gloſſ. 3. num. 58. dicens eſſe communem,
quod hic oriatur firma obligatio ex nudo
partium conſenſu, *per Panormitanum conſil.*
40. factum. num. 3. volum. 2. Nam latè verba
ſunt interpretanda, etiamſi (ut hic) nulla ſit
facta mentio donationis. Socin. *conſil. 125. an-*
te. num. 1. libr. 3. Julius Clarus. *§. donatio. quæſt.*
6. num. 9. qui dicunt hanc eſſe communem.
Et merito, quia mens † magis & ſententia, 66
quàm verba attendēda *l. cum virū. ubi latiſſimè*
Corraſius. in princ. C. de fideicommiſſ. Ac omni-
no exiſtimo, hanc diſpoſitionem non tam
eſſe donationem reſpectu formæ, quam pa-
ctum de præcipiendo, & in illo tanquam
præcipuo quodam ſuccedendo, *de quo Dd. l.*
tale pactum §. final. de pact. l. ult. l. pactum dotale.
l. licet. C. de pact. cuiuſmodi pacta vocantur
ultimæ voluntates innominatæ. *Salicet. &*
Iaſon. num. 15. l. licet. C. de pact. licet omnia e-
iuſmodi relicta ſicut legata ſint effectu quæ-
dam donationes, quoniam ex lucrativa cau-
ſa capiuntur *§. 1. Inſt. de legat.*

Nec hic diſputandum eſt de præſentia
donatarii vel abſentia, ex quo inſtrumen-
tum hoc dicto Petro reo donatario, qui ad-
huc poſſidet, eſt traditum, & ita donatio ra-
tificata ac perfecta *l. 1. C. de donat.* quam & ipſe
acceptaſſe intelligitur recipiendo inſtru-
mentum. *clement. 1. de procurat. cum aliis ſupra*
allegatis.

Cæterum nec illa diſputatio huc inve-
henda, an † donatio omnium bonorum 67
vel certæ partis in caſum mortis concepta
valeat, *de qua Dd. l. ſtipulatio hoc modo concepta.*
de verb. obligat. & l. ult. C. de pact. l. pactum dotale
eod. tit. Oldrad. conſil. 139. ad habendam. Alexand.
conſil. 85. viſa. vol. 2. Decius cons. 215. in cauſa. circa
finem. & cons. 488. cons. 576. consil. 517. consil. 578.
cons. 608. cons. 613. cons. 655. Curtius junior cons. 15.
cons. 25. cons. 81. Cravet. cons. 19 cons. 139. Pariſius
latè cons. 26. ex tenore. num. 57. usq; ad num. 112.
volum. 2. Jul. Clarus. §. donatio. quæſt. 19. per totum
cum ibi allegatis. Licet enim ſit communis o-
pinio, quod non valeat omnium bonorum
donatio *Bald. c. præſentia. num. 36. de probation.*
Clarus præallegata quæſtione 19. num. 1. & quan-
quam Decius putet, idem obtinere in quo-
ta bonorum relicta, *in d. l. pactum dotale. C. de*
pact. quod refert Portius *dict. cons. 80. magnifi-*
cus num. 8. tamen non congruit illa Decii ſen-
tentia cum communi Dd. ſententia, qui tan-
tum nituntur illa ratione, quod auferatur
libera teſtandi facultas per omnium bono-
rum etiam futurorum donationem; unde ſi
tantum præſentia donentur, volunt valere
Ruinus *cons. 178. n. 3. libr. 1. cons. 13. n. 3. lib. 2.* Alex-
and. *l. ult. n. 3. l. pactum dotale. n. 4. C. de pact. Cla-*
rus d. quæſtion. 19. num. 2. Item ſi aliquid ſibi ad

testandum reservarit *Barthol. d. l. stipulatio. n. 6.* quod communiter tenetur teste Socino juniore *consil. 142. num. 39. libr. 1. Jul. Clarus d. quæst. 19. num. 9.* ut Decii opinio tantum habere locum possit in pacto hereditatis relinquendæ, quæ relinqui pacto nequit *l. hereditas C. de pact.*

Sed de hoc & similibus hic non disputandum; cum, quia hereditas aut eius quota vel bonorum non est hic in pactum deducta, sed tantum prædium quoddam singulare & particulare bonum, de quo genere particulari bonorum omnino valet pactum, quomodocunq; concipiatur, ut dicit in hoc convenire ferè omnes Dd. Portius *d. consil. 80. magnificus. n. 9.* & Parisius *consil. 26. n. 100. vol. 2.* Ruinus *consil. 13. lib. 2. Gratus cons. 19. n. 13. lib. 1.*

Deinde quoniam istud pactum, de quo agimus, est in casum mortis conceptum, ut ultima voluntas, sicut ostensum est: quomodo omnia bona, etiam futura relinqui per donationem & pactum possunt, cum habeat naturam ultimæ voluntatis & revocari queat; atq; ita nihil impediat testandi libertatē, glossa *l. penult. verb. accommod. averit. C. de pact.* quam communiter teneri testatur Decius *cons. 578. n. 4. in fin. Imol. in rubr. de test ament. n. 5. Jason. cons. 5. libr. 3. Curtius junior consil. 81. nu. 3. Jul. Clarus. §. donatio quæst. 19. n. 7.*

Sic nec illud hic disputandum est, an in contractu ultima voluntas, vel contrà fieri possit, *de quo Barthol. l. heredes. §. viro. n. 1. cum sequent. & Dd. de testament. latè Tiraquell. in LL. connub. verb. contracter. gl. 3. n. 94. 95. cum multis sequent. Natta in authent. quod sine. n. 65. 66. C. de testament.*
68 Cum eiusmodi pactiones † de succedendo, quæ fiunt ab eo, cuius de hereditate & bonis agitur, jure probentur & valeant, si ab eodem non revocentur ut diximus *ex l. tale pactum. §. ult. de pact. l. ult. l. pactum. l. licet. C. de pact. ubi Bald. Salicet. Jason. & Dd.* etiam jure Saxonico, ut ostendunt ordinationes Electorales *const. 43. part. 2. & constit. 10. & 20. parte 3.*

Ad Rem Ipsam
pro Actore.

Hoc igitur jacto fundamento tota reliqua huius consultationis exædificatio pendet ex eo, an eiusmodi dispositio valeat, & ex eā præcipuum hoc prædium retinere Reus possit. Nam hoc casu fundata est agentis intentio, quando eum coheredem reus agnoscat, & hoc prædium à defuncto relictum fateatur, ut omnino necessitas illi incumbat, specialem titulum probandi, ex quo præcipuum hoc sibi prædium deberi intendat *l. sive possidetis. ubi Bald. Salicetus & Dd. C. de probat.*

69 Quanquam autem pacta inter vivos † testibus, etiam duobus, probari possint, *l. ubi numerus cum ibi notatis. de testibus l. ult. C. de reb. credit.* item instrumentis *l. in exercendis. ubi Dd. & passim. C. de fid. instrument. l. cum res. l. 4. C. de probationibus.* atq; adeò solo sigillo & scriptura eius, cuius de re agitur *l. generaliter. C. de non numerat. pecun.* quæ sicut probat contra eum *l. publia. §. fin. deposit.* sic etiam contra eius heredem, ut isto casu actorem *gloss. Bart. & Dd. l. final. C. de conveniend. fisc. debitor. libr. 10. l. exemplo C. de probat. l. si intra. C. de non numer. pecun.* 70 quia scriptura † habet actum permanentem *Bald. l. unic. num. 58. C. de confess.* licet pro herede scribentis non probet, sicut nec pro ipso scribente *Bald. l. in bona. num. 6. C. de rebus. credit.* tamen cum hoc pactum amodò post mortem concedentis & disponentis Danielis sit quædam eius ultima voluntas, ut diximus, *ex l. tale §. final. de pact.* videtur hac ratione non satis probari. Nam inter liberos tantum, & in piis causis hoc receptum, 71 ut patris † scriptura vel subscriptio sola probet eius ultimam voluntatem, *authent. quod sine. ubi Jason. & Dd. C. de testament. latè Covarruvias in c. relatum. nu. 12. de testament. Tiraquell. de privileg. piæ caus. 1. 2. cum sequent.* His enim qualiscunq; patris voluntas sufficere debet *l. ult. C. famil. bercifcund.*

Ex quo sequitur, in extraneis, de quibus hic agitur, aliud esse, argumento à speciali, de quo supra, sumpto, quod ostendit l. hac consultissima. §. *ex imperfecto. C. de testament.*

Sicut autem extranei † omnes extra liberos; ut rectè definit Clarus. *§. testamentum. quæst. 10. num. 1. & 2. Barthol. l. 2. num. 18. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* & est communis doctrina *d. l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testament. & §. extraneis. Instit. de hered. qualit. Jason. in l. 1. C. unde vir.* multò maxime fratres, qui hic demortuo fratri successerunt *l. quoniam. 7. ubi gloss. ult. C. de jur. deliberand. l. emancipata. C. Qui admitti ad bonor. possess.* In quibus tenenda regula catholica, non aliter † valere ultimam voluntatem, quam vel ad acta judicis factam *l. omnium. ubi Dd. C. de testament.* quæ testimonia alia non requirunt, *Salicet. l. contractus. nu. 2. 3. C. de fid. instrument. per illum textum in l. sancimus. 27. versic. per testes idoneos, vel inter acta manifestaverit. C. de testament.* cum rem faciant per se notoriam, ut alia probatione non sit opus *Socinus l. 1. num. 5. de except. Jason. l. ejus, qui in provincia. num. 3. Si cert. petat. Socinus. consi. 96. num. 6. volum. 4.* vel factam coram quinque saltem testibus, etiam non rogatis *l. ult. ubi glossa & Dd. C. de codicill. Bart. & alii in l. mutu. de legat. 3.*

Et

Et hæc ſolennitas etiam requiritur in dona-
tione cauſa mortis l. ult. C. de donat. cauſ.
74 mortis. ac aliis omnibus † pactis, quæ a-
gunt de ſucceſſione. Licet enim ſolo ſigil-
lo partium vel ſcriptura vel teſtibus duobus
aut tribus regulariter contractus proben-
tur l. ubi numerus. de teſtib. l. ultim. C. de reb.
credit. l. ſcripturas. C. qui potior. in pignor: ta-
men, quando agunt de ſuccedendo, & ideo
poſt mortem diſponentis, tranſeunt in ulti-
mam voluntatem (ut hic) l. tale pactum. §. final.
ubi Barthol. & Dd. de pact. ideoque tunc non
ſubſiſtunt, nec effectum ſuum conſequun-
tur, neq; valent, niſi fide & conſcientia quin-
que teſtium nitantur ex d. l. ult. C. de codicill. l.
ult. C. de donat. cauſ. mort. Ita Cravetta conſil. 139.
Titius. num. 10. & 11. per Caſtrenſem conſil. 75.
notandum. lib. 2. refert & ſequitur Socinus con-
ſil. 130. in fin. conſil. 137. n. 3. lib. 1. Afflict. Decis. Nea-
pol. 338. n. 5. 6. Crotus. col. 7. & alii in rubric. de le-
gat. 1. Bald. conſil. 108. Domina. in fin. libr. 3. quia
hic non à ſuis verbis ſed ab effectu ſuo, quē
à morte ſortita ſunt, conſiderantur & pen-
dent. Decius. conſil. 305. Juridicam. n. 2. cum ibi
allegatis. Quemadmodum & cæteræ dona-
nationes ac reliquæ liberalitates, quando
non valent jure donationis inter vivos: ſuſti-
nentur tamen jure ultimæ voluntatis, ſi ta-
men adſit ſufficiens teſtium numerus ad fi-
deicommiſſum, hoc eſt, teſtium quinque. d.
l. ult. C. de codicill. Dd. l. ultim. C. de fideicommiſſ.
ut hoc in terminis tradit Cravetta dict. conſil.
139. Titius. n. 11. per l. cum pater. §. donationis. l. mi-
les ad ſororem. de legat. 2. l. ſi donatio. C. de dona-
tion. Roman. conſil. 171. pro deciſione. n. 3. Cornæus.
conſil. 154. lib. 3. Decius conſil. 196. in princ. Jaſon.
conſil. 5. in fin. lib. 3. nec aliter valere ejuſmodi
pactum jure ultimæ voluntatis & poſt mor-
tem ad relicta capienda, quam ſi habeat te-
ſtes quinque probat Philippus Portius conſil.
80. Magnificus. n. 2. per gloſſam. l. ultim. §. final.
verb. voluntate. C. de codicill. Decius. dict. conſil.
305. Juridicam. n. 4. 5. cum ſequent. usq; ad finem.

Quanquam autem aliqui Pragmatici Sa-
xonici hactenus fortè putarint, talia pacta,
cum ſint contractus magis quàm ultimæ vo-
luntates, talem ſolennitatem ac probatio-
nem non requirere, ut nec cæteros contra-
ctus, ſicut oſtendimus: tamen eorum opinio
recipi nequit iſto caſu, ubi deceſſu diſponē-
tis trāſiit in ultimam voluntatem ſcriptura,
& ex ea hoc prædium ut præcipuum retine-
tur; maximè cum, ut dixi, & verba oſtendūt,
non ſit contractus inter vivos, nec ſic valere
poſſit: ſed magis donatio aut diſpoſitio cau-
ſa mortis & in caſum non extantium libero-
75 rum facta. Itaq; ne quidem † jure Saxonico
ſubſiſtunt ſine quinque teſtibus, coram qui-
bus facta ſit. conſtitutione 45. parte 2. Quæ non
eſt aliqua nova conſtitutio, quæ tantum in
Electorali provincia vigere debeat: ſed de-
claratio & approbatio juris communis, quæ
ubique meritò valet, & retrotrahitur, etiam
cum nihil novi juris inducat, ſed quod eſt,
declaret Baldus & Salicetus. l. leges. 7. C. de legib.

Et quanquam tantum loquatur dicta cō-
ſtitutio de pacto hereditatis: tamen idem in-
telligendum in pactis aliis ſucceſſionū aut
relictorum, quæ ſaltem velut ex ultima vo-
luntate capiantur; cum dari non poſſit ratio
diverſitatis, ut diverſo † jure cenſeri tales ca- 76
ſus, non debeāt l. generali. de fidejuſſorib. Æmy-
lianus conſil. 4. n. 17. etiamſi caſus diverſi ſint.
Cravet. conſil. 187. n. 67. Quia ubi eadem † mili- 77
tat ratio, ibi nō extenditur lex vel ſtatutum,
ſed enucleatur. Cravet. de antiquit. tempor. in
princ. n. 35. Et hoc ex dicta conſtitutione ſatis
colligitur. Nam ſi rationem aliquam in he-
reditate ſingularem conſideraſſet, ut quod
pactis dari hereditas nequeat l. hereditas. C. de
pact. convent. Decius. l. pactum dotale. C. de pact.
jam non quinque, ſed ſeptem teſtes exegiſ-
ſet, qui in heredis inſtitutione requiruntur.
l. ſi unus 12. C. de teſtament. §. 2. & 3. Inſt. eod. tit.
cum ſimilib. Cæterum quando tantum quinq;
requirat teſtes in ejuſmodi diſpoſitionibus,
dubium non eſt, quin loquatur de quolibet
pacto, quod cujuslibet ultimæ voluntatis
extra teſtamenti naturam ſapiat & retineat;
quo in genere, quinque nec plures teſtes re-
quiruntur l. ult. C. de codicill. l. ultim. C. de donat.
cauſ. mortis. Cravet. d. conſil. 139. Titius. in fine: nō
tantum ad probationem, ſed etiam ad ſo-
lennitatem l. ult. verb. ſubnotationem. C. de codi-
cill: ubi Jaſon. n. 12. notat, requiri teſtium ſub-
ſcriptionem. Item quod uno contextu co-
ram iis voluntas perficiatur, ut per multa
probat Covarruvias dicens hanc communē
in c. relatum. n. 11. de teſtament. Quare per quin-
que teſtes probari non poſſet talis diſpoſi-
tio, qui actui non affuiſſent, ut verbi cauſa,
qui dicunt, ſe audiviſſe à teſtatore, quod ta-
lem diſpoſitionem feciſſet vel in ea acquie-
ſcere voluiſſet; cum ejuſmodi ne quidem in
teſtamento militari ſufficiant. §. planè. verſic.
ſi, ut plerumq; ſermonibus fieri ſolet, dixit,
ubi Baver. n. 13. & 14. Inſtit. de militar. teſtam. &
addit ibi textus optimam rationem. Alioqui
inquit, non difficulter poſt mortem alicujus
militis teſtes exiſterent, qui affirmarent, ſe
audiviſſe dicentem aliquem, relinquere ſe
bona, cui viſum ſit, & ita vera judicia per
hoc ſubverterentur.

Non igitur juvatur hic reus ex eo, quod fra-
ter mortuus apud amicos de hac donatione
& diſpoſitione jactarit. Nec n. ejusmodi ja-
ctatione perfici potuit; ideoque nec probari
poteſt. Fruſtra enim aliquid † probatur, quod 78
probatū nō relevat l. ad probationē. ubi Bald. in
2. notab. C. de probatio. c. cū cōtingat. 36. de offic. &

potest. judic. delegat. Speculator de teste. §. qualiter. num. 1. & 2. §. nunc videndum. num. 4. Chiliarus in pract. cap. 69. per c. dilecti. 1. de except. c. fraternitatis. de testib. Non autem relevat probare, factam esse ultimam voluntatem, nisi probetur legitimè & ritè ordinata. Nam ex non solemni nihil debetur. *l. si veritas. l. ex testamento. C. de fideicommiss. Jason. l. ultim. num. 12. & 13. C. eod. tit. l. ultim. §. ult. C. de codicill.*

Nec obstat l. ult. C. de fideicommiss. Quia casus est singularis; cum scilicet testator noluit testari & relictum fidei solius heredis commisit, & accedit ejus inficiatio; ut his casibus meritò ejus sacramento deferri possit, scilicet testatorem fidei ejus relictum commisisse. *Jason. & Dd. d. l. ult. C. de fideicommiss. §. ult. Instit. de fideicommiss. heredit.* At cum hoc jus sit singulare, non est extendendum. *l. jus singulare. l. quod contra. de legib. l. 1. de constitut. Princip.* Nec sane potest ad casum præsentem, ubi nihil fidei actoris relictum, sed res inter reum & defunctum acta prorsus, ut factum alienum non possit sacramento agentis deferri. Quia ille recusare hoc & justam prætendere ignorantiam possit *l. Marcellus. ff. rer. amotar. l. jusjurandum. 34. in princ. & §. ait Prætor ubi Barthol. num. 13. de jurejurand. l. 4. ubi Bald. Jason. & alii. de in lit. jurand. l. generaliter. §. final. C. de rebus credit.* Barthol. & Castrensis, Jason & communiter Dd. *in l. manifestè. de jurejurand.*

Ex his satis patet, in hac causa nihil pro reo dici aut allatum esse, unde suam exceptionem satis probare possit, sicut probare debet *l. in exceptionibus. de probat;* maximè postquam actoris intentio satis, ut ostendimus, fundata est *l. sive possidetis. C. de probation. l. si quidem. C. de exception.* Quamobrem alia nobis sunt inquirenda, quæ possint firmius ratione rei causam munire. Et inprimis illud videndum, an non jure militari hæc voluntas sustineri possit *ex l. 1. & tot. tit. ff. de testament. militar. & C. ac Inst. eod.* Obstat, quod Daniel defunctus quamvis militaribus servitiis ac disciplinis esset deditus; tamen hanc dispositionem in Regia civitate domi fecerit, ubi jure communi testari potuit. *§. plane. ubi gloss. Instit. de testament. militar. l. Lucius. de militar. testament.* & proinde etiam debuit. *gloss. l. milites. 15. in fin. C. de te-*
79 *stament. militar.* Quoniam jus testandi † militariter tantum in castris conceditur *§. hactenus. versic.* si faciant extra castra militantes, communi jure testari debent *Instit. de militar. testament. l. penult. C. eod. §. illis autem temporibus. post glossam Angel. & Baver. num. 1. 2. 3. 4. Instit. eod. tit.* Dato etiam, quod animum ad castra revertendi habuerit. *Angelus ibidem num. 1. 2. 3. latè Socinus Junior in l. centurio. num. 48. de vulgar. & pupillar. substitut.*
Quid quod in dubio † non intelligatur testatus jure militari? *Faber in d. §. planè. & ibi Angel. Inst. de milit. testament. per l. in testamento. l. quanquam. 3. C. eod. tit. Guido Papæ quæst. 510. Jason num. 11. Socin. Jun. latè num. 88. in l. centurio. de vulgar. & pupill. substitut. Alexand. consil. 12. num. 17. volum. 3. Caccialup. l. precibus. num. 88. C. de impub. substitut. &c.* 80

Quid quod disputatur à non paucis, hoc jus omne † militariter testandi hodiè sublatum esse *Socin. Jun. d. l. centurio. num. 130. cum seq. per §. & hoc quidem. in authent. ut cum de appellat. cognosc:* & si non sit, non tamen pertinere ad milites nostri temporis *Dd. in d. l. centurio. ubi post Alexand. Lancellot. Galiaul. num. 17. de vulgar. & pupill. substitut. & in princ. Instit. de testament. militar. & in Rubr. C. eod.* præsertim non actu militantes *§. 1. & passim ubi Dd. Inst. de testament. militar. l. primarios. 16. ubi iidem Dd. C. eod. tit.* 81

Sed etsi ponamus, jure militari hic Danielem potuisse testari, & esse testatum: videtur tamen & sic hæc sustineri voluntas non posse, cum opus habeat testibus, saltem † duobus. *l. Lucius. 40. de testament. militar. junct. l. ubi numerus de testib. §. plane. verb. hominibus. ubi Dd. Angel. num. 2. Baver. num. 2. 3. Inst. de militar. testament.* & quidem ad id rogatis *l. Divus. de testament. militar. Baver. in §. ultim. num. 37. Inst. de testam. ordinand.* ut hanc dicunt communem Natta *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 164. C. de testament.* Jul. Clarus *§. testamentum. quæst. 58. num. 3.* licet in testamento inter liberos id non requiratur. glossa *l. final. verb. excepto. C. de codicill.* quam dicit communiter approbatam Decius *consil. 610. num. 2. Sigism. consil. feudal. 8. num. 16.* & ita communiter teneri testantur Corneus *authent. quod sine. num. 6. C. de testament. Jason. consil. 68. in princ. libr. 2. Rubeus consil. 6. num. 5.* Natta *d. §. ex imperfecto. num. 159. in l. hac consultissima. C. de testament.* 82
Quoniam magis favetur † testamento inter liberos, quam militari; & ideo illud facilius sustinetur, quam istud. *Jason in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 7. C. de testament.* & hanc rationem hujus doctrinæ ibi pluribus prosequitur Jason. 83

PRO REO.

QUÆ omnia licet momentosa videantur: contra tamen pro reo dici potest. Nam constat, Danielem, quo tempore hanc dispositionem fecit, actu militasse & fecisse tempore belli. Imo apparet, ideo fecisse, quod profecturus in bellum Regiæ Majestatis à quo præpositus militibus fuerat, voluerit hanc suæ volun-

luntatis consignationem fratribus relinquere. Certum est autem, ad tales nostri
84 temporis milites privilegia † militaria corpore juris clausa pertinere. *Alexand. Socinus, & præcipuè Socinus junior in l. centurio. num. 77. Lancell. Galiaul. num. 17. de vulgar. & pupill. substitut.* Nam licet, vetus creandi milites jus non sit amplius in usu: tamen quia nunc quoq; sacramento reguntur, & eadem pericula & idem publicæ necessitatis ac utilitatis munus sustinent; ideo jus idem remanere debet *l. decreto. C. ex quib. caus. infam. l. ordo. de public. judic. Faber. in rubric. Inst. de testam. militar. num. 3. & ibidem Baver. num. 10.* Nec verum est, jus illud condendi militariter testamenti sublatum esse; licet de eo disputetur, an præteriri vel exheredari liberi vel parentes in eo jure novo, ut veteri possint. *Jason. authent. ex causa. n. 19. C. de liber. præter. Alexand. & Imol. l. filio. de injust. rupt. testament. Angel. in §. illis. num. 2. Instit. de testament. militar. l. ult. ubi Jason. num. 6. C. qui testam. facer. & l. ultim. num. 5. C. de inofficios. testament. Socinus Junior. l. centurio. num. 137. cum seq. de vulgar. & pupill. substitut.* quæ non est quæstio nostra.

Et pertinet jus testandi militariter non tantum ad milites in castris degentes, sed etiam actu militantes, sicut hic Daniel tum temporis militavit & armis vacavit & paratus fuit pro posse ad defensionem Reipublicæ. Id quod sufficit. *Baver. Inst. de militar. testament. in princ. num. 10. Alexand. Galiaul. d. l. centurio. de vulg. & pupill.* Nam pri-
85 vilegium † militare durat, donec qualitatem militiæ habent. *Baver. in §. hactenus. n. 1. eod. tit;* etiam in iis, qui aliquandiu castris absunt, sic tamen ut eo reverti velint *l. qui mittuntur. 33. §. final. l. miles. 34. ubi gloss. verb. sua. l. ab hostibus. l. sed quod. Ex quib. caus. major. & c. l. 3. versic. num forte casibus detentus. l. 4. §. final. versic. datur venia. de re militar.* Nam censetur ibi
86 esse, quo animum † revertendi habet *l. nihil. ubi Barthol. de captiv. & postlim. rever.* nec modicum intervallum curatur *d. l. ab hostibus. 15. §. sed quod simpliciter. l. qui mittuntur. § final. l. miles. Ex quib. caus. major.* & cum merens Principi in militia ipsius voluntate a castris abest, potius ipsi Principi hoc imputandum, quàm militi *Socin. Jun. d. l. centurio. num. 48. versic. secundo etiam. de vulgar. & pupill. substit.* Quare quod dicitur in §. sed hactenus. *Inst. de militar. testament.* milites domi vel alibi, quàm in castris degentes jure communi testari oportere; intelligendum est secundum alia jura *l. unic. C. de inoffic. dot.* scilicet de militibus non actu militantibus *l. pen. ubi Dd. C. de testament. milit.* nec in expeditione existentibus aut ad eam paratis *l. milites. 15. C. eod. tit.* sed domi manentibus ac commorantibus certo loco *l. milites. 15. C. eod. tit. l. miles. 34. ubi gloss. verb. domi. Ex quib. caus. major. & c.* Secus est in eo, qui est in procinctu, & expeditione & stipendiis, ac ad castra it, redit atque commeat pro Principis voluntate *d. l. qui mittuntur. 35. ult. versic. dum vadit, aut redit. Ex quib. caus. major. l. 3. l. 4. de re militar. Roman. consil. 263. num. 2.*

Siquidem igitur dictus Daniel non tantum in stipendio Regis, sed etiam præpositus militibus in castris degentibus fuit & quidem durante adhuc bello; certè, etiamsi aliquandiu in civitate adfuit, tamen cum tantum ad tempus ibi fuerit, & animum revertendi ad castra & militiam habuerit (sicut hæc ipsa scriptura indicat, quæ illius incerti eventus & cogitatione mortalitatis facta videtur,) dicendum est, eum jure militari testari potuisse. Proinde cum hæc ejus dispositio jure communi non valuerit, judicandum est, ut actus valeat potius, quàm pereat *tot. tit. de reb. dub.* voluisse eum etiam potius disponere jure militari, quo actus valere potuit, quam jure communi. Non enim intelligitur † elegisse viam per 87
quam judicium ejus subverteretur *l. 3. ubi Bald. l. miles ita. l. si duobus. de testament. militar. l. ex his. C. eod. tit.* Itaque regula quod miles † intelligatur in dubio testatus jure 88
communi, intelligenda est, quando utroque jure actus valere potest; aliàs secus. Quoniam non præsumitur actum frustraneum facere voluisse *Jason. num. 11. &* elegantissimè Socinus Junior *num. 88. cum sequent. in l. centurio. de vulgar. & pupill. substitut.* Imò etiam cum valere potest jure communi actus, si tamen plenius valere potest jure militari, intelligitur potius miles usus privilegio suo quam jure communi. *Lancelot. Galiaul. d. l. centurio. num. 144. de vulgar. & pupillar substit.* maximè isto casu, ubi adjecta est clausula omni meliori modo, Wie solches in bester form vnd im Rechten am kräfftigsten geschehen kan oder mag. Ita Socinus *consil. 142. Reverende. num. 4. volum. 1.* per doctrinam Baldi *l. verbis. de vulgar. & pupill. substitut. & l. quoties. num. 3. C. de hered. instituend. Jason. num. 10. & Dd. l. eam. C. de fideicommiss. Cornæus consil. 62. alias. num. 4. 6. 11. vol. 2. per l. codicillis. §. ultim. de legat. 2. l. 3. l. conficiuntur. l. quod per manus. de jure codicillor.*

Quod autem dicitur, etiam talem militarem dispositionem coram duobus testibus ad hoc rogatis faciendam esse; tantum obtinet in testamento nuncupativo, de quo agit §. ultimus & ibi Baver. *Instit. de testament,*

ment. & *§. planè. Inst. de testament. militar. in verbis. quod & sine scriptura. & paulo post. potest videri sine scripto testatus.* Nam quia sæpe in sermonibus talia jactantur: ideò, ut constet de sua voluntate, necesse est testes adhi-
89 beri, & ad hoc rogari. Quia † rogatio serium ac deliberatum propositum arguit *§. planè. verb. convocatis. Instit. de testament. militar. l. heredes. §. in testamentis. ubi Dd. de testament.* At hac solennitate non opus esse, quando miles scriptura suam voluntatem declarat etiam non solenni, ostendit l. milites. 15. *C. de testament. militar.* Quia sufficit quomodocunque de de ejus voluntate constare *l. 1. de testament. militar.* in princ. Instit. *eod. tit.* versic. Quoquo enim modo voluntas eorum suprema inveniatur sive scripta, sive sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eorum. *ad quod Hyeron. Verius in l. ex facto. num. 477. de vulgar. & pupillar. substit.* Et sane, cum in aliis ultimis voluntatibus
90 extra † testamentum non requiratur testium rogatio *l. ult. §. omnium. C. de codicill. ubi Dd. Barthol. l. heredis. §. in testamentis. num. 1. de testament.* absurdum esset dicere, quod requireretur in testamento militis, quod minori solennitate constat. Tiraquell. *de pia causa. privileg. 3. in fin. ubi ex d. l. Divus de militar. testament.* arguit à contrario sensu, etiam sine testium rogatione aut testibus sufficere militis voluntatem pro testamento; dummodo de ea aliter (ut hic, per scripturam) constare possit.

Ut igitur alia tam testibus quam scripturis probantur *l. 5. 6. 7. & passim l. in exercendis. C. de fide instrument. l. 4. l. cum res. C. de probat.* sic dicendum etiam, ultimam militis voluntatem probari; cum hæc æquiparentur *in §. 1. & §. 2. Instit. de milit. testament.* Et cum scriptura habetur militaris testamenti, testes
91 † quærendi non sunt *d. §. 1. verb. sive scripta. Inst. de testament. militar. l. 1. eod. tit. l. milites. l. 1. C. eod. tit.* Quibus locis disertè adæquantur hæc duo, vel scriptura vel testibus militarem voluntatem probari. Unde alterutrum sufficit, & non utroque opus est. Multò minus eorum rogatio in militari testamento, quando aliàs de voluntate ejus constare potest *Tiraq. in privileg. piæ causæ. dict. privileg. 3. in fin. per Bald. Fulgos. & Dd. in authent. quod sine. Castrens. Angel. & alios l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament.* Quia non ut sermones sæpe temerè jactantur inter convivia de aliquo instituendo *d. §. 2. ubi Baver. Inst. de milit. testament.* sic etiam scripturæ fiunt & sigilla apponun-
92 tur. Imo intelligitur unusquisque † actum, quem scribit, deliberatè facere & probare: quoniam ad hoc tempore & cogitatione scribendi ac operatione est opus. Unde quis scribendo vel subscribendo se obligat *l. Publia. §. final. deposit. l. generaliter. C. de non num. pecun.* & probare actum, qui geritur ac scriptus est, intelligitur *l. exitus. de pignorat. action. l. sicut. §. non videtur. quib. mod. pign. & c. l. 3. C. quod cū eo & c.* maximè, si ut hic accesserit etiam sigillum, quo etiam per æquè ac scribendo † vel subscri- 93
bendo actus ratificatur & probatur d. l. 3. *C. quod cum eo, quod in alien. potest. negot. gest. dicatur. & c. gloss. l. 2. verb. conquasita. ubi Bald. C. de reb. alien. non alienand. & l. si procurator. verb. intelligendum. de procuratorib. Roman. consil. 303. hac scriptura. num. 1. & 2. Bald. c. 1. num. 6. 7. de pace Constant.* adeò, ut inde fiat plena probatio *Barthol. l. quæ dotis. in fin. ubi Dd. Solut. matrimon. Decius & Canonist. c. tertio loco. de probat. Felin. c. 2. in fin. ubi Decius. de fid. instrument.* Imo sigillatio † plus operatur, 94
quam subscriptio. *Purpurat. l. admonendi. num. 177. post Castrens. de jurejurand.* contra sigillantem scilicet & ejus heredem. *Cravet. de antiquit. tempor. parte 1. §. quæritur. num. 94.* præsertim, cum hic non extraneo relictum quicquam sit, sed fratri heredi proximo, ubi facilius præsumitur deliberata donatio † in 95
casum mortis ob naturalem affectionem *Bald. d. authent. quod sine. per l. nec in ea. ad L. Jul. de adulter. l. amicissimos. §. ult. de excusat. tutor.* quam circa extraneum. Tiraquel. *privileg. piæ causæ. 3. in fine.* Qui licet loquatur de liberis: tamen idem in aliis propinquis. *l. si servus communis. de donat. inter vir. & uxor. l. quæ dotis. ubi Barthol. num. 23. Jason. num. 32. solut. matrimon. Felin. c. nonne num. 14. de præsumpt.* Nam & his affectionis & sanguinis causa facilè relinqui ac legari in ultima voluntate præsumitur *l. cum alienam. C. de legat. Jason. l. Titius. num. 9. de liber. & posthum. l. cætem. §. si quis. num. 9. l. si domus. §. si fur. dus. num. 22. l. qui filiabus. num. 16. de legat. 1.*

Cum igitur in hac scriptura expressum sit, neque negetur, eam & scriptam esse manu dicti defuncti, & etiam ipsius usitato sigillo sigillatam; dici aliter nequit, quam de ipsius voluntate satis constare hinc inter heredes: & in certis non esse locum conjecturis *l. continuus. §. 1. de verb. obligat.* ac proinde stare heredes debere, in quod testator voluit *Bald. l. pupillorum. 5. C. de repud. hered. per l. liberto. §. Lucius. de annuis legat.* Nam si talis scriptura à defuncto patre scripta valet inter liberos. *authent. quod sine. C. de testament*; maximè additis anno † & die, quæ hic sunt 96
addita, & addi debent *Bald. in authent. quod sine. num. 4. & ibi Natta. num. 30. Jul. Clarus. de testament. quæst. 14. num. 2.* certe etiam Militis talis dispositio scripta, & ab eo sigillata valere

valere debet. Salicet. *d. l. hac consultissima. in princ. num. 6. C. de testament. ubi* vult, dictam authenticam *quod sine.* pariter obtinere in militibus & testamento inter liberos. Fallit, inquit, in testamento militis & in testamento facto inter liberos. *authent. quod sine. in fin. eod.* Quanquam autem agat de fœminis in testem recipiendis : tamen cum ad suum propositum allegat dictam authent. *quod sine.* non est dubium, quin velit eam, æquè obtinere in militibus ac parentibus.

97 Nam Dd. dicta † sunt accipienda secundum id, quod allegant *Barthol. l. non solum. §. si liberationis. num. 7. de lib. legat.* Et facit pro hoc

98 generale argumentum † à simili, quod ducitur à testamento militari ad testamentum inter liberos, & contra. Et expressè non firmant idem Baldus, Salicetus, Fulgosius. *d. authent. quod sine.* Castrensis Angelus & alii *d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament.* ut de hoc amplius non sit dubitandum.

Hæc igitur prima hic esto rei defensio : Altera sit, quod posito non concesso, hic jure militari nihil sit gestum : tamen defuncti fratris manus & sigillum probet contra ejus heredem illud recognoscentem, sicut recognoscere debet *l. cum ab initio quemadmod. testam. aperiant.* Marcus *Decis. 990.* ubi legem illam de omnibus in genere instrumentis intelligendam docet *l. qui agnitis. de exceptionib.* Instrumentum autem recogni-

99 tum † pro publico habetur & fidem facit; præsertim contra eum, qui scripsit *l. Publia. §. final. deposit. l. generaliter. C. de non numerat. pecun.* aut ejus heredem *l. si intra. C. de non. num. pecun. l. ultima. ubi Barthol. Rebuff. & Dd. C. de conven. fisc. debitor. libr. 10.* Imo est probatio non probanda.

Cum hic igitur de voluntate defuncti constet, quod voluerit reum fratrem habere hoc prædium præcipuum, pro onere solvendi certi æris alieni, cui reus satisfecit : liquet alterum fratrem coheredem actorem in foro conscientiæ obligatum esse, ut hanc defuncti voluntatem, quamvis non solennem; probatam tamen, ratam habeat secundum communem, quam firmat Tiraquellus *in LL. connubial. circa finem gloss. 2. num 21.* & hanc fatetur communem Didac. Covarruvias post Panormitan. *num. 10. c. cum esses. num. 5. versic. ex quibus* apparet hæc communis. *de testament. Julius Clarus. §. testamentum. quæst. 90. num. 4. & 5.*

Idq; præsertim procedit in quæstione ultimarum voluntatum extra testamentum,

100 de qua hic agitur. Nam in testamentis † requiruntur testes ad solennitatem : ideo non sufficit ibi voluntatem probari. Quia pactis & voluntatibus ultimis extra testamentum hereditates nec dari nec adimi queunt *l. hereditas. C. de pact. convent.* Et ideò vel uno teste deficiente, tanquam formâ destructâ, testamentum corruit; etiamsi voluntas probari per sex possit *l. si unus. C. de testament.* At in cæteris ultimis voluntatibus de quibus hic, tantum inductus est quinque testium numerus; ne falsitas facilè strui possit in paucorum conscientia *l. ult. C. de fideicommiss.* Cum igitur constat absque alia suspicione voluntas testatoris (ut ex ejus scriptura hic) cessat hæc ratio; & ideò juris civilis decisio *c. cum cessante. de appellat. c. etsi Christus. de jurejurand.*

Præterea lex civilis habet fundamentum à præsumptione falsitatis, quæ præsumptio cessat † in judicio animæ, ubi tantum veritati locus est. *c. tua. c. is qui fidem. de sponsalib. Bald. l. cum quis. in fin. C. de Juris & fact. ignorant. Panormitan. & alii c. quæ Ecclesiarum. de constitut.* Tertiò ex minus solenni † voluntate oritur obligatio naturalis *l. ult. ubi Bald. C. ad L. Falcid. l. in testamento. de fideicommiss. libertat. l. fideicommissum. C. de condict. indebit. gloss. Barthol. & Dd. l. cum quis. C. de jur. & fact. ignorant. l. 1. ubi Jason. de condict. indebit. Imol. c. ultim. de solut.* hanc communem esse statuit Jason. *d. l. cum quis. num. 13.* Quamobrem id debitum naturaliter solvendum est in animæ judicio, ex lege divina; Nemini quicquam † debeatis præter charitatem. *Barthol. in extravag. c. ad reprimendum. verb. denunciationem. Panormitanus c. quia plerisq. in fin. ubi & Anton. de Butr. de immunitat. Eccles. Anchoran. c. possessor. quæstio. 1. de regul. Jur. in 6. Panormitan. c. cum esses. 2. lect. num. 10. 15. & ibi Covarruvias. num. 5. de testament. & c. 1. de in integ. restitut. in fine. Innocent. c. quod sicut. de election. Bart. tractat. minor. cap. 3. Jason. l. si non sortem. in princip. de condict. indebit. Tiraquell. de LL. Connub. gloss. 2. num. 21.* 101 102 103

Quanquam autem hanc sententiam refutare conetur Covarruvias *d. c. cum esses. num. 6* : tamen cum sit communis, ab ea non est recedendum. Et proinde, cum mortaliter † peccet, qui contra tale testamentum petit. *Panormitan. in relect. d. c. cum esses. in 9. notab. de testament. Ripa l. nemo. num. 100. & ibi Jason. num. 102. in 2. lectura. de legat. 1;* meritò à Magistratu coercendus est & rejiciendus. Quia malitiis non est indulgendum *l. in fundo. de rei vendicat.* etiam per denunciationem Evangelicam urgendo, ut desistat *Bald. Jason. & Dd. d. l. cū quis. C. de jur. & fact. ignorant. Abbas in d. c. cū esses. ubi* Didac. 104

Didac Covarruvias licet contra sentiens. *num. 10. Ripa. d. l. nemo. num. 88. de legat. 1. Alciat. in c. novit. num. 47. de judic.*

Ex hac autem thesi, nempe, quod ex voluntate minus solenni relicta naturaliter debeantur, oritur tertia & quidem firmissima hujus rei defensio; nempe, quod cum possideat ex tali voluntate istud prædium, non cogatur illud petenti coheredi restituere. *Barthol. num. 18. Ripa. post Imol. & Alexand. num. 97. & ibidem Jason. in 1. lect. num. 70. & in 2. lectura. num. 94. de legat. 1. Capicius. decis. 89. num. 2. Joann. Dilect. de arte testandi. tit. 3. caut. 3. num. 1.* & hanc opinionem dicit communem Bertrandus *consil. 212. num. 19. lib. 1. in 2. parte. Jul Clarus §. testamentum. quæstion. 90. num. 4.* Quanquam negent Dd. posse heredem in judicio exteriore (nempe fori, non poli neque conscientiæ) uti hoc jure retentionis, sicut legatarius potest. *Alexand. d. l. nemo. ubi* hanc Jason fatetur communem *num. 75. in 1. lectura. & Ripa. num. 102.* de quo miratur Covarruvias *d. c. cum esses. num. 10. versic. quarto.* Nam si, inquit, legatario permissum esset, non video, qua ratione heredi idem jus negetur. Sed hoc nihil mirandum nec in eo ulla est discrepantia. Nam dicta theorica Dd. accipienda est, quod heres nihil sic possit retinere jure hereditario & ut heres; quia hereditas seu hereditarium jus ut civile, nullo jure potest deberi quam ex civili jure, hoc est, aut lege ab intestato aut solenni testamento in causa testati *l. hereditas. C. de pact. convent.* Idcirco justis heredibus hereditatem vel rem jure hereditario possessam repetentibus non potest opponi jus retentionis ex voluntate non solenni, cum ne quidem ex solenni debeatur extra testamentum. Et hæc est omnino mens scribentium, ut declarat Jason *in d. l. nemo. in prima lectura. num. 75. & Ripa ibidem. num. 202. & in l. si post divisionem. num. 5. C. de jur. & fact. ignorant. Bertrand. d. consil. 212. num. 21. in fine.* Julius Clarus. *§. testamentum. quæstion. 90. num. 6. ubi* addit rationem hanc, quia lex regulariter multò plus favet sustinendis legatis quam institutioni heredis, ut de hoc multa exempla congerunt Dd. in locis præallegatis.

In præsenti autem agimus non de re juris hereditarii, sed jure prælegati concessa & huic reo relicta, propterea, quod defunctus voluit reum hoc prædium habere præcipuum. Constat enim heredem ejusmodi prælegata seu præcipua respectu coheredis non retinere, præcipere, tenere jure hereditario sed jure prælegati. *l. filium. quem. C. famil. herciscund. ubi* glossa *verb. percepit. versic.* hic autem hereditarium non fuit, quod accepit causa conditionis adimplendæ. Item alia ratione: quia si duo sumus coheredes, & à me tibi, & à te mihi legatum relinquatur *l. in quartam. ff. ad L. Falcid. l. Titius si nupserit. de condition. & demonstrat.* Est igitur hactenus legatarius *gloss. d. l. filium quem. ubi Corras. & Dd. C. famil. herciscund. & d. l. in quartam. ad L. Falcid.* & in judicio familiæ herciscundæ, vel communi dividundo hæc præcipua & alia onera deducantur. *l. Pomponius. 8. l. si ita legatum. 42. ff. famil. herciscund. l. 1. C. Si cert. petat. d. l. filium quem*; Sicuti novum etiam non est, diversis † respectibus aliquem diversas personas sustinere *l. tutorem. de his quib. ut indign. Bald. in l. 1. in fin. C. de reb. credit. Blanc. in tract. de compromiss. quæst. 2. n. 41. latè Everard. in loco legali. de tanquam seu respectivis.* 105

Ut hic non obstet, quod dicitur, rem eandem non posse jure hereditario & jure legati teneri. *gloss. d. l. filium quem. verb. percepit. C. famil. herciscund. per l. Titia. si nupserit. de condit. & demonstr.* Nam intelligitur ejusdem partis respectu; alioqui nihil prohibet, quo minus respectivè & per juris divisionem partem tenuiorem sibi præcipuè relictam jure hereditario, nempe respectu suæ partis, quam in ea jure hereditario absque legato haberet & habet; partim jure relicti & legati, respectu partis, quam coheres in ea haberet nisi legatum esset relictum *d. l. filium quem. d. l. in quartam. ubi Dd.* Quam solam partem hic Antonius coheres petit, ut suam; non verò partem Petri rei, quam jure hereditario habet: ea enim actori non debetur, neque peti potest.

Itaque dicendum est ex præfata Dd. theorica, huic reo jus retentionis ex ultimæ hujus voluntatis pacto esse; & proinde eum absolvendum esse objectu hujus justæ exceptionis ex communi Dd. theorica supra allegata, quam firmat Julius Clarus. *§. testamentum. quæst. 90. num. 4.* quamvis eam impugnet Covarruvias *d. c. cum esses. num. 10. de testament. per l. si creditoris. C. de fideicommiss.* Sed in consulendo † & judicando non est ab opinione communi recedendum. *Barthol. num. 5. Angel. & Dd. l. ult. C. de pæn. judic. qui malè judic. Panormitan. in c. prudentiam. c. 1. in princ. de offic. delegat. & c. ult. in fin. de secund. nupt. Joann. And. Hostiens. Anton. de Butr. Imol. num. 16. Felin. num. 54. Franciscus. num. 23. Decius. num. 28. in 1. lect. & num. 11. in 2. lect. August. Berous. num. 268. Marcus Mant. num. 109. & Dd. c. 1. de constit. Henning. Goden. latè consil. ultim. de præscript. pignor. num. 253. latè Anton. Maria. Corat. in tract. commun. opinion. in præfat. num. 27. & libr. 2. tit. 8. num. 16. cum ibi allegatis.* ut idem sæpius fatetur *c. possessor. part. 2. in princ. de regul.* 106

gul. Jur. in 6. & hoc receptum esse communiter multis probat Coratius *præallegato loco. Bald. c. ne innitaris. num. 6. de constit. & c. judices. versic. sed adhuc revoco in dubium. num. 4. de pac. jurament. firmand. ubi latè Barbat. in addit. Faber in præfat. Instit. num. 2. & ibi Joannes Garron. Imol. l. filio. num. 27. de injust. rupt. testament. Harma. l. 4. §. rato. num. 283. de verb. oblig. Geminian. c. 1. in 6. notab. de summ. Trinitat. in 6. Guido Pap. sing. 512. commmunis opinio. Roman. consil. 179. amplissima. num. 12. Paris de Put. de syndicat. verb. judicare. cap. 3. Ferrar. caut. 31. num. 1. Villalob. in tract. commun. opin. verb. communis opinio.* cum similibus quos penè infinitum ad modum cumulat Coratius præallegato loco.

Quanquam autem dimidiam tantum jure legati, hoc est respectu coheredis possidet hic reus: tamen in totum est absolvendus. Nam alteram dimidiam, hoc est, suam, quam jure hereditario habet & possidet pro indiviso omnino retinet & retinere debet, etiamsi nulla ultima voluntas extaret. Nec illa in hoc judicium est deducta vel petita, sicut nec peti potest: sed tantum illa altera dimidia, quam in hoc prædio coheres actor deberi sibi & eo respectu æqualiter secum hoc prædium dividi debere intendit. Quam dimidiam cum ex hoc pacto, quod ultimam voluntatem inducit, & relictum fideicommissi sapit, teneat reus & eatenus exceptione retentionis defendatur: meritò etiam ab hac actione absolvitur per prædicta.

Præterea non esset os in cœlum ponere, si diceremus locum hìc habere l. final. *C. de fideicommiss. §. ult. Instit. de fideicommiss. hered.* qui textus non requirunt inficiationem heredis, sed tantum, quod defunctus omisso more testandi solenni rem fidei heredis commisit. Atqui reus hic est heres non minus quam actor, & hic fatetur clam se defunctum hoc cum suo fratre Petro nempe reo coherede tractasse ac disposuisse: in quo cum defuncti manum & sigillum recognoscat, à quo alioqui opulentam hereditatem consequitur; non est ferendus, si tale relictum valere nolit contra d. l. ult. *C. de fideicommiss.* & ita infringat sigillum & manum defuncti & inficietur, contra d. l. ultim. *C. de fideicommiss.* cujus facta † præstare alioqui & implere, ut heres cogitur *l. cum à matre. C. de rei vendic. Bald. & Dd. l. post mortem. de adopt.* Cæteroqui ad totale interesse tenetur. *Arius Pinellus l. 1. parte 3. nubi fol. 560. C. de bon. matern. Henning. Goden. consil. feudal. 15. num. 8. Alexand. consil. 28. num. 18. lib. 5. Afflict. & Dd. c. 1. An agnat. vel fil. & c. Decius consil. 208. ad clariorem. num. 4. & 5.* Neque verò dubium est, quin si rogatus fuisset defunctus, an hoc prædium sine litigio Antonii actoris non vellet præcipuum manere apud Petrum reum, quod omnino responsurus fuisset, se hoc velle; sicut & coram amicis sæpè professus est, & idem scripsit & sua manu suoque sigillo testatus est. Non autem † præsumitur aliud scripsisse vel dixisse, quàm senserit *l. Labeo. de suppellect. legat.* Quia animi † interpres est oratio *l. cum virum. ubi Corras. eleganter in princ. C. de fideicommiss.* Quocirca hoc pro expressa & aperta ejus voluntate habendum est. *gloss. & Dd. l. tale pactum. §. final. de pact. Socin. post Bald. l. hereditas. §. cum ita. ad SC. Trebellian. Bald. l. 1. C. quæ res pignor. Jason & Dd. l. Titius. §. Lucius. de liber. & posthum. & l. 3. C. de liber. præter. Anton. Gabr. Romanus. libr. conclus. 6. conclus. 10. per totum.*

Postremò, cum hic reus sit possessor, etiam in dubio pro † eo est pronunciandum. *l. favorabiliores. de regulis jur. c. cum sunt partium. eod. tit. in 6. cum similibus. Jason & Dd. l. de die. in princ. qui satisd. cogant. c. ult. de re judicat. c. ult. de jurejurand.* quam regulam etiam valere in istis duplicibus judiciis supra ostensum est, ex communi doctrina Jasonis & Dd. *l. duo. de re judicat. l. in tribus. ubi gloss. Bald. & Dd. de Judic.* Præsertim cum tam multa pro reo hìc faciant, de quibus diximus, ut valere debeat regula: quæ non prosunt singula, multa juvant *c. causam. de probat. c. præterea. de testib. l. 2. de excusat. tutor.*

Ex quibus omnibus concurrentibus non esset absurdum dicere, reum hìc esse ab hac actione absolvendum: expensis tamen propter tam implicatam causæ dubietatem compensatis, prout fieri moris est & styli, per theoricam Jasonis & Dd. *in l. properandum. §. sive autem. C. de judic. cum similibus.* Salvo.

CONSILIUM CCCXXII.
DE SUMPTIBUS, ET JURE BELLI.

SUMMARIA.

1. *Sumtus belli ab iis, qui ex debito tenentur mandatum exequi, repeti non possunt.*
2. *Vasalli operam militarem gratis præstare tenentur. Explicatur n. 9.*
3. *Magistratus gratis officium suum impertiri debet.*
4. *Expensa quæ fiunt in puniendis reis ad superiorem spectant.*
5. *In re clara non est inducenda longior dubitatio.*
6. *Evocati ad bellum justum impensas repetere possunt.*
7. *Nullus cogitur mandatum superioris exequi suo sumtu.*
8. *Ministerio qui utitur alicujus, ei impendia debet.*
10. *Præsumitur in dubio pro Principe, ejusdemq; decreto.*
11. *Rex non recognoscens superiorem, est in suo regno velut Imperator.*
12. *Ubi licita est offensio, ibi illicita defensio.*
13. *Dominus feudi & Vasallus correlativi.*
14. *Movens justum bellum habet actionem & jus repetendi sumtus ab iis, qui causam dederunt.*
15. *Fiscus de bonis proscriptis impendia executionis refundit.*
16. *Diffidatio & proscriptio justa facit, ut personas & res proscriptorum liceat occupare.*
17. *Occupantes pace facta ad restitutionem non tenentur.*
18. *Diffidatorum subditi vasalliq; derobari possunt: ubi Ratio.*
19. *Virginibus, ne quidem per se proscriptis, vitium inferri non debet.*
20. *Feuda non veniunt in generalem confiscationem bonorum.*
21. *Bona feudalia quando ob feloniam committantur?*
22. *Victores ad sumptus belli repetendos collectam victis imponunt.*
23. *Innocentium quorumlibet sociorum bona non violanda.*
24. *Innocens propter nocentem plecti non debet.*
25. *Sicut alienando quis decerpere nihil potest de parte socii: ita nec delinquendo.*
26. *Portio ejus, qui se facit indignum, socio accrescit.*
27. *Idem in feudis, potius quam ad Dominum redeat; maxime in individuis.*
28. *Feudo commisso quinam agnati & intra quem gradum admittantur.*
29. *Absurdum est, remotiores plus juris habere quam propiores.*
30. *Feudo commisso an liberi admitti debeant?*
31. *Pater contrahendo liberis præjudicare non potest in feudo.*
32. *An pars nocentis in feudis non committatur?*
33. *An Domino committatur feudum etiam quādo per indirectum in illum cōmittitur?*
34. *Executio in civilibus per æstimationem amovetur.*
35. *Ex felonia in ipsum Dominum principaliter commissa perpetuò quæritur Domino. Negant aliqui.*
36. *Consuetudine servatur, feuda in publicationem non venire.*
37. *Fructus feudi ad vitam proscripti tantum capiuntur.*
38. *Quæ sapiunt naturalem æquitatem, facile in mores abeunt.*

PROscriptis ob vim & contumaciam quibusdam nobilibus, & bello iisdem indicto, quæritur, quinam sumptus belli tolerare debeant?

VIDEbatur executoribus illos incumbere, cum ad regium præceptū, cui parere coguntur, hanc executionem susceperint. Innocent. *c. sicut. ult. num. 1. & 4. de jurejurand.* ubi decidit, quoties mandatur executio † belli iis, qui ex debito tenentur, ut vasallis, eos tum expensarum hoc nomine repetitionem non habere. *per c. non auferenda. 23. quæst. 3.* sequitur Baldus *in d. c. sicut. n. 8.* addens rationē, quoniam nomine feudorum, quæ propterea ex beneficio Domini tenent, ad id genus officii sint obligati, ut nihil idcirco iis debeatur *l. ultim. de condict. ob turp. caus.* Ad idem Speculator *de feud.* §. *quoniam. num. 42. Bald. c. 1. num. 17. de* 1

de capit. qui cur. vend. Alvarott.*num.7.* & Feu-
diſtæ. *in c.1. de nov.form fidelitat per l.ſuo viſtu.*
de oper. libert. Zaſius in epitom. feud. parte. 7. n.
44. Quoniam in fidelitate Domino belli-
cam ſeu militarem operam promiſerunt,
cui potiſſimum obligantur, etiam ad offen-
ſionem, non ſolum ad defenſionem *c.1. in*
2 *princ.Hic finit.lex:* Ideò gratis eam † præſtare
debent *Bald. in d. c. ſicut. n. 8. Ardizon.in tract.*
feudal. in princ. cap. cujus expenſis vaſallus ſervi-
re debeat. cum cap. ſeq. per l. ſuo. l. niſi. de oper. li-
bert; præſertim in caſu neceſſitatis & præce-
pti facti, quo etiam ſubditos, qui alioqui
non tenentur ad ejuſmodi, nedum vaſallos,
qui ad hoc obligati ſunt, tali caſu ſuperior
ad eadem ſervitia urgere poteſt. *Bald. l. 1.*
num. 5. C. de oper. libert.

Quod etiamſi actionem executores ejuſ-
modi ſumptuum nomine haberent, velut a-
lii: tamē ea tantum utpote perſonali contra
ſolum Dominum, cujus mandatu bellum
geritur, ut mandantem uti poſſe videntur
Innocent. n. 1. & 4. Bald. n. 8. Panormitan. n. 16. I-
mol. n. 3. & 4. & communiter Dd. *in c. ſicut. de*
jurejurand. per l. inter cauſas. §. non omnia. l. qui
mutuam. §. final. Mandat.

Sed nec Domino præcipienti repetitionē
hoc caſu eſſe ſic colligitur, quod ejus officio
incumbat gratis utiq; præſtando *l. ult. de con-*
3 *dict. ob turp. cauſ.* punire nocentes † & defen-
dere ſubditos. *Geminianus c.1. §.1. n.5. & 6. de ho-*
micid. libr. 6. Quo nomine cum vectigalia ſol-
vantur & capiant Domini *Roman. 13.* videntur
ejuſmodi ſuis præſtare ſumptibus oportere
l. obſervare. ubi hoc notat Baldus *de offic. Pro-*
conſul. Barthol. l. Divus. n. 5. de bon. damnat. Bal-
dus. l. non ignorat. n. 2. verſic. quando pœna in
ſupplicio conſiſtit, non venit refectio ex-
penſarum. *C. de fruct. & lit. expenſ. latè Paris de*
Put. tract. Syndicatus verb. expenſæ. cap. 2. n. 1. & 2.
& verb. præmium. n. 3. Lanfranc. in c. quoniam.
verb. expenſæ. n. 3. de probat. Boer. in conſuet. Bi-
tur. tit. de jurisdict. per gloſſ. & Dd. in l. ſi Barſa-
toram. C. de fidejuſſor. Barthol. Joann. de plat. in l.
1. C. de præbend ſal. lib. 10. Chaſſaneus *in conſuet.*
Burgund. rubric. 2. §. 1. verb. & appertient. n. 2.
per doctrinam Heinric. Boick. *c. ad aures. de*
4 *Simon.* ubi decidit non ſolum † expenſas,
quæ fiunt in puniendis reis, ſed etiam perſe-
quendis & tum reſiſtunt offendendis (ſicut
offendi poſſunt *l. 3. ubi Salicetus C. de his qui ad*
Eccleſ. confug.) ad Dominum ſuperiorem ju-
risdictionis ſpectare. Ad idem Decis. Tho
los. *41. cum quidam, n. 1. 2. 3.* per doctrinam An-
geli *in authent. de collat. §. jubemus. in fine.* qui
concludit expenſas factas in capiendo tur-
batorem publicæ pacis ſuſtineri à fiſco, adeo
ut Officiales exequentes ab eo repetere poſ-
ſint *per l. mulier in opus. 6. de capt. & poſtlim. re-*
verſ.

Sed in re clara non eſt inducenda longior
dubitatio. *Caſtrens.* † *conſil. 466. ad quod. n. 1. vo-* 5
lum. 1. per l. ille. §. cum in verbis. de legat. 3. l. jam
hoc jure. §. ult. de vulgar. & pupill. ſubſtitut. Cō-
tra vero ſtatuendum hic eſſe multis demon-
ſtrari facile poteſt. Quanquam enim vocati
in auxilium belli injuſti non habent actio-
nem ad impendia repetenda. *Innocent. c. ſicut.*
n. 1. de jurejurand. Cardinal. Zabarell. in clement.
paſtoralis. in princ. n. 11. & 12. de ſentent. & re judi-
cat. Quia rei turpis & illicitæ nulla eſt obli-
gatio *l. generaliter. de verbor. obligation*: tamen
qui ad bellum juſtum à Superiore † evo- 6
cantur, repetere impenſas & damna hoc no-
mine facta ex vi mandati poſſunt. *Innocent. n.*
1. & 4. Panormitan. n. 16. Imol. n. 3. & 4. Bald. n. 7.
& 8. in d. c. ſicut. de jurejurand. Cardinal. Zaba-
bell. in d. clem. paſtoralis. n. 12. de ſentent. & re ju-
dicat. per l. inter cauſas. §. non omnia. l. qui mu-
tuam. §. ultim. mandat. Nullus enim cogitur
mandatum † ſuperioris exequi ſuo detri- 7
mento ſumptuū *l. Circenſium. C. de decurionib.*
lib. 10. Angel. §. jubemus. in authent. de collat. &
conſil. 245. Quia. n. 4. Paris de Puteo in tract. ſynd.
verb. præmium. n. 2. & 3. Boer. decis. 303. n. 9. parte
2. decis. Tholoſan. 41. n. 3. Imo vero, quandoqui-
dem nemo cogitur ſuis militare ſtipendiis
c. cum ex officii. de præſcript. Speculat. de Salar. §.
ſequitur. n. 20. & §. 1. verſic. Rempublic. à qua alun-
tur. C. de locat. Speculator tit. Qui fil. ſint legitim.
n. 20. nec cuiquam officium ſuum debet eſſe
damnoſum *l. ſed ſi quis. Quemadmod. teſta-*
ment. aperiant. l. ſancimus. C. de adminiſt. tutor.
c. ſane dilecto. ubi gloſſ. verb. ſuſtinere. de renun-
ciat. Ac qui utitur miniſterio alicujus, ei im-
pendia † præſtare debet *Joann. de Ardizon.* 8
præallegat. loc. in rubr. Cujus expenſis &c. per l.
ſi id quod. §. 1. de donat inter vir. & uxor. quique
præſtat obſequium, recipere eundem con-
venit æmolumentum. *Speculat. de ſalar. §. ſe-*
quitur. n. 20. per c. charitatem. 12. quæſt. 2. His de
cauſis uſitatum eſt, ut permittatur executo-
ribus ſibi ipſis in exequendo ſatisfacere de
ſumptibus, damnis atque adeò etiam ſalario
debito ſive ſtipendio *Faber in §. quadrupli. n.*
10. Inſtit. de actionib. Chaſſaneus in conſuetud.
Burgund. rubric. 1. §. 7. verb. de ſimple. n. 44.

Non obſtat quod vaſallus teneatur ſuo
ſumptu dominum juvare in bello. Nam hoc
verum eſt ſecundum jus feudi, non † aliter. 9
Bald. d. c. ſicut n. 8. de Jurejurand. Quod etſi ge-
neralem videri poteſt *c. 1. Hic finit Lex:* tamen
diſtinctius hac de re noſtri loquuntur, quod
ſcilicet non ſit in inveſtitura, & fidelitate, ut
vaſallus cogatur domino præſtolari & adeſ-
ſe in offendendo alterum, ſeu movendo a-
liis bellum *Bald. c. 1. n. 17. de capit. qui cur ven-*
dit; ſed tantum in defendendo & diſcrimi-
ne illati belli propulſando.

Jam in proposito bellum esse justè mo-
tum ac indictum à Rege contra subditos
Nobiles contumaces, nec justitiam facere
volentes præsumitur *Panormitan. c. sicut. num.
31. per illum textum. de jurejurand. Decius con-
sil. 691. in facto. num. 3. & 4.* Præsumitur e-
10 nim in dubio † pro Principe, ejusdemque
decreto; cum etiam pro judice præsumatur
inferiore, quod justè agat in officio & quod
decretum ejus sit justum.

Ac bellum dupliciter justum dicitur: ju-
stitia causæ & justitia imperii. *Bald. d. c. sicut.
num. 7.* Justicia causæ probatur ex edictis &
denunciationibus Regis, ac contumaciâ
notoriâ rebellantium; atque alioqui uti
modò dictum præsumitur in Principe. *Pa-
normitan. & Felinus. in c. quæ ecclesiarum. in 5.
conclus. de constitut. Alciat. reg. 3. præsumpt. 8.
num. 3. 4. 5.*

Justitia imperii patet ex superioritate;
11 quia Rex † non recognoscens superiorem
est in suo regno velut Imperator ac Monar-
cha, cujus est solius bellum indicere. *Bar-
thol. num. 5. cum seq. & Dd. l. hostes. de capt. &
postl. revers. Bald. consil. 439. id bellum. num. 1.
2. vol. 5. Decius consil. 691. num. 4.* quod sicut
justum est ex parte indicentis, sic est inju-
stum ac præsumptuosum à parte resistentis.
*Geminian. in c. 1. §. sicut. num. 8. de homicid.
lib. 6. per c. si quis. de major. & obedient.* Nam
12 ubi licita † est offensio, ibi est illicita de-
fensio *Barthol. l. ut vim. num. 4. de justit. &
jure. Salicetus & Dd. l. si servus 3. per illum tex-
tum C. de his qui Eccles. confug. Decius in l. hoc
jure. 194. num. 3. de regul. Jur. Bossius in præ-
ctic. criminal. cap. de plurib. violent. num. 75.*
Est etiam in legibus ac jure feudi, ut Domi-
nus vasallo justitiam facere detrectanti
guerram facere eumque deprædari possit:
sicut idem contra licet vasallo, qui tan-
13 quam † correlativi *l. ult. C. de indict. viduit.
tollend.* ad paria inducantur. Nec tunc
hominis sed legis magis decretum atque
vox, cujus executor est magistratus proscri-
ptionem bellumque facit *Bald. l. 1. num. 6. C.
de hered. instituendis.*

Hoc igitur posito consequens est, Domi-
14 num, qui bellum † justum movet habere
actionem & jus repetendi sumptus belli ab
iis, qui suâ contumaciâ huic causam dede-
runt *Geminian. c. ad apostolicæ. num. 9. & 10.
de sentent. & re judicat. Bald. c. sicut. num. 2.
de jurejurand. Decis. Tholosan. 41. versic. con-
clusum fuit.* Jus etiam repetendi damna &
impedia à suis mandatariis & executoribus
in ejusmodi executionem facta. *Geminian.
d. c. ad apostolicæ. num 9. & 10.* quod jus cede-
re potest & mandare exequentibus *Tiraquell.
de retract. proximit. §. 26. gloss. 6. num. 2. 3.* &
hoc nomine bonis ac subditis rebellium,
qui causam damni dederunt, collectam in-
dicere *Bald. l. nam. & Servius. in princ. de ne-
goc. gest.* Sicut & alias † fiscus de bonis pro- 15
scriptis impendia executionis refundit ac
tolerat. *Barthol. l. Divus. num. 5. de bon. da-
mnator. Bald. & Salicet. l. non ignorat. C. de
fruct. & lit. expens. Paris de Put. d. tract. syndi-
cat. verb. expensæ. num. 2. Boer. decis. 303. num.
9. & in consuet. Bituricens. tit. de Jurisdict. Chas-
saneus in consuetud. Burgund. tit. 2. des confisca.
§. 1. verb. appartient. num. 2.* Quoniam utili-
ter negotium fisci gestum est, ut hanc ratio-
nem tradit glossa *in l. mulier. 6. verb. redden-
dæ. de captiv. & postlimin. revers. per l. Lege Cor-
nelia. in verb. de bonis occisi. de SC. Syllan. l. lex
Cornelia. §. final. verb. pretium. constituitur. ubi
gloss. ultim. de Injur.*

Importat autem hoc diffidatio & proscri-
ptio † justa, ut liceat personas & res pro- 16
scriptorum velut hostium violare & occu-
pare *l. hostes. ubi Barthol. de captiv. & postlimin.
revers. & l. 3. num. 1. de justit. & jure. Bald. l. 1.
num. 14. C. de hered. instituend. Geminian. c. 1. §.
sacro. num. 11. de homicid. in 6. per c. fœlicis. de
pœn. eod. libr.* qui ponuntur per diffidatio-
nem extra beneficium protectionemque
juris communis atque adeo Superioris *Ale-
xand. consil. 75. visis. num. 5. 6. vol. 1.*

Itaque bona bannitorum licitè occupan-
tur *Anchoran. consil. 27. ex prædicta. num. 2.*
personæque ac res in bello justo captæ sunt
occupantium *l. 4. ubi Dd. & l. 3. ubi Barthol.
num. 1. de justit. & jure. l. hostes. ubi Barthol. de
captiv. & postlim. revers.* & possunt diffidato-
rum bona, ut ajunt, impunè derobari. *Bald.
l. 1. num. 19. C. de hered. instituend. & c. 1. verb. de-
prædari. de milite. vasall. qui contumax est. Bald.
& Salicetus in l. 1. C. de carcer. privat. Angel in
tract. malefic. in quæst. de mater. belli. incip. re no-
vati. n. 1.* nec pacefactâ † ad restitutionem oc- 17
cupantes tenentur *Bald. l. ult. C. de condict. ob
turp. caus. l. sed si hac. §. Prætor. de in jus vocand.*
Etenim qui diffidatur in persona, multo ma-
gis in bonis intelligitur diffidari, ut fiant ca-
pientium *Franc. in c. 1. num. 5. de homicid. libr. 6.
gloss. Bald. & Feudistæ in c. domino guerram. Hic
finit. lex. & in l. omnes. C. Si contra jus & c. per l.
1. §. quod apud. de alcator.*

Imo & ipsi subditi vasallique derobari
possunt; quia hoc ipso † eorum Dominus 18
diffidatus intelligitur puniri *c. si sententia. § 1.
ubi Geminian. n. 3. de sentent. excommunic. libr. 6.*
& complices atq; sui socii *Franc. d. c. 1. in princ.
num. 5. 6. de homicid. in 6. Innocent. c. olim.
causam. num. 13. de restitut. spoliat*: etiamsi
hoc prætextu mulieribus & virginibus,
ne quidem † per se proscriptis vitium 19
stuprum-

ſtuprumque inferri non debeat *Geminian.*
c. 1. §. ſacri. num. 10. & ibi Franc. num. 5. de homicid. lib. 6. Bald. Alexand. & Dd. l. omnes. C. ſi
contra jus vel utilit. public. & l. 1. C. de hered.
inſtit. Quomodo Joſephus *Geneſ. 39. verſic. 9.*
intelligit, quamvis permiſſa rerum omnium
licentia & adminiſtratione: tamen adulte-
rium exceptum eſſe. Ejuſmodi enim tur-
pitudines & delicta libidinum non veniunt
in publicationem bonorum, qua diffidati
afficiuntur, velut deportati. *Panormitan. c.*
ſicut. num. 7. de jurejurand. gloſſ. §. relegati. verb.
ſed bannitos. Inſtit. de capit. diminut. Barthol. l.
illicitas. §. qui univerſas. de offic. Præſid. & Barthol. l. ut vim. num. 1. ubi Dd. de juſtit. & jure.
& idem Barthol. l. amiſſione. §. qui deficiunt. num.
1. de capit. diminut. Bald. l. 1. C. de hered. inſtit. latè
Chaſſaneus in conſuetud. Burgund. in rubric. 2. de
confiſcat. verb. qui confiſque. num. 9. quorum
bona publicantur *l. 1. ubi Bald. Salicet. & Dd. C.*
de hered. inſtit. l. 6. & paſſim. de interdict. & relegat.

20 Quanquam autem feuda non veniunt †
in generalem confiſcationem bonorum. *Jacobin. de S. Georg. in inveſt. verb. dicti vaſalli*
promiſerunt num. 63. Zaſius parte 10. de feud. n 99.
tamen, quod perinde eſt ex delictis feudali-
bus ob feloniam committuntur *Decis. Nea-*
21 *polit. 385. dubium.* Quæ potiſſimum † obti-
nent, quando à toto regno vel imperio bel-
lum indicitur. *Barthol. d. l. amiſſione § qui deficiunt. num. 1.* de cap. diminut. & procedit de-
cretum ac ſententia Principis declaratoria
Barthol. & Dd. d. l. hoſtes. de captiv. & poſtlimin.
reverſ. Innocent. in c. olim. num. 6. & 7. c. ſicut. de
jurejurand. Philipp. Franc. in c. 1. in princip. num. 6.
de homicid. lib. 6. Geminian. ibidem in c. 1. §. ſacri.
num. 10. de homic. libr. 6; maxime adhibita cau-
ſæ cognitione probationibus receptis, vel
quod perinde eſt, extante facti notorietate
d. c. 1. §. *1. ubi* Geminianus per illum textum
hoc notat. *num. 5. de homicid. libr. 6.*

Sed ne vagemur extra materiam: ex his
ſic colligemus, cui plus quod eſt, licet, ei
quod minus eſt, magis licere; & proinde vi-
ctores exequentes ſi poſſunt perſonas ac res
diffidatorum quique illis parent, occupare.
Panormitan. d. c. ſicut. num. 7. de jurejurand. Cynus in l. ſi quis pro redemptione. verſic. ſecundo
22 *colligitur. C. de donat:* certe multò magis †
imponere iis poſſe collectam, veluti mul-
ctam ad ſumptus belli nomine Regis repe-
tendos *Bald. l. nam & Senius. in princ. de negoc.*
geſt. Decius conſil. 691. num. 1; etiamſi propter-
23 ea † innocentium quamlibet conjuncto-
rum vel ſociorum partes aut bona propter-
ea violari damnoque affici non debeant. *l. 2.*
§. fratris. Si quis aliq. teſtari & c. l. ſi fratres 53. §.
final. ff. pro Soc. l. ſi is cum quo. 20. commun. divi-
dund. l. quod quis. l. quod à quoquam. l. id quod noſtrum. ubi Cagnol. num. 2. & 14. de regul. Jur.
Bald. l. ſi conſtante. in fin. C. de donat. ante nupt.
Aretin. conſil. 74. diligenter. in 3. dubio. Decius conſil. 107. Jaſ. l. ſervi electione. §. Labeo. num. 15. 16. 17.
18. 19. in fin. de legat. 1. & l. 2. l. ult. n. 3. C. Si contra
jus vel utilit. public. Geminian. c. ſi ſententia. §. 1.
num. 5. & 6. de ſenten. excommunic. lib. 6. Salicetus
l. jubemus. 2. num. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Zabarella
clement. 1. §. terra. num. 29. de pœn. ubi tradit no-
tabile verbum: nempe, quod ſi ob unius de-
lictum ſocii terra communis proſcribatur
& excommunicetur (quod enim eſt excom-
municatio in ſpiritualibus, eſt proſcriptio
ſeu diffidatio in temporalibus) non fore in-
terdictam terram & anathemizatam, ſi pro
indiviſo poſſideatur; cum innocens † al- 24
ter propter nocentem plecti non debeat *c.*
cum in illis. de præbend. in 6. c. ſane. de offic. de legat. l. pupillus. §. ultim. de verbor. ſignif. l. legatis
uxori. de legat. 2. ſed potius totum jus retinere
poſſit *l. ſi communem. in princ. l. 5. l. aquam. §. quod*
ſi plurium. quemadmod. ſervitut. amittant. Joan.
Andr. Gemin. num. 5. 6. in c. ſi ſententiam. §. 1. de
ſentent. excommunic. libr. 6. Jaſon. l. ſervi electione. poſt Barthol. num. 15. 16. 19. 31. de legat. 1. Salicet.
d. l. jubemus. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. niſi ille
pro ſua parte idoneè ſatisfiat. *Jaſon. l. ultim.*
num. 3. C. ſi contra jus.

Etenim, ſi alienando non poteſt quis de
ſocii portione † decerpere *Bald. l. 1. num. 9.* 25
C. qui teſtam. fac. Jaſon d. l. ſervi. §. 1. num. 19. de legat. 1 per l. quicunq. C. de fund. limitrop. libr. 11.
certè nec delinquendo poteſt *c. in noſtra. de jurejurand. gloſſ. art. 38. in fin.* Landrecht. *libr. 1.*
etiam in feudis *Bald. c. 1. num. 12. quib. mod. feud.*
amittat. & Univerſitatibus *Bald. ibidem & Alvarott. num. 12.* Sed totum potius jus inte-
grum per innocentem retinetur & ei ac-
creſcit. *Bald. c. 1. §. præterea Ducatus num. 5. de*
probibit. feud. alienat. per Frideric. Idem Bald.
num. 12. Alvarot. num. 12. c. 1. Quib. mod. feud. amitt. Sapia in conſuet. Turon. tit. de retract. art.
19. in fin. per l. ſi is qui duos. de lib. legat. l ſi ita. de
manumiſſ. teſtament. Jacobin. de S. Georg. in inveſt. verb. & promiſerunt. num. 21. & verb. dicti
vaſalli promiſerunt. num. 54. Alvarot. in c. 1. §. final. num. 14. quæ fuit prim. cauſ. benef. amittend.
Zaſius in epitom. feud. part. 10. num. 71. Portio e-
nim ejus, qui ſe facit † indignum, potius ſo- 26
cio accreſcit, quàm fiſco cedat *Bald. l. cum ratio. §. præterea. num. 1. de bon. damnat. per l. 1. §.*
fratris. Si quis aliquem teſtari probib. fac. l. unic. §.
1. 2. C. de caduc. tollend.

Ideoque pars feudi commiſſi potius ad
ſocium † ſimul inveſtitum, quam Domi- 27
num redire debet *Bald. c. 1. §. ſimiliter. num. 3.*
Quib. mod. feud. amittat. & c. 1. num. 2. Si vaſall.
feud. privet. quo fortius jus ille habet. *c. 1. §.*

X 3 *ult.*

ult. qual. olim feud. poter. alienar. & cui præferatur in feudi antiqui successione *c. 1. de natur. success. feudi. c. 1. §. penult. de iis qui feud. dar. poss.* etiam in felonia *gloss. c. 1. verb. partem suam. de success. feud. & c. 1. verb. quandoq. Si vasall. feud. privet. ubi Isern. & c. 1. §. final. Quæ fuit prima caus. benef. amittēd. & c. 1. §. firmiter. de prohibit. alienat. per Frider. Hostiens. de feud. num. 12.* quam opinionem dicit æquiorem Jacobin. de S. Georg. *de feud. verb. dictiq. vasalli promiserunt. num. 38. decis. Neapolit. 385.* maximè in individuis *Barthol. l. qui jurisdictioni. num. 7. de jurisdict.* sicut est investitura & fidelitas, feudumque regale *c. 1. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alienat.* etsi toti geniture feudum sit concessum *Bald. c. 1. §. deniq. Quæ fuit prima caus. benefic. amittend. Curtius tract. feud. parte 5. num. 5.* & si non principaliter ob Domini injuriam commissum sit *c. 1. §. ult. ubi Alvarot. num. 5. 12. 19. Quæ fuit prima causa benefic. amitt. c. 1. An qui interf. frat. c. 1. ubi Bald. num. 3. Si vasall. feud. privet. Curtius tract. feudal. parte 5. num. 59. Tiraquell. in retract. proxim. §. 21. gloss. 1. num. 1. Schurff. consil. 54. ut principalis. num. 5. centur. 1.*

28 Quanquam autem quidam † agnatos intra quartum gradum excludant *in c. 1. §. si vasallus culpam. Si de feud. controv. Jacobin. verb. dictiq. vasalli promiserunt. num. 59. Zasius in epitom. part. 10. num. 104.:* tamen hoc durissimum est nec sequendum *Curtius parte 5. n. 10. Alvarot. d. c. 1. §. final. num. 12. Quæ fuit prim. caus.*

29 Absurdum enim esset remotiores † plus juris habere, quam propiores *Parisius consil. 56. num. 30. volum. 2. §. 4. 5. in authent. de hered. ab intestat.* Ac mihi videtur textus in d. §. si vasallus. non tam excludere agnatos intra quartum gradum, quam præ remotioribus eos admittere.

Amplius dico licet velint nostri, pro se &
rit, qui convenitur, eſt abſolvendus. *ubi gloſſ.
ſi de inveſtit. & c. l final. verſic. concedatur Domi-
no hoc denegare. Quid ſit inveſtur. c. 1. verſic.* af-
firmet, quod ſuum ſit beneficium. *de contro-
verſ. inter Domin. & vaſall. de inveſt.* Imo fatea-
tur, ab alio teneri & poſsideri; cum contra-
riorum eadem ſit doctrina *l. 2. de his qui ſunt
ſui vel alien. jur.* & correlativorum idem jus
l. ult. C. de indict. viduitat. tollend. Nam inveſti-
27 tura † aut dat poſſeſsionem *c. 1. quid ſit inveſt.
junct. c. 1. verſ. itē inveſtitura. de not. feudor. c. 1. de
inveſt. de re alien:* aut ejus apprehendendæ li-
centiam tribuit *c. 1. quid ſit inveſt. Jaſon. l. quo-
ties. num. 31. C. de rei vendicat:* aut ſi antiquitus
obtinetur poſſeſsio, eam confirmat Jaſon *d.
l. quoties. num. 32. Bald. l. cum antiquioribus. n. 11.
C. de jur. deliberand. Paris. conſil. 1. n. 23. volum. 1.
Præpoſit. & Dd. c. 1. quid ſit inveſt. Zaſius in d. epi-
tom. feudal. parte 6. n. 44.* Itaque ex inveſtitura
Dominus vaſallo obligatur. *Baldus c. 1. num. 4.
quid ſit inveſtit. & ibi Dd.* ad poſſeſsionem tra-
dendam. *c. 1. §. ſi quis patrem. ubi Afflictus notat,
n. 4. Si de inveſt. inter Domin. & vaſall. per c. 1. ſi de
inveſt. feud. contr. c. ſi facta. Si de feud. fuerit cont;*
28 ſic ut verbaliter † inveſtitus poſsit petere
à Domino, ut realem ſibi poſſeſsionem tra-
dat. *Afflict. poſt gloſſ. d. c 1. §. nulla. n. 6. Per quos fiat
inveſt. per c. 1. §. 1. de capit. Corrad. c. 1. §. prima. Ex
quib. cauſ. feud. amittat.* vel ad damnum & in-
tereſſe hoc nomine præſtandum *c. 1. verſic. in-
veſtitura. de nov. form. fidelit. & Dd. prææallegato
loco.* vel ad feudum aliud æquivalens *c. 1. de in-
veſt. de re alien. fact.* & tenetur in ſumma de e-
victione. *Curtius tract. feudal. parte 2. n. 37. Al-
varot. c. 1. Si vaſall. de feud. fuer. ab aliq. interpell.
num. 2. 3. & 4.*

Ad quæ omnia cum hic ſe Nobiles obliga-
turi eſſent, ſi dicto H. inveſtirent; proculdu-
bio non tenentur inveſtire, niſi ipſe ſe pro-
bet poſsidere. Nam in feudo antiquo, de quo
hic agitur, nihil cogitur Dominus de novo
concedere, ſed tantum jus, quod invenit,
conſervare; & propterea ſi non valet poſſeſ-
ſio, non valet inveſtitura *c. 1. ubi poſt Iſern. Af-
flict. n. 4. Per quos fiat inveſt.* Quæ poſſeſsio nō
præſumitur, niſi probetur *l. cum res. 12. verb. in
vacuam poſſeſsionem inductam quibus potes jure
proditis probationib. docere debes. C. de probation.*

Adde, quod nec poſsit quidem † inveſtiri 29
purè H. ex quo alius eſt in poſſeſsione. Imo
ſi fiat talis inveſtitura, nulliter fit *c. 1. de inve-
ſtitur. de re alien. fact. ubi Dd. Curtius tract. feu-
dal. parte 2. num. 36. c. ſi quis fecerit inveſtituram.
ubi notat Afflictus. num. 2. Quo tempor. miles.
Schurff. conſil. 53. in fin. centur. 1.* Et hanc eſſe
communem teſtatur Alvarot. *c. 1. Hic poteſt eſ-
ſe. tit. qui ſucceſſ. teneant. num. 1. verſic.* Sed com-
munis opinio eſt, quod ſit penitus nulla. *per
illum textum. & c. 1. de cleric. qui inveſtitur. fac.
& c. 2. de leg. Corrad. num. 2.* Ac quanquam ibi
limitet, niſi ille, qui poſsidet, conſentiat
perd. c. 1. qui ſucceſſ. tenean. tamen hoc ſic in-
terpretatur, ſi is poſſeſsionem inveſtito tra-
di velit, ut ibidem Alvarott. *num. 2.* verſic. &
prædicta intellige vera, niſi ille, qui poſsi-
det, conſentiret, quod quis purè inveſtire-
tur & ſibi (nempè inveſtito) traderetur poſ-
ſeſsio *c. 1. qui ſucceſſ. teneant. c. 1. §. præterea quib.
mod. feud. amittat. c. Titius Si de feud. fuerit cont.*
Unde ſemper qui petit inveſtituram feudi
antiqui, de quo hic, petere ſic debet; peto
inveſtituram illius feudi, quia poſsideo:
non vero ſic petere debet, peto inveſtitu-
ram, quia poſsidere debeo, ut eleganter Al-
varottus *c. 1. §. nulla. num. 4. Per quos fiat in-
veſtit.*

Cum autem paria ſint non petere † vel 30
non rite petere. *l. 2. §. ſi mater non petierit. i-
doneos. ubi gloſſ. verb. nec legitimè. verſic. quia
non legitime geſsit. ad SC. Tertyll. Barthol. l. 2.
num. 2. 3. Qui petant. tutor.* ſicut non fieri vel
non debito modo fieri. *l. quoties. Qui ſatisd.
cogant. l. 1. §. penult. quor. legat. l. 1. in fin. ubi gloſſ.
verb. aut inhabilis. Quod cujusq; Univerſit;* non
cogitur etiam Dominus inveſtire eum, qui
non debito modo petiit. Jacob. de Beluis.
Alvarot. & Dd. *c. 1. §. nulla. num. 4. Per quos
fiat inveſtit.* poſt gloſſam magnam. *in verb. à
fidelitate.* verſic. poſtquam fuerit ab eo peti-
tum, ſicut debuerit. *c. 1. in quib. cauſ. feud. a-
mittat. in fin. c. 1. de milit. vaſall. qui contum. c. 1.*

de capit. Corrad. & c. 1. Quo temp. mil. Jacobin. de S. Georg. in investit. verb. qui quidem investiti. num. 56. Multo minus eum, qui non possidet, ut ante probavimus. Quoniam in investituris plena, & non nuda sive ficta investitura facienda est *c. 1. de invest. de re alien. fact. c. 1. versic. investitura. de nov. form. fide-*
31 *lit.* quæ fieri † nequit sine titulo feudi & possessione. *Afflictus c. 1. in princ. num. 13. Quid sit invest.* Nec enim investitura datur aut refertur, nisi ad bona, quæ justè possidentur *gloss. c. 1. in princ. ubi Alvarot. num. 2. Per quos fiat invest.* nec possessio major est investitura. *c. 1. §. sciendum. ubi Afflict. num. 2. de con-*
32 *trovers. rer. feudal.* tanquam ejus † causa *c. 1. quid sit invest. c. 1. Si de invest. &c.* Qua cessante, effectus quoque cessare debet *c. cum cessante. de appellat. latè Tiraquell. in tract. causæ cessantis :* nec peti debet consequens, ubi
33 non ponitur † necessarium antecedens *l. non ignorat. C. de iis qui accusar. l. ad rem mobilem. de procurator.* & non entis nullæ qualitates *l. actor. ubi Dd. C. de probat.* ac qui petit ut
34 talis, non † auditur ut talis, nisi probet se talem, & qualitatem talis demonstret. *Bald. Salicetus, & Dd. l. non demonstret. C. de iis qui accus. l. matrem. & passim. C. de probat.* & quidem specificè *Alexand. consil. 100. super. num. 3. volum. 1. per l. 2. §. probare. de vi bonor. raptor. l. 1. §. Prætor. ubi Barthol. Ne quid in flumin. public.*

35 Imò investituræ † renovatio nihil aliud est, quam ipsa possessio aut ejus confirmatio *c. 1. ubi Afflict. num. 1. quid sit investit.* nec addit aliquid novi juris, sed quod est, declarat & confirmat. *Præposit. c. 1. num. 1. Per quos fiat invest;* ut ad possessionem confirmandam, quæ nulla habetur, confirmatio talis exigi non possit, nec debeat, quæ ne quidem facta eo extendi solet. *Jason l. more. num. 33. cum multis sequent. de jurisdict. omn. judic.* Et sane frustra illud peteretur vel fieret, cujus nullus esset effectus *l. si quis ita scripserit. de hered. instituend. l. cum heres. §. 1. de acquir. hereditat. l. 3. Quando dies legat. l. non oportet. de legat. 2.*
36 Imo frustratorius † actus est, qui non assequitur finem suum *l. verbis. de vulgar. & pupill substitut.* & frustratorium est, providere ubi non expedit *l. si plures. de testament. tutel.* Frustratoria autem nec petenda nec introducenda sunt *l. qui bis idem. de verbor. obligat. l. hæc stipulatio. §. Divus. Ut legator. nomin. caveat. l. hæc autem. Si cui plus quam per L. Falcid.*

37 Denique cum investitura † sit tanquam accessorium & signum possessionis *d. c. 1. ubi Dd. quid sit invest;* non potest consistere, ubi non est principale : & eo non valente nec investitura valet *c. 1. ubi post Isern. Afflict. num. 4. per quos fiat investit. per l. cum principalis. de regul. jur. c. accessorium. eod. in 6. l. debitum. 5. C. de remiss. pignor.*

Ex quibus omnibus videri poterat, investituræ renovationem hic dictis H. utpote nihil horum feudalium bonorum possidentibus, rectè denegari.

RATIONES DUBITANDI.

QUANquam autem ista subtilia sint & momentosa : non tamen est nihil, quod in contrarium adduci possit, quamobrem investitura hæc non sit deneganda, nec quietum hactenus possessionis jus dictis H. vel etiam Senatui B. conturbandum; Nisi tantum ipsa possessio illis denegetur, & Nobiles intendant, nunquam taliter Senatum se sciente patienteque possedisse, ut ex sequentibus apparebit.

Nam quod attinet ad commissum, etiamsi tale quid hic subesset (quod tamen abest, ut ante probavimus) & quanquam communiter concludatur, ex alienatione † ipso 38
jure vasallum feudo privari, licet non ex aliis causis. *Jason. l. 2. num. 14. & 16. C. de jur. Emphyteut. Bald. c. quæ Ecclesiarum. de constitution. Schurff. consil. 18. quod in præsenti. num. 2. centur. 1:* non tamen ex eo Nobiles Domini possessionem usurpare, & possessores ea deturbare possent. *Zasius in epitom. feudal. parte 10. de feud. privat. num. 37. versic. nec posse: Dominus propria authoritate auferre. per l. creditores. ubi glossa & Dd. C. de pignoribus. l. non est singulis. de regul. jur. Præposit. & Dd. in c. 1. §. item si fidelis. Quib. mod. feud. amittat. & tradunt Dd. c. 1. §. deniq. Quæ fuit prima caus. benef. amittend. c. 1. ubi Bald. num. 11. de feud. sine culpa non amittend c. 1. §. sancimus. Quo tempor. mil.* sed jure agere deberent, & causam commissionis probare *Bald. d. c. 1. num. 11. de feud. sine culp. non amittend. Jason. consil. 64. circa. num. 2. versic. Secundo moveor. volum. 3. Molineus in consuetud. Paris tit. 1. de feud. §. 13. gloss. 5. num. 6. cum sequent.* nec aliquid juris usurpare possent, antequam per sententiam declaratoriam jus commissi esset declaratum & illis adjudicatum. *Bald. c. 1. §. vel si cum filiæ. num. 2. & 3. Quib. mod. feud. amitt. Jason. d. l. 2. num. 14. 15. & 16. C. de Jur. Emphyteut. c. 1. de feud. sine culpa non amittend. ubi glossa, Alvarott. & Dd. & c. 1. de prohib. feud. alienat. per Frideric. junct. cap. 1. §. si voluerit. de Capitan. qui cur vendic. cap. fin. Quo tempor. mil;* etiamsi felonia

fit

ſit notoria, *Schurff. conſil. 27. centur. 1. conſil. 10.*
Quod præmiſſa. num. 24. centur. 3. Jaſon. l. ſi
quis. §. quod autem. num. 5. Quod quisq. Jur.
Curtius part. 4. feudal. num. 157. Caſtrenſ. con-
ſil. 160. Ad primum. in fin. parte 2. Panormitan.
conſil. 3. oritur. parte 2. Alexand. conſil. 124. omiſ-
ſis. in princ. lib. 1. A quo hic longè abſumus;
maximè cum jam pridem hæc translatio
feudi facta ſit, nec Domini hujus feudi, quo-
rum in vita hæc alienatio primùm accidit,
legem commiſſi exercuerint, ut ſucceſſori-
39 bus † hoc nomine nulla actio competere
poſſit aut debeat. *gloſſ. l. omnimodo. in princ.*
ubi Jaſon & Dd. C. de inofficios. teſtament. &
c. 1. §. item ſi fidelis. Quib. mod. feud. amittat. c.
1. §. item qui Dominum. verſic. porro. quæ fuit
prima cauſ. benef. amittend. per l. final. C. de re-
vocand. donat. Mynſinger. obſervat. 97. centur.
3. Præſertim contra ſucceſſores ejus, qui pri-
mus alienavit; cum hi luere non debeant
factum defuncti *Curtius tract. feudal. dict. par-*
te 4. in fin per l. final. §. his ſolis. C. de revocand.
donat. & ſi Dominus ſcivit hoc, ac paſſus eſt.
Sonsbecc. parte 12. feudal. num. 31. ſicut ſcientia
40 † & patientia ex diuturnitate temporis præ-
ſumitur. *Anton. Gabriel. Roman. de præſcript.*
lib. 5. concluſ. 1. num. 60. ex qua tacita patientia
& conſenſione videntur tunc hoc ratificaſſe,
ut ſufficiat vaſallo ad confirmationem ſui
juris *c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt.*
gloſſ. & Dd. c. 1. ſi de feud. defunct. Schurff. con-
ſil. 41. num. 2. 3. centur. 1; adeò, ut ſufficiat Do-
minum non contradicere Jacobin. de S. Ge-
org. *ad verb. & cum pacto. num. 20.* dicens
hanc eſſe communem: & quidem intra an-
num *c. 1. §. porro. Qual. olim. feud. potur. alie-*
nar. ubi Bald. notat. ad verb. annali ſilentio.
41 Quod annale † ſilentium hic habeat vim
repudiationis. Ad hoc etiam textus in c. 1.
§. ult. *ſi de inveſt. inter. Domin. & vaſall. lis o-*
riat. ubi, ſi uterque & Dominus & vaſallus
noluerint jurare in caſu illius textus, ſi va-
ſallus per annum poſſedet tacente Domino,
is ſolus jurabit. Ex quo & ipſe Baldus ibi
notat, quod in materia feudorum annalis
poſſeſſio inducat præſcriptionem pro vaſal-
lo contra Dominum, quod confirmat Tira-
quell. *de retract. proximit. §. 1. gloſſ. 10. num. 5.*
& 6.

Sed & quælibet cauſa excuſat à dolo ac
pœnis ejusdem. *Decius conſil. 418. num. 23. con-*
ſil. 452. num. 4. conſil. 605. num. 4. conſil. 650.
num. 13. conſil. 667. num. 2. conſil. 171. num. 4. Ad
hæc, ſicut Dominus poteſt inveſtituram fa-
cere per ſe vel per alium *c. 1. verſic. ſed utrum.*
per quos fiat inveſtitur. ita etiam vaſallus per
ſe vel per alium petere & accipere inveſti-
turam poteſt *d. c. 1. §. ſed utrum. per quos fiat*
inveſtit; dummodo ad hoc ſpeciale (ut hic
factum eſt) mandatum habeat *Menoch. con-*
ſil. 1. num. 78. cum ibi allegatis. Alvarot. d. c. 1. §.
ſed utrum. num. 2. per quos fiat inveſt. & peti-
tione facta cogitur Dominus vaſallum inve-
ſtire. *Alvarot. c. 1. §. nulla. num. 5. poſt gloſſ. ibi*
per quos fiat inveſtit. Jaſon l. final. num. 52. C. de
jur. Emphyteut. Maximè, quando feudum eſt
antiquum & à majoribus ſuis poſſeſſum ac
devolutum. Quia tum renovatio inveſtitu-
ræ tantum eſt poſſeſſorium quoddam con-
firmandæ vel retinendæ. *Bald. c. 1. in fin. cum*
addition. marginal. de probib. feud. alienat. per
Lothar. in quo Dominus turbare veterem
vaſalli poſſeſſionem non debet; cum ea ci-
tra cauſæ cognitionem nemini ſit interver-
tenda *l. 1. C. Si per vim. l. meminerint. C. Unde*
vi. l. ſi quis ad ſe. C. ad L. Jul. de vi. Schurff. con-
ſil. 9. num. 23. centur. 1. conſil. 6. & 15. centur. 3.

Nec obſtat quod H. familia non poſſideat
hoc feudum, ſed magis Civitas, cujus nomi-
ne poſſidetur. *l. quod meo. l. 1. §. per eam. l. poſ-*
ſideri. in princ. & paſſim. ff. de acquirend. poſ-
ſeſſion. l. certè. de procurat. cum ſimilib. Nam li-
cet realis inveſtitura poſſeſſionem requi-
rat. *c. 1. quid ſit inveſt. junct. c. 1. verſic. item in*
inveſtitura. de not. feudor: ſecus tamen eſt in
abuſiva ſive verbali. *d. c. 1. quid ſit inveſt. ubi*
Dd. c. 1. de conſuetud. rect. feudi. Jaſon. l. quo-
ties. num. 31. C. de rei vendicat. quæ † eſt à 42
poſſeſſione ſeparata *Schurff. conſil. 53. quod in*
præſenti. & conſil. 98. num. 7. Talis autem ab-
uſiva ſufficit in antiquis, ubi verbaliter tan-
tum fit inveſtituræ renovatio. *Bald. l. cum an-*
tiquioribus. in fin. C. de jur. deliberand. Jaſon. d.
l. quoties. num. 2. C. de rei vendicat. Quanquam
totum iſtud argumentum parum faciat.
Quoniam obtinet in vaſallo, qui poſſidet,
quique ipſius inveſtitur miniſterio procura-
toris & Dominum recognoſcit: At hic to-
tum contrarium eſt. Quia civitas quæ poſſi-
det, non recognoſcit nec fidelitatem facit:
ſed tantum H. qui nihil tenet, ad quod Do-
minus non tenetur, ut ſupra probavimus.

Illud igitur pro Civitate B. firmius, quod
Domini feudi H. nempe dicti Nobiles huic
familiæ ſemper inveſtituram fecerint, et-
iamſi nomine Senatus B. iſta familia peteret
& inveſtiretur, ut amplius amodò † poſt 43
inveſtituram ſemel factam & ſæpius renova-
tam eam ſuſpendere Nobiles non poſſint
Schurff. conſil. 18. quod in præſenti. num. 1. 2. cen-
tur. 1. per c. 1. Hic poteſt eſſe. tit. qui ſucceſſ. tene-
ant. c. moribus. Si de feud. fuerit controverſ. in-
ter Domin. & agnat; præſertim non modo
elapſo inde anno *c. 1. §. porro. Qualit. olim*
feud. potuerit alien: ſed poſt repetitam ſub-
inde jam ab antiquo ſæpius factam, renova-
tam ac confirmatam hujusmodi inveſtitu-
ram. Quæ geminatio repetitioque frequens,

volun-

voluntatem & assensum investientium satis demonstrat *l. si mulier. 22. ubi Dd. C. ad SC. Vellejan. Everard. loc. à vigeminat. Parisius consil. 10. num. 57. & consil. 131. vol. 1. consil. 69. num. 52. volum. 3. consil. 5. num. 64. volum. 4.* Ex quo vel solo jus dictæ familiæ ac etiam Senatui post 30. annos fuit acquisitum ac præscriptum. *c. 1. §. si quis per 30. ubi Dd. Si de feud. defunct. &c.*

44 Nec enim modo † feudum 30. annis
præscribitur. *d. c. 1. §. si quis per 30. annos.* ut
sortiatur ordinariam ex præscriptione feudi
naturam. *Bald. l. liberti. num. 31. C. de oper. libert.* quæ una præscriptio in feudalibus est
recepta. *gloss. & Dd. c. 1. de cap. Corrad. Balb. tract. de præscript. 4. parte quartæ partis principal. quæst. 12. in princ. n. 3. Molin. in consuetud. Paris. rubric. 1. de feud. §. 7. num. 8.* verum etiam modus & qualitas investituræ ac aliarum accessionum feudi, ut Matth. de Afflictis *1. 2. & 3. notab.* & Dd. communiter notant *in d. c. 1. §. si quis per 30. annos. & c. ultim. de feud. dat. in vicem L. commiss. Jason. l. 2. num. 155. C. de Jur. Emphyteut. Paris. consil. 25. num.*
45 *18. volum. 4* Et currit talis præscriptio † con-
tra ignorantes. *l. final. in fin. ubi Dd. de præscript. long. tempor.* etiam in feudalibus *c. 1. §. porro. ubi Dd. qual. olim. feud. potuer. alienar. Tiraquell. de retract. proximit. §. 35. gloss. 4. per totum.* Quod siquidem ita est quæsitum jus, Dominus, contra quem præscriptum est, amplius intervertere vel mutare possessoribus nequit *l. si quis emptionis. 8. Dd. C. de præscript. 30. annor. l. 1. & 2. Si ager vectigal. l. penult. de publician. in rem action. Covarruv. in c. possessor. parte 3. §. 1. num 1. 2. cum sequent. de regul. Juris in 6. Benedict. in rep. c. Raynutius. verb. mortuo. num. 70. cum sequent. de testam.* Et sicut pri-
46 mævus † vel antiquus investituræ status non
est immutandus *Bald. l. 1. num. 31. C. quando non petent. partes & c. 1. num. 2. de eo qui sibi & hered. & c. 1. §. his vero. num. 2. de success. feud. Decius consil. 143. num. 2. & 4. Bald. consil. 82. volum. 1. per c. 1. de vasall. decrep. ætat. c. 1. an agnat. vel fil. c. 1. de success. feud. Castrens. consil. 142. videtur. num. 3. parte 1. & consil. 311. circa num. 2. volum. 1. cum aliis quos cumulat Zasius in epitom. feudal. parte 12. num. 41.* Nec quicquam de solennibus facile mutandum *l. Divus. de in integr. restit.* sic secundum eam primam & consuetam investituram sequentes investituræ fieri ac regulari debent. *Bald. d. c. 1. §. his vero. num. 2. de success. fratr. Alvarot. c. 1. num. 2. de vasall. decrepit. ætat. Decius consil. 531. num. 2 Præpositus c. 1. num. 1. Per quos fiat invest. & ibi Bald. num. 1. cum sequent. Zasius consil. 13. num. 14. volum. 1. & in d. epitom. parte 12. num. 41.*

Neque vero dici potest, non potuisse H. ita suum feudum in Senatum alienare sine consensu Domini. Quia cum Senatus hic nuncquam fuerit investitus, sed semper H. ideo Domini nihil interest, cum habeat & habuerit semper suum vasallum, qui intelligitur manere ac mansisse possessor, quamvis constituat se alterius nomine possidere, ex quo non alius, quam ipse investitur. Guido Papæ *decis. 46. In emphyteuta. circa finem.* dicens ita fuisse judicatum *per l. 2. verb. vendens. & tradens. C. de Jur. Emphyteut. & decis. 112. in curia. Benedict. in repetit. c. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelastam. num. 294. & 551. de testament.* Stephan. Bertrand. *consil. 7. visis. ubi* in terminis dicit, illud obtinere in feudis. *& consil. 8. super. num. 36. & consil. 39. pro decisione. in 7. dubio. in fin.* & quod nihil juris per tale constitutum transeat, quamdiu prior, nempe constituens investitur, tenet Tiraquell. *in tract. constitut. possess. parte 2. ampliat. 36. num. 3. cum ibi Allegatis. & parte 3. limitat. 3. num. 1. 2. 3.*
4. Ex quo fit, ut taliter constituens † se possi- 47
dere nomine alieno, pro alienatore non
habeatur nec jus suum amittat. *Alvarott. Afflict. Cardinal. Alexander & Dd. c. 1. quid juris sit Afflict. in 13. notab. num. 57. post Reyner. c. 1. §. habito. in princ. de probib. feud. alienat. per Frederic.* Guido Papæ *decis. 101. in fin.* dicens ita solere judicari. *& consil. 126. in fin. Curtius tract. feudal. 4. parte princip. quæst. 15. Ripa c. cum M. Ferrar. num. 80. de constit. cum aliis quæ adducit Tiraquell. de const. possess. parte 3. 26. limitat. num. 1. & 2.* Nam ficta traditio non operatur dominii translationem, nisi in Ecclesia & Civitate. *Barthol. l. cum falsa. n. 6. 7. C. de Jur. & fact. ignorant.* Quod etiamsi hic jus aliquod alienatione fuisset commissum; constat tamen
juri quoque commissi † per 30. annorum 48
silentium & patientiam esse præscriptum *Schurff. consil. 41. præmiss. num. 4 centur. 1. per gloss. & Dd. c. præterea. verb. præscriptione. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Chassaneus in consuetud. Burgund. tit. de feud. rubric. 3. §. 1.*

Tametsi vero hoc disputari posset, quoniam hic in civitatis nomine investitura petitur, utrum per tale constitutum possessio transferatur. *Barthol. in d. l. cum falsa:* tamen in eo non vertitur hujus rei cardo, quia non paret, nec ostenditur aliqua à dictis H. alienatio in Senatum facta. Quamobrem non
debet præsumi, quoniam † alienationes & 49
dominiorum translationes sunt facti; ideoque non præsumuntur, sed probandæ sunt. *l. cum res. C. de probation. Cynus num. 2. & 3. l. incendium. C. Si cert. petat. Decis. Neapolit. 373. fuit determinatum. num. 3. & 4.*

Illud

Illud vero magis dici potest, quo Senatus nititur, videlicet H. semper & inde usq; ab initio factam esse investituram tantum nomine Senatus, qui semper possedit; & ideo hanc investiendi formam & qualitatem amodò præscriptam esse, nec ipsis invitis qui præscripserunt, mutari posse. *per d. cap. 1. §. si quis per 30. annos. cum similibus.*

Quanquam autem in reversalibus literis H. promittit, quod ipse velit hæc bona simul tenere &c. tamen hæc non de possessione sed conservatione illorū bonorū accipi oportere, perspicuum est, ut illa cōiunctim cōservare nō minuere debeat, quod alioqui inest communi investituræ & feudi naturæ, ex qua obligatur vasallus non diminuere, nec deteriorare *gloss. cap. 1. de alienat. feud. per cap. 1. §. è contrario. de investitur. de re alien. fact. & l. æquissimum. de usufruct.* cum sit instar usufructuarii *cap. 1. §. ult. verb. usus fructus. per quos fiat investit.* qui ad hoc tenetur *l. 1. verb. salva rei substantia. d. l. æquissimum. & passim. de usufruct. & tot. tit. usus fruct. quemadmod. caveat. & de usufruct. earum rer. quæ usu consum.* Ideo
50 secundum † hanc feudi naturam clausula illa est accipienda *l. ult. C. de non numerat. pecun. l emptor. §. Lucius. de pact. l. 4. de usur. l. si oleo C. locat. l. si uno. ff. eod. tit. Bald. l. 1. num. 4. 5. C. commodat. Romanus consil. 88. & consil. 211. Aretin. consil. 163. in fin. Alexand. cons. 37. volu. 3. consil. 35. in fin. lib. 4. consil. 128. in princ. lib. 5. Angel. consil. 284. in fin. Cagnol. l. semper in obscuris. 9. num. 16. de reg. jur.*

Et dato, quod aliam haberent hæc verba interpretationem: tamen in investitura nihil tale est, quæ sola est attendenda *cap. 1. in fin. de duob. fratribus à capitan. investit. Molinæus in consuetud. Paris. tit. 1. de feud. num. 5. Bald. in l. 1. §. sed et si quis. C. de Latin. libert. tollend. & l. quoties. C. de suis & legitim.* nec posset Senatui nocere illa altera sui procuratoris se obligantis obstrictio, juxta regulam: Res inter alios actas vel judicatas aliis non nocere &
51 quia prioris investituræ tenor immutari † nequit in præiudicium eius, qui jus ex illa habuit quæsitum *Bald. l. 1. num. 31. C. quando non petent. part. & consil. 215. proponitur. num. 4. vol. 2. & cap. 1. num. 2. de eo, qui sibi & hered. & cap. Castrens. consil. 142. videtur. num. 3. volum. 2. consil. 176. videtur n. 3. part. 1. Brunus consil. feudal. 1. circa n. 83.* præsertim cum nec Senatum in iis procurator obligavit, sed se tantummodo ipsum, ut ultra verba sua extendi formulæ strictæ promissionis ac obligationis non debeat *l. quicquid. l. quoties. de verb. obligationib. cum similib.*; nec etiam obligare absq; speciali mandato potuerit extra judicium *l. quicunq; 30. ff. mandat.* & non habens mandatum generale cum libera. *cap. qui ad agendum. de procur. lib. 6.* nec Domini conditionem facere deteriorem *l. si procurator. C. de procurat. l. procuratoris. ff. eod.* Habuit enim tantum facultatem accipiendi investituram
usitatam, & sic mandatum † limitatum, 52
quod limitatum debet producere effectum. *l. diligenter. Mandati. l. in agris. de adquirend. rer. domin.* non etiam specialem obligationem & novam constituendi & jus Senatus diminuendi.

Ideo extra fines mandati factum mandante nihil præiudicavit *l. in causæ. §. 1. l. ignorantis. de procurat. l. cum mandati. C. mandat. l. 3. l. diligenter. mandat.* Præsertim quoad alienationē *l. procuratorē. C. de procurator.* Inprimis juris civitatis, de quo hic agitur. Quia sine certa solennitate alienari nequit *l. 3. §. planè. quod vi aut clam. l. 2. & tot. tit. de administr. rer. ad civitat. pertin. l. ult. C. de vend. reb. civitat. lib. 10. Dd. l. præses. Cod. de transact.* vel obligari *Barthol. l. nulli. §. 8. & l. sicut. num. 2. Quod cujusque universit. Jason. l. civitas num 5. Si cert. petat.*

Deinde hæ literæ reversales H. sunt valde recentes nempe anno 60. datæ; possessio autem jusque Senatus longissimum præsupponitur, & tantum non immemoriale: cujus vetus forma mutari nequit in non consentientis Reipublicæ præiudicium. *Decius consil. 193. pro tenui. num. 4. consil. 185. in causa. num. 15. Mynsing. observat. 99. centur. 2. Tiraquell. de retract. proximit. §. 32. num. 39. cum sequent.*

Nec etiam obstat quod Dominus non teneatur investire, priusquam edat vasallus, quid ab eo possideat. Nam hoc verum est, quando id probabiliter ignorat Dominus, ut Dd. præallegatis locis ostendunt. Hic vero patet ex literis investituræ, quid quantumque teneatur, & quo nomine petatur investitura, ut ulteriori declaratione non habeat opus.

Nec enim certus amplius † certificari 53
debet *gloss. verb. certior. & ibi Barth. l. nomen. in princ. C. quæ res pignor. & c. l. 2. de edend. l. denunciasse. ad L. Juliam. de adulter. l. qui authoritatem. de procurator. l. libera. C. de sentent. l. 1. in fin. de transact. l. emptor. C. de action. empt. l. final. de evict.*

Imo de hoc satis inter partes cōstat, nec ulla hic est quæstio sed tantum de eo quæritur, quod H. non Senatus investitur; cū tamen hic

si ex plagis. §. *in clivo. ad L. Aquil. l. quidam re-
ferunt. de jure codicill. l. obligamur.* §. *ex facto. de obligation. & action.* Et de jure non potest commodè responderi, si factum non apertè narretur *l. ut responsum. C. de transact.* Nec benè possumus consulere, nisi facto prius cognito *l. Arethusa. de stat. homin.* cujus non ha-
2 betur † cognitio, nisi ex omnibus suis qualitatibus & circumstantiis fuerit sufficienter exploratum *l. in totum. 76. ubi Cagnol. num. 3. & 4. de reg. Jur. l. quo enim.* §. *Julianus. ubi Barthol. ff. rem rat. haber. Dynus in c. ratum. de regulis Jur. num. 6.* gloss. c. concertationi. *verb. sciverit. ubi Franc. & Geminian. de appellat. lib. 6.* quam *glossam* vocat auream Felinus *in c. à nobis. de exceptionib. & c. quod ad consultationem. de re judicat. Jason l. qui Romæ.* §. *duo fratres. num. 68. de verbor. obligat.* Jedoch wil ich so viel müglich vff die angehefftte Fragen kürtzlich anzeigen / was ich für rechtmessig/ zu Recht ergründet vnd erheblich / meinem geringen Verstand nach/ halte vnd erachte.

Quæstio I.

Belangende die Erste Frage/ Sintemal befunden wird/ daß der Rath zu B. solche Güter innen hat vnd gebraucht/ das Geschlecht aber der H. allein alieno nomine daran zu des Raths Nothturfft wollen an die Lehen gesetzt haben / Da doch in den Lehenbrieffen vnd Reversen weder Alt oder Jung/ dasselbige nicht außgeführet oder gedacht wird/ Ob die von N. den H. die wiederumb gesuchte Belehnung / weil nicht sie sondern der Rath die Güter in Besitz haben / nicht billig vnd mit recht abschlagen mügen / darauff achte ich zu antworten also.

Wiewol die H. wider die Lehnrecht vnd ihren Reverß / solche Güter andern vnd zwar einem vngleichen Lehenmann als der fürnemen Stadt B. haben zukommen lassen/ vnd es ein ansehen hat / Als hetten sie dadurch sich des Lehens verlustig gemacht/ Ein Lehenherr auch keinem Lehenmann die Lehen zu leihen schüldig/ der nicht darthuen vnd erweisen kan / was er von jhme besitze/ vnd zu Lehen empfangen wil. Dennoch aber / do des Raths fürgeben nach vber 30. Jahr vnd vielleichte vor Menschen gedencken vnd also vber vndenckliche Zeiten/ diese Belehnung je vnd allwege den H. wegen gemelter Stadt geschehen / So köndte man ohne Rechtlich Erkentnüß jhnen solche vernewerung des Lehens nicht abschlagen / vnd sie also thätlich vnd de facto jhrer alten habenden possession vnd Gerechtigkeit entsetzen. Weil aber gleichwol solche Gewehr vnd Vorjährung in facto stehet / vnd zu Recht nicht vermutet/ sondern wie Recht / erweiset muß werden / Als halte ich/ do gedachte von N. vermeinen würden/ daß der Rath solche Gewehr vnd Gerechtigkeit Rechtlich an vnd hergebracht/ sondern viel mehr heimlich wieder jhren Wissen vnd Willen / auch den alten investiturẽ, dieselbige zu sich gezogen/ daß sie billich damit zu hören/ Auch die H. wegen gedachtes Raths nicht ehe zu beleihen schüldig/ biß solches zu Recht von erwehnten Rath außgeführet vnd dargethan/ wie auß nachfolgenden Rechtsgründen abzunemen.

Quod ut amplius deducatur, præmittamus, vasallum, licet ad modicum tempus
feudum elocare † non prohibeatur *c. 1.* §. 3
donare. Qualit. olim feud. poterit alienar. c. 1. de alienat. feud. patern. ubi omnes Feudistæ: non tamen id facere possit in tempus longum; multo minus in perpetuum. Quia locatio
decem † annorum vel longior transfert 4
utile dominium *l. 1. de superficieb. l. 1. & 2. Si ager. vectigal. gloss. & Dd. l. codicillis.* §. *instituto. de legat. 2. & l. 1.* §. *quod autem de superfic. & clement. 1. de reb. Eccles. non alienand. d. c. 1.* §. *donare. Qualiter olim feud. Jason & Dd. l. 2. C. de jur. Emphyteut. Ferrariens. de fid. præstand. verb. investivit.* quale habet vasallus *c. 1. versic. utiliter habeat. de controvers. inter vasall. c. 1.* §. *ult. ubi Dd. per quos fiat investitur.*; & proinde absque Domini consensu alienare nequit, nec in parte nec in toto *c. 1. de probibit. feud. alienat. per Loth. c. 1. de probib. feud. alienat. per Frider.* Imo alienans amittit feudum ac jure suo cadit *c. 1.* §. *fin. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. c. 1. de probibit. feud. alienat. per Frid.*

Ex quo concluditur, quod etiam vasallus, non possit in longum tempus elocare *Dd. d. c. 1.* §. *donare. qualit. olim feud. & c.* vel in usumfructum alieno concedere. *Isern. & Alvarott. c. 1. in princ. de probibit. feud. alienat. per Frideric. per l. arboribus.* §. *1. de usufruct. gloss. c. 1. de alien. feud. patern.* qui servitus est *l. 1. de servit. cum similib.* quam vasallus fundo
† imponere nequit in Domini præjudici- 5
um *c. 1.* §. *quid ergo. de investit. de re alien. fact. Cepoll. de servit. urbanor. prædior. cap. 14. num. 2 & 3.* adeò, ut nulla contra Dominum etiam scientem currat præscriptio. *Sonsbecc. tract. feudal. parte 11. in fin.* Et quoniam in usumfructum, (qui est pars dominii *l. 4. de usufruct. l. qui usumfructum. ubi Bart. & Dd. de verbor. obligationib. l. si à reo.* §. *si reo. de fidejussorib. l. si ab emptore. de evictionib. l. cum filius.* §. *si dominus. de legat. 2. latè Tiraquell. de retract. proximit.* §. *1. gloss. 7. num. 55.* etiam judicatur ut tôtum *l. quæ de tota. de rei vendicat.* in usumfructum, inquam, dare est dominium alienare §. *alienationis. in autbent. de non alienand. l. ult. verb. ususfructus dationem. C. de reb.*

reb. alien. non alienand. l. Mævius. §. penultim.
de legat. 2. Zabarell. clement. 1. §. final. quæstion.
2. de reb. Eccles. non alienand.
6 Unde prohibita alienatione † prohibe-
tur ususfructus concessio *l. final. C. de reb. ali-*
en. non alienand. Boer. decis. 199. & Christi. num. 8.
Zabarell. præalleg. loc. Gulielm. Redoan. tract. de
reb. Eccles. non alienand. in princ. §. Quando ve-
ro constituitur servitus, vel usufructus. per tot.
Tiraquell. de retract. proximitat. dict. §. 1. gloss. 7.
num. 36. per l. 3 § nec usufructus. de reb. eor. &c.
inprimis in feudo. *Isern. Alvarott. & Dd. c. 1. in*
princip. de probib. feud. alien. per Frid. Jacob. de
S. Georg. verb. & cum pacto. num. 13. gloss. c. 2. de a-
lienat. feudi patern. Imo etiam locatio ad lon-
gissimum tempus, quoniam utile dominiũ
transfert. *Bald. in c. 1. de iis qui feud. dar. poss. c. 1. §.*
aut si liberatione. quib. mod. feud. amittat. & ibi
communiter Dd. *Zasius in epitom. feudal. part.*
9. de feud. alienat. num. 12. per l. 1. Si ager vectigal.
&c. Menoch. de arbitrar. Judic. Quæstion. libr. 2.
centur. 1. casu. 5. num. 3. Maximè hoc casu, ubi in
7 Civitatem † est alienatum, quæ mori non
potest *l. an usufructus. 62. de usufruct.* sed quasi
tantum, inducto aratro *l. si usufruct. 9. 21. Quib.*
mod. usufructus. &c. quod fit rarius, & alias
semper velut sobolem sibi substituendo
perpetuatur *l. sicut. 7. §. 2. quod cujusq. Univer-*
sit. &c. l. proponebatur. de judic. & in qua usus-
fructus centum annis durat. *d. l. an usufru-*
ctus: cum in aliis extinguatur multis modis
celerius, ut morte, capitis diminutione, non
utendo, delinquendo & aliis, *de quibus §. fi-*
nal. Instit. de usufruct. tot. tit. Quib. mod. usus-
fruct. & c. l. corruptionem. C. de usufruct. qui et-
iam nunquam vel rarissimè ad centum an-
nos vivere possunt *l. spadonem. §. qui absolutus.*
de excusat. tutor. l. hereditatum. ad L. Falcid. Bar-
thol. l. 2. in fin. judicat. solvi. Decius in l. si emanci-
pati. C. de collation. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præ-
sumpt. 44. num. 1, 2. cum sequent. Ut hæc transla-
tio jus Domino suum intervertat: Nam in
vasallo multi casus accidere possunt, qui Do-
mino feudum aperiant, ut mors, defectus
generationis & similes. *Zasius parte 9. epitom.*
feudal. num. 85. 89. qui in civitate similiter ac-
cidere æquè facile non possunt, ut supra di-
ximus, ne quidem delinquendo. *Zasius in e-*
pitom. feudal. d. parte 9. num. 71. Bald. c. 1. in prin-
cip. ubi Dd. quib. mod. feud. amittat.
8 Non potest autem † vasallus, ne licitis qui-
dem contractibus, ut subinfeudando; nedũ
illicitis Domini conditionem facere deteri-
orem in feudo. *c. 1. §. è contrario. Si de investitur.*
de re alien. substituto alio possessore incom-
modiore. *Dd. c. 1. §. 1. Qualit. olim feud. poter. ali-*
enar. gloss. c. 1. § præterea. de capit. Corrad. c. 1. per,
quos fiat investit. & c. 1. §. callidis. de probibit.
feud. alienat. per Lothar. Sonsbecc. cap. de feud. a-
lienat. n. 175. Chassanæus in consuetud. Burgund.
tit. de feud. §. 8. verb. in alienatione. n. 26. 27. Unde
nec in Ecclesiam licitè Emphyteusin vel feu-
dum alienare potest, propter difficultatem
conveniẽdi; & quia non æquè cadit in com-
missum. *Jason. l. ultim. n. 90. & 91. C. de jure Em-*
phyteut. Speculat. §. nunc vero aliqua. versic. 117. de
locat. nec unquam moritur *c. si gratiosa. de re-*
script. in 6. Ita Jason late. l. sit ita. §. ea lege n. 10. de
verb. obligat. Quamobrem idem de hac co-
piosa & valente Republica judicandum *l. ult.*
cum ibi not. C. de Sacrosanct. Eccles.

Nec vero potest hic alienandi potestas vi-
deri facta illis verbis investituræ, **Jck do jh-**
me den Willen / wann er vnd wie vacken
düsse vor beschrevene Güder loß würden /
wo dann wiß dar tho keme / So sol man
vns von R. vor die Lehenwahr twelff Rin-
sche Gülden geven. Quanquam enim facta
semel alienandi † potestate amplius ea non 9
sit opus, & licitè alienare vasallus possit, *Bald.*
& Angel. l. cum essent. §. 1. de servit. rusticor. præ-
dior. Jason l. final. n. 6. C. de jur. Emphyteut. & fa-
cta intelligatur, siquidem in investitura posi-
tum sit, & quibus concedere voluerit *Jaco-*
bin. de S. Georg. in investitur. verb. ita etiam. n. 1.
& 2. cum sequent. Barthol. Bald. Jason n. 5. 6. &
Dd. communiter *l. ultim. C. de jur. Emphyteut.*
Bald. l. 1. quæst. 45. de rer. divis. Roman. singul. 350.
emphyteuta. Chassanæus in consuetud. Burgund.
de feud. §. 8. verb. in alienatione. n. 49. Jason. l. si
eum servum. n. 6. Si cert. petat. tamen non sumus
hic in ejusmodi casu, cum nihil tale his ver-
bis exprimatur. Unde quod verba non dicũt
instrumenti, nec nos supplere debemus.
Bald. in l. lecta. in princip. 2. opposit. Si cert. petat.
in l. ad probationem. n. 1. 2. C. de probationib. l. in-
terest. n. 2. C. de solution. & consil. 297. lib. 1. consil.
189. lib. 2. Socin. consil. 73. circa n. 4. vol. 1.

Deinde illa verba, quotiescunque accidat
feudum liberari &c. sunt conditionis & fu-
turi † eventus, quæ nullum jus ponunt aut 10
inducunt *l. ex facto. de hered. instituend. gloss.*
l. Lucius. eod. tit. l. si quis sub conditione. si quis
omiss. caus. testam. l. filiusfamilias. §. cum quis. de
legat. 1. Alexand. consil. 24. attentis. n. 7. volum. 3.
Socin. consil. 116. in facto. n. 3. 4. vol. 3. Guido Papæ.
decision. 599. & tantum enunciativè seu narra-
tivè propter aliud quod sequitur, nempè ta-
xationem laudemiæ ista verba hoc casu po-
nuntur; unde nullum jus constituere pos-
sunt *l. verba. ubi Baldus & Salicetus C. de testa-*
ment. l. scriptura. C. famil. hercifcund. Jason. l. ex
his verbis. C. de testam. militar. Barthol & scri-
bentes communiter *l. ex hac scriptura. de do-*
nationib: maximè in materia stricta. *Jason. d. l.*
ex his verbis. cum ibi allegatis. qualis est feuda-
lis. *Bald. Alvarott. & Dd. c. 1. de feud cognition.*
Curtius tract. feudal. parte 1. quæst. 9. n. 37. &
hanc dicit communem Zasius *in epitom. feu-*
dal. parte 1. num. 6.

Cum

11 Cum autem verba † secundum naturam & jus contractus sint interpretanda *l. si vino. locat. l. si oleum. C. eod. l. 4. de usur. cum similib.* non est dubium, quin hæc clausula non mutet naturam feudi *l. si quando. in princ. ubi Dd. C. de inofficios. testament.* Sed nihil, nisi puram & meram ejus naturam ostendat *Jacobin. dict. tract. feud. verb. ita etiam quod. num. 2. Bald. l. liberti. num. 33. C. de oper. libert. Barthol. & Dd. l. Cajus. Solut. matri. & l. Cajus. de*
12 *pignor. action.* ad quam semper † actus & verba reduci debent, quoad reduci possunt *Molinæus in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 13. gloss. 1. num. 5.* Quamobrem ista verba nihil aliud important quam hoc, ut quoties casus investituræ renovandæ inciderit, toties pro laudemia 11. Rhenani solvantur. Quod cum inductum sit ad conservationem juris Dominici, non debet operari effectum contrarium *l. nulla. de legib. Jason l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 24. de acquir. possession. & in l. legata. num. 8. ff. de le-*
13 *gat. 1.* & inductum † ad restrictionem non debet operari permissionem *Jason l. qui Romæ. §. coheredes. num. 29. de verbor. obligat.* Præsertim contra jus feudale, quo prohibetur vasallus sine Domini consensu utile dominium alienare. *glossa, Baldus & Dd. c. 1. quib. mod. feud. amit. & de prohibit. feud. alienat. per Frider. in princ. Menoch. de judic. arbitr. Quæstion. lib. 2. casu. 5. num. 4.*

Nec opus est hac de re disputare pluribus, cum in investitura expressè accipiens se ad hoc obligavit per literas reversales, quod velit illa bona, ut fidelem vasallum decet, administrare, possidere & conservare, in verb. **Auch solche Lehengüter nach aller Nothturfft getrewlich bey einander zu verwalten** &c. Cum igitur casus sit expressus, conjecturæ non sunt quærendæ *l. continuus. §. cum ita. de verb. obligat. l. ancillæ. C. de furt.* Et quanquam expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operetur *l. non rectè. C. de fidejussorib. l. 3. de legat. 1. l. aliquando. de condition. & demonstrat. Tiraquell. latè in retract. proximit. §. 26. num. 7. Barthol. authent. ingressi. num. 13. C. de Sacrosanct. Eccles:* tamen, cum
14 major † sit virtus expressi, quàm taciti *l. ultim. C. de pact. convent. l. si fundum. §. Stichum. ubi Castrensis. de legat. 1. l. cum ex filio. §. filio. de vulgar. & pupillar. substitut. Dd. l. 3. Si cert. petat.* & expressum faciat silere tacitum. *Everard. loco LL. ab expresso. in fin.* latiusque accipiatur *Everard. ibidem ex Castrensi præalleg. loc. versic. secundum. &c;* proculdubio expressa obligatio plus operatur in feudalibus præsertim. *Afflict. c. 1. §. præterea. num. 2. per illum text. Quid sit investitur. & c. 1. §. feudum. Si de feud. fuer. controvers:* quod Bartholus *dict. authent. ingressi.* satis innuit, & pluribus declarat Tiraquellus *in LL. Connub. gloss. 5. num. 48. 49. 50. 51. 54. 55. 56. 57. 58. cum multis sequent.* & rem facit indubitatam & ad oculum apparentem, Baldus *l. sed si quis. §. quæsitum. col. 4. versic. venio ad quæstionem. Si quis caution. c. ultim. versic. quæro nunquid consuetudo. de consuetud. Tiraquell. præallegato loc. num. 81. cum ibi allegatis.* Ex quo pro certo, indubitato & † notorio habetur, quod ex scri- 15
ptura apparet *Bald. l. 2. num. 2. 3. C. de edict. Divi Hadrian. tollend. Decius consil. 424. Proponitur. num. 3. & 4.* quæ est realis probatio *Socin. consil. 59. in causa nobilium. num. 3. lib. 3.* & probatio probata, non probanda *Bald. l. quoties. in fin. C. de judic. l. 2. in princ. C. quand. fisc. vel privat. &c. l. ult. C. de usur. pupill. l. interest. num. 2. C. de solution. authent. qui semel. in fin. C. quomod. & quand. Judex & c. l. Imperator. in princ. de stat. homin.* latissimè Tiraquellus *in retract. proximit. §. 2. gloss. 1. num. 20. 21. 22. 23.* cum infinitis *ibi* allegatis, ad quæ digitum intendisse satis est.

Ex quibus abundè liquet alienationem non modo nullam hic fuisse concessam, sed planè vetitam & interdictam; sicut etiam ex jure communi vetita est *c. 1. §. donare. de prohibit. feud. alienat. ubi Camerarius & Dd. cum aliis supra allegatis.*

Quanquam nec apparet ullam hîc factam, ne quidem per jus subinfeudationis. Nam si hæc intervenisset, Respublica B. ab H. subinfeudante tanquam suo Domino, non ab hujus Domino R. investituram peteret. *c. 1. §. præterea si quis major. c. 1. §. illud quoque præcipimus. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. c. 1. §. præterea. ubi Alvarot. de cap. Corrad. Jacobin. de S. Georg. in investitur. verb. & cum pacto de non alienando. num. 21. & verb. quo quidem investiti. num. 55.* Et si intervenisset, non valuisset hîc ob expressam feudi legem, qua promisit vasallus, se possessurum & administraturum & simul retenturum hæc bona: ut aliquid hoc pactum operetur supra jus commune. *Jason l. traditionibus. num. 14. C. de pact. per Barthol. & Dd. l. 2. de usucapion. Alexand. consil. 227. ponderatis. num. 11. volum. 6. Paris. consil. 84. num. 13. cum seq. volum. 2. Tiraquell. passim. de LL. connub. gloss. 5. verb. expres.* nec frustratoriè † in- 16
telligatur appositum *l. si quando. in princ. de legat. 1. c. Si Papa. de privileg. in 6. c. pastoralis. de appellat.*

Quanquam enim pactum de non alienando † aliàs non impedit dominii trans- 17
lationem secundum communem Jasonis & Dd. *l. si ita quis promiserit. §. ea lege. de verbor. oblig. l. ea lege. 3. C. de condict. ob causam dat:* sed tantum suppeditat actionem ad interesse. *Baldus num. 2. 9. & communiter Dd. l. 3. C. de condict.*

vondict. ob cauſ. & d. l. ſi ita. §. ea lege. de verbor. obligation. & in l. filiusfamilias. §. Divi. ubi latè Socinus Jun. de legat. 1. idem conſil. 91. num. 5. volum. 1: tamen ſecus eſt prohibita expreſſim alienatione, ut per multa probat Tiraquellus in legib. connubb. verb. expreſ. num. 56. 57. cum ibi allegatis. Et quanquam hoc eſſet in aliis diſputabile: tamen obtinet omnino & ſine dubio in noſtro caſu, hoc eſt, in feudalibus, ut in terminis Zaſius epitom. feudal. part. 9. num. 17. Si porro, inquit, pactum in inveſtitura eſſet appoſitum de feudo non alienando, tunc tale feudum ſubinfeudari non poteſt. Quia geminata prohibitio ampliat. argument. l. 1. §. immutatio. de oper. nov. nunciat. Bald. Alvarot. & Dd. c. 1. §. præterea. ad fin. de capit. Corrad. qui allegant ad hoc gloſſam finalem l. ſed etſi quis. §. quæſitum. Si quis caution. Jacobin. de S Georg. in inveſt. verb. & cum pacto. de non alienando. num. 2. verſic. quid operatur iſtud pactum de non alienando in inveſtitura? Reſpondeo, multum operatur. Quia ceſſante tali pacto, vaſallus ſine conſenſu Domini poteſt alteri ſubinfeudare: dummodo hoc faciat ſincerè & bona fide, & ſubinfeudet pari vel minori, & ſub iiſdem pactis, ſub quibus tenebat, ut vult gloſſa ordinaria communiter approbata in c. 1. §. præterea. de capit. Corrad. Si tamen in inveſtitura apponatur iſtud pactum de non alienando, non poterit vaſallus ſine conſenſu Domini ſubinfeudare. Quia quando nova prohibitio adjiciatur antiquæ, prohibitio habet ampliare &c.

Sed & alia ratione ſubinfeudatio hic fieri
18 ri non potuiſſet, quoniam ad † hoc, tria ut concurrant, oportet, nempè ut ſine pecunia; ut ſub iiſdem legibus & conditionibus Domino præſtandis; Denique, ut pari fiat ſubinfeudatio non deteriori, potentiori & magis incommodo c. 1. §. ſi vero totum. qual. olim. feud. potuer. alienar. junct. c. 1. §. ſimiliter. de lege Corrad. c. 1. §. illud. §. callidis. de probib. feud. alienat. per Frederic. Jacobin. de S. Georg. in inveſt. verb. ita quod etiam ipſi. num. 3. Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit. de feud. Zaſius. in d. epitom. feudal. parte 9. num. 15. 16. cum ſequent.

At hic non pari, ſed à privato homine, cujus ſoboles interire & aperire Domino feudum, & qui ad officium ac ſervitium facile cogi poteſt, ut ſupra vidimus, facta eſſet potenti Reipublicæ, quæ non moritur, nec tam idoneè conveniri poteſt Jaſon d. l. ultim. num. 30. 31. C. de jur. Emphyt. & d. l. ſi ita. §. ea lege. num. 10. 11. de verb. obligat. & cujus potentiam Dominus hic nobilis non injuria exhorreſcit. Quia potentioribus pares eſſe non poſſumus l. 3. de alienat. mutand. judic. cauſ. fact. l. 1. §. vicinus. de aqu. pluv. arcend. l. cum magiſtratus. de recept. arbitr. qui quaſi per alluvionem † latenter omnium ad ſe 19
jurisdictionem trahunt Geminian. in c. 1. num. 2. & 4. de offic. ordinar. lib. 6.

Deinde non ſub iiſdem legibus; Imo nulla lex, quia ut dicta civitas B. Nobilibus feudi Dominis obligaretur, iſta ſubinfeudatio facta eſſet: & ideo nulla, per ſupradicta. Quia quod non rectè fit, nulliter fit l. quoties. qui ſatisdar. cogant. l. ſi unus. C. de teſtament. cum ſimilib.

Quod etiamſi diceretur, quodam quaſi conſtituto tantum uſum hujus feudi ab H. Senatui hic eſſe conceſſum: tamen ſecundum opinionem communem & veriorem, etiam per tale † conſtitutum videretur 20
traditio facta & poſſeſſio translata. Bald. num. 3. & Dd. c. 1. quid ſit inveſtit. Raphael. Cuman. conſil. 173. Galvanus. in fin. Matth. de Afflict. c. ſi facta. num. 20. Si de feud. fuer. &c. Quemadmodum idem in c. 1. num. 3. verſic. ſed ulterius ſciendum. Quid ſit inveſt. & c. 1. in 13. notab. n. 56. verſic. an autem. de prohibit. feud. alien. per Frideric. decidit, quod in feudis transferatur poſſeſſio per retentionem uſusfructus. Unde etiam taliter conſtituens † ſe feudum poſſidere alieno nomi- 21
ne tanquam alienans illicitè & tradens feudo ac jure ſuo privatur Pet. Jacob. tit. de action. in rem pro re feudali. Laudenſ. Cardinal. Alexand. c. imperialem. in princ. de prohibit. feud. alienat. per Freder. Jacobin. in inveſt. verb. & cum pacto de non alienando. in princ. Jaſon. l. 3. quæſt. 19. C. de jur. Emphyteut. Bertrand. conſil. 45. pridem num. 2. lib. 1. Ruinus conſil. 2. eſt inprimis. num. 2. lib. 1. & conſil. 7. prima facie. num. 5. lib. 2. conſil. 69. diligenti. num. 17. lib. 3. Hyppol. ſingul. 412. plures. Zaſius in epitom. feudal. parte 10. Chaſſanæus in conſuetud. Burgund. tit. de feud. §. 8. verb. realle. in princ. Et quamvis de hoc ſint opiniones, ut videre licet apud Tiraquellum de conſtit. poſſeſſ. parte 2. in 36. ampliation. num. 1. 2. 3. & parte 3. in 3. limit. num. 1. 2. 3. & parte 3. 26. limitat. num. 1. 2. 3: tamen ibidem paulo poſt num. 5. & 6. dicit, hanc eſſe communiorem & veriorem, ſicut multis juribus ad hoc allegatis probat.

De quo non opus eſt hic diſputare pluribus, cum non ſimplex conſtitutum hic intervenerit: ſed poſſeſſio totaliter ſit à dictis H. tradita, ceſſa & permiſſa Reipublicæ B. quæ dictorum H. opera tantum utitur in petenda inveſtitura. Cæterum ipſorum bonorum poſſeſſionem habet, elocat, utitur, fruitur ſuo arbitratu. In qua ſpecie concludunt omnes, quando non permanetur

in terminis simplicis constituti, sed feudum etiam realiter traditur cediturque alteri, quod tunc vera sit alienatio, & feudo jureque suo vasallus cadat: etiamsi tradidisset cum expressa protestatione, salvo jure Domini. *Bald. l. 1. C. de his quæ pœnæ nomin. &c. & c. 1. §. idemq. quæ fuit prim. caus. benefic. amittend. & consil. 95. moritur. num. 2. 3. libr. 3. Roman. singul. 514. tu habes.* Nam in reali traditione fit conditio Domini deterior; quia forte fit potentiori (ut hic est factum) vel inimico & litigioso, à quo difficillimum esset recuperare, quod non est in constituto, ut hanc rationem assignant Anton. Rubeus *in repet. l. non solum. §. morte. num. 479. de oper. nov. nunc.* Baldus *in c. Cumana. num. 3. versic. & prædicta faciunt. de elect.* & sequitur Francisc. Cur. senior. *consil. 8. viso. num. 2. versic. & pro hoc adduco.* Tiraquellus *de constit. possess. parte 3. limitat. 26. num. 9.*

Ex quo dici posse videtur, familiam H. jure suo feudali per hanc illicitam alienationem recidisse, & proinde non teneri Dominos Nobiles ad eam amplius investire *Alvarott. c. 1. §. nulla. num. 3. versic. tunc privabitur vasallus jure suo, nec dominus compellitur amplius ad faciendam sibi investituram. per quos fiat invest. per c. 1. §. 1. Quæ fuit prim. caus. benefic. amittend. Et paulo post versic. & tunc privatur feudo, nec Dominus cogitur amplius investituram facere c. 1. quo temp. mil. c. 1. in princ. quæ fuit prim. caus. benef. amittend. d. c. 1. §. nulla per quos fiat investitur. cum aliis per eum allegatis.*

Quod si longa patientia Domini contra objiciatur, qui hoc fieri tamdiu sit passus, unde consensus tacitus ducitur *l. qui in aliena. in princ. ubi* Jason & Dd. *de acquirend. hereditat. & in l. sciendum. de verb. obligat. latè Tiraquellus in LL. connub. circa fin. gloss. 5. num. 39. & Alexand. l. 2. §. voluntatem. solut. matrimon.* Felinus *c. Albericus in fin. de testib. c. nonne. in princ. de præsumpt. ubi* dicunt esse com-
22 munem. Qui quidem tacitus consensus † ad alienationem vasalli confirmandam sufficit. *gloss. & Dd. c. 1. §. præterea. Quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. §. Titius. Si de feud. defunct. Schurff. consil. 41. num 2. centur 2.* Imo sufficit Dominum scientem non contradicere. Jacobin. de S. Georg. *in invest. verb. & cum pacto. num. 20.* dicens hanc esse communem. Schurff. *consil. 41. præmiss. 1. num. 3. centur. 1.* qui itidem testatur hanc esse communem. Ad hoc responderi posset, obtinere illa in sciente *c. 1. §. final. verb. Domino sciente. Si de invest. &c.* Hic vero Dominos feudi dictos Nobiles istam cessionem Reipublicæ factam ignorasse. Sicut in dubio præsumitur ignorantia, donec scientia probetur. *l. verius. de probation. cum similib.* & quod ideo non poterunt videri consensisse in eo, quod ignoraverunt. *Barthol. l. 1. num. 6. 7. versic. quod ille qui jussit, non patiatur. C. de servitut. per l. 2. cod. tit. ubi idem Barthol. num. 9. versic. merito scientia requiritur.* Nec remisisse jus suum, quod est
quædam † donationis species *l. si quis delegaverit. ubi Barthol. de novat. & in l. si quis cum aliter. num. 8. de verbor. obligat. l. hoc jure. §. 1. de donation. l. si quis obligatione. de regul. Jur. Dd. l. Modestinus. ubi Barthol. num. 1. & 2. de donation. Tiraquell. latè l. si unquam. verb. donatione largitus. C. de revocand. donation. Alexand. consil. 22. visis. num. 8. volum. 1.* Quia nemo ignorans donare intelligitur *l. nec ignorans. C. de donat.* Imo quelibet causa, etiam fatua, potius præsumitur, quàm donatio *l. cum de indebito. de probation. Jason. l. 3. num. 4. & 5. de pact. Bald. l. 3. in princ. C. de non numerat. pecun.* 23

Sed ut maximè ponamus, dictos H. per illicitam hanc alienationem jure suo non cecidisse: tamen & alia ratione non videntur obstricti esse Nobiles feudi Domini ad investituram iis amplius cōcedendam. Quanquam enim Dominus † ad hoc teneatur. 24
gloss. ultim. c. 1. §. fin. per quos fiat. invest. d. c. 1. in fin. de nov. form. fidelit. Zasius in epitom. feudal. parte 7. num. 58. & parte 11. num. 27. Jason l. fin. num. 32. C. de jure Emphyteut. Alvarot. c. 1. §. nulla, num. 4. per quos fiat invest.: adeò, ut nisi intra annum post petitionem investiat, jure suo privetur. *Alvarot. in c. 1. §. nulla. num. 4. Per quos fiat invest. post glossam ibi magnam. versic. hoc ipso dominus proprietate debet privari &c.:* tamen non cogitur incontinenti investire, sed id potest Dominus pro lubitu differre. *Alvarot. dict. c. 1. §. nulla. num. 5. Per quos fiat investitur.* Deinde hoc intelligendum est, nisi justam habeat. Dominus recusandi causam *dict. c. 1. §. nulla. ubi glossa magna. Per quos fiat investitur. §. ultim. quid sit invest.* sicut è contrario *c. 1. versic. nisi justa causa intervenerit. Quo tempor. miles.* Nam ad paria vasallus & Dominus judicantur *Zasius in dict. epitom. feudal. parte 10. num. 80. per c. 1. §. final. de nov. form. fidelitat. ubi gloss. verb. in epistola. & idem Zasius parte 11. num. 16.* ex communi doctrina correlativorum. *l. ult. C. de indict. viduit. tollend. ubi Baldus;* præsertim ubi est eadem ratio, ut hic. Et-
enim causa justa † ab omni generali disposi- 25
tione intelligitur excepta. *latè Tiraquell. tract. de pœn. in princ.* & in terminis textus c. 1. §. *nulla. ubi Alvarot. num. 3. & 4. & Dd.* Per quos fiat invest. *c. 1. §. 1. quæ fuit prim. caus. benefic. amittend.*

At hic H. qui petit investituram, cum allegetur, & ipse fateatur, se tantum ministerium exhibere, nec hæc feuda possidere, non debet investiri, ad quod domi-

nus

nus non tenetur; donec ſibi petenti vaſallus
edat & ſpecificet, quid à ſe teneat, poſsideat
& recognoſcat *gloſſ. l. penult. verb. jurata. ubi
Lucas de penna & Joann. Plat. notant C. quand.
& quib. quart. pars. lib. 10. Hoſtienſ. in ſum. tit.
de feud. §. quib. mod. amitt. verſic. quid ſi vaſal-
lus. Alberic. l. ſi certis annis. num. 5. cum ſeq. C. de
pact. & in l. Titius. 2. num. 2. de action. empt.
Angel. l. ſi rem. num. 2. de rei vendic. Jacobin. in
inveſtit. verb. dictiq. vaſalli promiſerunt reco-
gnoſcere. num. 15. & 19. Præpoſit. c. 1. §. vaſallus.
num. 3. Si de feud. fuer. controverſ. int. Domin.
& agnat. Molinæus conſuetud. Paris, rubric. 1. de
feud. §. 5. gloſſ. 4. Boer. in conſuetud. Bituric. tit. de
feud. §. 12. Chaſſaneus in conſuetud. Burgund.
eod. tit. §. 4.*

Etenim ſicut is, qui non poſsidet feudum,
inveſtituram petere non tenetur *Bald. l. ſi ſo-
lennibus. num. 6. C. de rei vendicat. & ibidem Sali-
cet. Alvarott. c. 1. num. 11. 13. 14. quæ fuit prima cauſ.
benef. amittend. Andr. de Iſern. c. 1. in princ. de ca-
26 pit. Corrad:* ita nec vice verſa cogi poteſt †
Dominus, ut eum inveſtiat, qui rem, cujus
inveſtituram petit, non probet ſe tenere nec
poſsidere. *c. 1. §. ſi quis. verſic.* niſi probaverit,
quod intendit. & *verſic.* quod ſi jurare nolue-
rit, qui convenitur, eſt abſolvendus. *ubi gloſſ.
ſi de inveſtit. & c. l final. verſic. concedatur Domi-
no hoc denegare. Quid ſit inveſtur. c. 1. verſic.* af-
firmet, quod ſuum ſit beneficium. *de contro-
verſ. inter Domin. & vaſall. de inveſt.* Imo fatea-
tur, ab alio teneri & poſsideri; cum contra-
riorum eadem ſit doctrina *l. 2. de his qui ſunt
ſui vel alien. jur.* & correlativorum idem jus
l. ult. C. de indict. viduitat. tollend. Nam inveſti-
27 tura † aut dat poſſeſsionem *c. 1. quid ſit inveſt.
junct. c. 1. verſ. itē inveſtitura. de not. feudor. c. 1. de
inveſt. de re alien:* aut ejus apprehendendæ li-
centiam tribuit *c. 1. quid ſit inveſt. Jaſon. l. quo-
ties. num. 31. C. de rei vendicat:* aut ſi antiquitus
obtinetur poſſeſsio, eam confirmat Jaſon *d.
l. quoties. num. 32. Bald. l. cum antiquioribus. n. 11.
C. de jur. deliberand. Paris. conſil. 1. n. 23. volum. 1.
Præpoſit. & Dd. c. 1. quid ſit inveſt. Zaſius in d. epi-
tom. feudal. parte 6. n. 44.* Itaque ex inveſtitura
Dominus vaſallo obligatur. *Baldus c. 1. num. 4.
quid ſit inveſtit. & ibi Dd.* ad poſſeſsionem tra-
dendam. *c. 1. §. ſi quis patrem. ubi Afflictus notat,
n. 4. Si de inveſt. inter Domin. & vaſall. per c. 1. ſi de
inveſt. feud. contr. c. ſi facta. Si de feud. fuerit cont;*
28 ſic ut verbaliter † inveſtitus poſsit petere
à Domino, ut realem ſibi poſſeſsionem tra-
dat. *Afflict. poſt gloſſ. d. c. 1. §. nulla. n. 6. Per quos fiat
inveſt. per c. 1. §. 1. de capit. Corrad. c. 1. §. prima. Ex
quib. cauſ. feud. amittat.* vel ad damnum & in-
tereſſe hoc nomine præſtandum *c. 1. verſic. in-
veſtitura. de nov. form. fidelit. & Dd. præallegato
loco.* vel ad feudum aliud æquivalens *c. 1. de in-
veſt. de re alien. fact.* & tenetur in ſumma de e-
victione. *Curtius tract. feudal. parte 2. n. 37. Al-
varot. c. 1. Si vaſall. de feud. fuer. ab aliq. interpell.
num. 2. 3. & 4.*

Ad quæ omnia cum hic ſe Nobiles obliga-
turi eſſent, ſi dicto H. inveſtirent; proculdu-
bio non tenentur inveſtire, niſi ipſe ſe pro-
bet poſsidere. Nam in feudo antiquo, de quo
hic agitur, nihil cogitur Dominus de novo
concedere, ſed tantum jus, quod invenit,
conſervare; & propterea ſi non valet poſſeſ-
ſio, non valet inveſtitura *c. 1. ubi poſt Iſern. Af-
flict. n. 4. Per quos fiat inveſt.* Quæ poſſeſsio nō
præſumitur, niſi probetur *l. cum res. 12. verb. in
vacuam poſſeſsionem inductam quibus potes jure
proditis probationib. docere debes. C. de probation.*

Adde, quod nec poſsit quidem † inveſtiri 29
purè H. ex quo alius eſt in poſſeſsione. Imo
ſi fiat talis inveſtitura, nulliter fit *c. 1. de inve-
ſtitur. de re alien. fact. ubi Dd. Curtius tract. feu-
dal. parte 2. num. 36. c. ſi quis fecerit inveſtituram.
ubi notat Afflictus. num. 2. Quo tempor. miles.
Schurff. conſil. 53. in fin. centur. 1.* Et hanc eſſe
communem teſtatur Alvarot. *c. 1. Hic poteſt eſ-
ſe. tit. qui ſucceſſ. teneant. num. 1. verſic.* Sed com-
munis opinio eſt, quod ſit penitus nulla. *per
illum textum. & c. 1. de cleric. qui inveſtitur. fac.
& c. 2. de leg. Corrad. num. 2.* Ac quanquam ibi
limitet, niſi ille, qui poſsidet, conſentiat
per d. c. 1. qui ſucceſſ. tenean. tamen hoc ſic in-
terpretatur, ſi is poſſeſsionem inveſtito tra-
di velit, ut ibidem Alvarott. *num. 2.* verſic. &
prædicta intellige vera, niſi ille, qui poſsi-
det, conſentiret, quod quis purè inveſtire-
tur & ſibi (nempè inveſtito) traderetur poſ-
ſeſsio *c. 1. qui ſucceſſ. teneant. c. 1. §. præterea. quib.
mod. feud. amittat. c. Titius Si de feud. fuerit cont.*
Unde ſemper qui petit inveſtituram feudi
antiqui, de quo hic, petere ſic debet; peto
inveſtituram illius feudi, quia poſsideo:
non vero ſic petere debet, peto inveſtitu-
ram, quia poſsidere debeo, ut eleganter Al-
varottus *c. 1. §. nulla. num. 4. Per quos fiat in-
veſtit.*

Cum autem paria ſint non petere † vel 30
non rite petere. *l. 2. §. ſi mater non petierit. i-
doneos. ubi gloſſ. verb. nec legitime. verſic. quia
non legitime geſſit. ad SC. Tertyll. Barthol. l. 2.
num. 2. 3. Qui petant. tutor.* ſicut non fieri vel
non debito modo fieri. *l. quoties. Qui ſatisd.
cogant. l. 1. §. penult. quor. legat. l. 1. in fin. ubi gloſſ.
verb. aut inhabilis. Quod cujusq. Univerſit;* non
cogitur etiam Dominus inveſtire eum, qui
non debito modo petiit. Jacob. de Beluis.
Alvarot. & Dd. *c. 1. §. nulla. num. 4. Per quos
fiat inveſtit.* poſt gloſſam magnam. *in verb. à
fidelitate.* verſic. poſtquam fuerit ab eo peti-
tum, ſicut debuerit. *c. 1. in quib. cauſ. feud. a-
mittat. in fin. c. 1. de milit. vaſall. qui contum. c. 1.*

de capit. Corrad. & c. 1. Quo temp. mil. Jacobin. de S. Georg. in investit. verb. qui quidem investiti. num. 56. Multo minus eum, qui non possidet, ut ante probavimus. Quoniam in investituris plena, & non nuda sive ficta investitura facienda est *c. 1. de invest. de re alien. fact. c. 1. versic. investitura. de nov. form. fide-*
31 *lit.* quæ fieri † nequit sine titulo feudi & possessione. *Afflictus c. 1. in princ. num. 13. Quid sit invest.* Nec enim investitura datur aut refertur, nisi ad bona, quæ justè possidentur *gloss. c. 1. in princ. ubi Alvarot. num. 2. Per quos fiat invest.* nec possessio major est investitura. *c. 1. §. sciendum. ubi Afflict. num. 2. de con-*
32 *trovers. rer. feudal.* tanquam ejus † causa *c. 1. quid sit invest. c. 1. Si de invest. & c.* Qua cessante, effectus quoque cessare debet *c. cum cessante. de appellat. latè Tiraquell. in tract. causæ cessantis:* nec peti debet consequens, ubi
33 non ponitur † necessarium antecedens *l. non ignorat. C. de his qui accusar. l. ad rem mobilem. de procurator.* & non entis nullæ qualitates *l. actor. ubi Dd. C. de probat.* ac qui petit ut
34 talis, non † auditur ut talis, nisi probet se talem, & qualitatem talis demonstret. *Bald. Salicetus, & Dd. l. non demonstret. C. de iis qui accus. l. matrem. & passim. C. de probat.* & quidem specificè *Alexand. consil. 100. super. num. 3. volum. 1. per l. 2. §. probare. de vi bonor. raptor. l. 1. §. Prætor. ubi Barthol. Ne quid in flumin. public.*

35 Imò investituræ † renovatio nihil aliud est, quam ipsa possessio aut ejus confirmatio *c. 1. ubi Afflict. num. 1. quid sit investit.* nec addit aliquid novi juris, sed quod est, declarat & confirmat. *Præposit. c. 1. num. 1. Per quos fiat invest.;* ut ad possessionem confirmandam, quæ nulla habetur, confirmatio talis exigi non possit, nec debeat, quæ ne quidem facta eo extendi solet. *Jason l. more. num. 33. cum multis sequent. de jurisdict. omn. judic.* Et sane frustra illud peteretur vel fieret, cujus nullus esset effectus *l. si quis ita scripserit. de hered. instituend. l. cum heres. §. 1. de acquir. hereditat. l. 3. Quando dies legat. l. non oportet. de legat. 2.*
36 Imo frustratorius † actus est, qui non assequitur finem suum *l. verbis. de vulgar. & pupill substitut.* & frustratorium est, providere ubi non expedit *l. si plures. de testament. tutel.* Frustratoria autem nec petenda nec introducenda sunt *l. qui bis idem. de verbor. obligat. l. hac stipulatio. §. Divus. Ut legator. nomin. caveat. l. hac autem. Si cui plus quam per L. Falcid.*

37 Denique cum investitura † sit tanquam accessorium & signum possessionis *d. c. 1. ubi Dd. quid sit invest.;* non potest consistere, ubi non est principale: & eo non valente nec investitura valet *c. 1. ubi post Isern. Afflict. num. 4. per quos fiat investit. per l. cum principalis. de regul. jur. c. accessorium. eod. in 6. l. debitum. 5. C. de remiss. pignor.*

Ex quibus omnibus videri poterat, investituræ renovationem hîc dictis H. utpote nihil horum feudalium bonorum possidentibus, rectè denegari.

RATIONES DUBITANDI.

QUANquam autem ista subtilia sint & momentosa: non tamen est nihil, quod in contrarium adduci possit, quamobrem investitura hæc non sit deneganda, nec quietum hactenus possessionis jus dictis H. vel etiam Senatui B. conturbandum; Nisi tantum ipsa possessio illis denegetur, & Nobiles intendant, nunquam taliter Senatum se sciente patienteque possedisse, ut ex sequentibus apparebit.

Nam quod attinet ad commissum, etiamsi tale quid hic subesset (quod tamen abest, ut ante probavimus) & quanquam communiter concludatur, ex alienatione † ipso 38
jure vasallum feudo privari, licet non ex aliis causis. *Jason. l. 2. num. 14. & 16. C. de jur. Emphyteut. Bald. c. quæ Ecclesiarum. de constitution. Schurff. consil. 18. quod in præsenti. num. 2. centur. 1:* non tamen ex eo Nobiles Domini possessionem usurpare, & possessores ea deturbare possent. *Zasius in epitom. feudal. parte 10. de feud. privat. num. 37. versic. nec posse Dominus propria authoritate auferre. per l. creditores. ubi glossa & Dd. C. de pignoribus. l. non est singulis. de regul. jur. Præposit. & Dd. in c. 1. §. item si fidelis. Quib. mod. feud. amittat. & tradunt Dd. c. 1. §. deniq. Quæ fuit prima caus. benef. amittend. c. 1. ubi Bald. num. 11. de feud. sine culpa non amittend c. 1. §. sancimus. Quo tempor. mil.* sed jure agere deberent, & causam commissionis probare *Bald. d. c. 1. num. 11. de feud. sine culp. non amittend. Jason. consil. 64. circa. num. 2. versic. Secundo moveor. volum. 3. Molinæus in consuetud. Paris tit. 1. de feud. §. 13. gloss. 5. num. 6. cum sequent.* nec aliquid juris usurpare possent, antequam per sententiam declaratoriam jus commissi esset declaratum & illis adjudicatum. *Bald. c. 1. §. vel si cum filiis. num. 2. & 3. Quib. mod. feud. amitt. Jason. d. l. 2. num. 14. 15. & 16. C. de Jur. Emphyteut. c. 1. de feud. sine culpa non amittend. ubi glossa, Alvarott. & Dd. & c. 1. de prohib. feud. alienat. per Frideric. junct. cap. 1. §. si voluerit. de Capitan. qui cur vendic. cap. fin. Quo tempor. mil;* etiamsi felonia

Et

ſit notoria, *Schurff. conſil. 27. centur. 1. conſil. 10. Quod præmiſſa. num. 24. centur. 3. Jaſon. l. ſi quis. §. quod autem. num. 5. Quod quisq; Jur. Curtius part. 4. feudal. num. 157. Caſtrenſ. conſil. 160. Ad primum. in fin. parte 2. Panormitan. conſil. 3. oritur. parte 2. Alexand. conſil. 124. omiſſis. in princ. lib. 1.* A quo hic longè abſumus; maximè cum jam pridem hæc translatio feudi facta ſit, nec Domini hujus feudi, quorum in vita hæc alienatio primùm accidit, legem commiſſi exercuerint, ut ſucceſſori-
39 bus † hoc nomine nulla actio competere poſſit aut debeat. *gloſſ. l. omnimodo. in princ. ubi Jaſon & Dd. C. de inofficios. teſtament. & c. 1. §. item ſi fidelis. Quib. mod. feud. amittat. c. 1. §. item qui Dominum. verſic. porro. quæ fuit prima cauſ. benef. amittend. per l. final. C. de revocand. donat. Mynſinger. obſervat. 97. centur. 3.* Præſertim contra ſucceſſores ejus, qui primus alienavit; cum hi luere non debeant factum defuncti *Curtius tract. feudal. dict. parte 4. in fin per l. final. §. his ſolis. C. de revocand. donat.* & ſi Dominus ſcivit hoc, ac paſſus eſt. *Sonsbecc. parte 12. feudal. num. 31.* ſicut ſcientia
40 † & patientia ex diuturnitate temporis præſumitur. *Anton. Gabriel. Roman. de præſcript. lib. 5. concluſ. 1. num. 60.* ex qua tacita patientia & conſenſione videntur tunc hoc ratificaſſe, ut ſufficiat vaſallo ad confirmationem ſui juris *c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. gloſſ. & Dd. c. 1. ſi de feud. defunct. Schurff. conſil. 41. num. 2. 3. centur. 1*; adeò, ut ſufficiat Dominum non contradicere Jacobin. de S. Georg. *ad verb. & cum pacto. num. 20.* dicens hanc eſſe communem: & quidem intra annum *c. 1. §. porro. Qual. olim. feud. potur. alienar. ubi Bald. notat. ad verb. annali ſilentio.*
41 Quod annale † ſilentium hic habeat vim repudiationis. Ad hoc etiam textus in c. 1. §. ult. *ſi de inveſt. inter. Domin. & vaſall. lis oriat.* ubi, ſi uterque & Dominus & vaſallus noluerint jurare in caſu illius textus, ſi vaſallus per annum poſſedet tacente Domino, is ſolus jurabit. Ex quo & ipſe Baldus ibi notat, quod in materia feudorum annalis poſſeſſio inducat præſcriptionem pro vaſallo contra Dominum, quod confirmat Tiraquell. *de retract. proximit. §. 1. gloſſ. 10. num. 5. & 6.*

Sed & quælibet cauſa excuſat à dolo ac pœnis ejusdem. *Decius conſil. 418. num. 23. conſil. 452. num. 4. conſil. 605. num. 4. conſil. 650. num. 13. conſil. 667. num. 2. conſil. 171. num. 4.* Ad hæc, ſicut Dominus poteſt inveſtituram facere per ſe vel per alium *c. 1. verſic. ſed utrum. per quos fiat inveſtitur.* ita etiam vaſallus per ſe vel per alium petere & accipere inveſtituram poteſt *d. c. 1. §. ſed utrum. per quos fiat inveſtit*; dummodo ad hoc ſpeciale (ut hic factum eſt) mandatum habeat *Menoch. conſil. 1. num. 78. cum ibi allegatis. Alvarot. d. c. 1. §. ſed utrum. num. 2. per quos fiat inveſt.* & petitione facta cogitur Dominus vaſallum inveſtire. *Alvarot. c. 1. §. nulla. num. 5. poſt gloſſ. ibi per quos fiat inveſtit. Jaſon l. final. num. 52. C. de jur. Emphyteut.* Maximè, quando feudum eſt antiquum & à majoribus ſuis poſſeſſum ac devolutum. Quia tum renovatio inveſtituræ tantum eſt poſſeſſorium quoddam confirmandæ vel retinendæ. *Bald. c. 1. in fin. cum addition. marginal. de probib. feud. alienat. per Lothar.* in quo Dominus turbare veterem vaſalli poſſeſſionem non debet; cum ea citra cauſæ cognitionem nemini ſit intervertenda *l. 1. C. Si per vim. l. meminerint. C. Unde vi. l. ſi quis ad ſe. C. ad L. Jul. de vi. Schurff. conſil. 9. num. 23. centur. 1. conſil. 6. & 15. centur. 3.*

Nec obſtat quod H. familia non poſſideat hoc feudum, ſed magis Civitas, cujus nomine poſſidetur. *l. quod meo. l. 1. §. per eam. l. poſſideri. in princ. & paſſim. ff. de acquirend. poſſeſſion. l. certè. de procurat. cum ſimilib.* Nam licet realis inveſtitura poſſeſſionem requirat. *c. 1. quid ſit inveſt. junct. c. 1. verſic. item in inveſtitura. de not. feudor*: ſecus tamen eſt in abuſiva ſive verbali. *d. c. 1. quid ſit inveſt. ubi Dd. c. 1. de conſuetud. rect. feudi. Jaſon. l. quoties. num. 31. C. de rei vendicat.* quæ † eſt à 42
poſſeſſione ſeparata *Schurff. conſil. 53. quod in præſenti. & conſil. 98. num. 7.* Talis autem abuſiva ſufficit in antiquis, ubi verbaliter tantum ſit inveſtituræ renovatio. *Bald. l. cum antiquioribus. in fin. C. de jur. deliberand. Jaſon. d. l. quoties. num. 2. C. de rei vendicat.* Quanquam totum iſtud argumentum parum faciat. Quoniam obtinet in vaſallo, qui poſsidet, quique ipſis inveſtitur miniſterio procuratoris & Dominum recognoſcit: At hic totum contrarium eſt. Quia civitas quæ poſsidet, non recognoſcit nec fidelitatem facit: ſed tantum H. qui nihil tenet, ad quod Dominus non tenetur, ut ſupra probavimus.

Illud igitur pro Civitate B. firmius, quod Domini feudi H. nempe dicti Nobiles huic familiæ ſemper inveſtituram fecerint, etiamſi nomine Senatus B. iſta familia peteret & inveſtiretur, ut amplius amodò † poſt 43
inveſtituram ſemel factam & ſæpius renovatam eam ſuſpendere Nobiles non poſsint *Schurff. conſil. 18. quod in præſenti. num. 1. 2. centur. 1. per c. 1. Hic poteſt eſſe. ut. qui ſucceſſ. teneant. c. moribus. Si de feud. fuerit controverſ. inter Domin. & agnat*; præſertim non modo elapſo inde anno *c. 1. §. porro. Qualit. olim feud. potuerit alien*: ſed poſt repetitam ſubinde jam ab antiquo ſæpius factam, renovatam ac confirmatam hujusmodi inveſtituram. Quæ geminatio repetitioque frequens,

voluntatem & assensum investientium satis demonstrat *l. si mulier. 22. ubi Dd. C. ad SC. Vellejan. Everard. loc. à vigeminat. Parisius consil. 10. num. 57. & consil. 131. vol. 1. consil. 69. num. 52. volum. 3. consil. 5. num. 64. volum. 4.* Ex quo vel solo jus dictæ familiæ ac etiam Senatui post 30. annos fuit acquisitum ac præscriptum. *c. 1. §. si quis per 30. ubi Dd. Si de feud. defunct. &c.*

44 Nec enim modo † feudum 30. annis præscribitur. *d. c. 1. §. si quis per 30. annos.* ut sortiatur ordinariam ex præscriptione feudi naturam. *Bald. l. liberti. num. 31. C. de oper. libert.* quæ una præscriptio in feudalibus est recepta. *gloss. & Dd. c. 1. de cap. Corrad. Balb. tract. de præscript. 4. parte quartæ partis principal. quæst. 12. in princ. n. 3. Molin. in consuetud. Paris. rubric. 1. de feud. §. 7. num. 8.* verum etiam modus & qualitas investituræ ac aliarum accessionum feudi, ut Matth. de Afflictis *1. 2. & 3. notab.* & Dd. communiter notant *in d. c. 1. §. si quis per 30. annos. & c. ultim. de feud. dat. in vicem L. commiss. Jason. l. 2. num. 155. C. de Jur. Emphyteut. Paris. consil. 25. num.*
45 *18. volum. 4* Et currit talis præscriptio † contra ignorantes. *l. final. in fin. ubi Dd. de præscript. long. tempor.* etiam in feudalibus *c. 1. §. porro. ubi Dd. qual. olim. feud. potuer. alienar. Tiraquell. de retract. proximit. §. 35. gloss. 4. per totum.* Quod siquidem ita est quæsitum jus, Dominus, contra quem præscriptum est, amplius intervertere vel mutare possessoribus nequit *l. si quis emptionis. 8. Dd. C. de præscript. 30. annor. l. 1. & 2. Si ager vectigal. l. penult. de publician. in rem action. Covarruv. in c. possessor. parte 3. §. 1. num 1. 2. cum sequent. de regul. Juris in 6. Benedict. in rep. c. Raynutius. verb. mortuo. num. 70. cum sequent. de testam.* Et sicut pri-
46 mævus † vel antiquus investituræ status non est immutandus *Bald. l. 1. num. 31. C. quando non petent. partes & c. 1. num. 2. de eo qui sibi & hered. & c. 1. §. his vero. num. 2. de success. feud. Decius consil. 143. num. 2. & 4. Bald. consil. 82. volum. 1. per c. 1. de vasall. decrep. ætat. c. 1. an agnat. vel fil. c. 1. de success. feud. Castrens. consil. 142. videtur. num. 3. parte 1. & consil. 311. circa num. 2. volum. 1. cum aliis quos cumulat Zasius in epitom. feudal. parte 12. num. 41.* Nec quicquam de solennibus facile mutandum *l. Divus. de in integr. restit.* sic secundum eam primam & consuetam investituram sequentes investituræ fieri ac regulari debent. *Bald. d. c. 1. §. his vero. num. 2. de success. fratr. Alvarot. c. 1. num. 2. de vasall. decrepit. ætat. Decius consil. 531. num. 2 Præpositus c. 1. num. 1. Per quos fiat invest. & ibi Bald. num. 1. cum sequent. Zasius consil. 13. num. 14. volum. 1. & in d. epitom. parte 12. num. 41.*

Neque vero dici potest, non potuisse H. ita suum feudum in Senatum alienare sine consensu Domini. Quia cum Senatus hîc nuncquam fuerit investitus, sed semper H. ideo Domini nihil interest, cum habeat & habuerit semper suum vasallum, qui intelligitur manere ac mansisse possessor, quamvis constituat se alterius nomine possidere, ex quo non alius, quam ipse investitur. Guido Papæ *decis. 46. In emphyteuta. circa finem.* dicens ita fuisse judicatum *per l. 2. verb. vendens. & tradens. C. de Jur. Emphyteut. & decis. 112. in curia. Benedict. in repetit. c. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelastam. num. 294. & 551. de testament.* Stephan. Bertrand. *consil. 7. visis. ubi* in terminis dicit, illud obtinere in feudis. *& consil. 8. super. num. 36. & consil. 39. pro decisione. in 7. dubio. in fin.* & quod nihil juris per tale constitutum transeat, quamdiu prior, nempe constituens investitur, tenet Tiraquell. *in tract. constitut. possess. parte 2. ampliat. 36. num. 3. cum ibi allegatis. & parte 3. limitat. 3. num. 1. 2. 3.*
4. Ex quo fit, ut taliter constituens † se possi- 47
dere nomine alieno, pro alienatore non habeatur nec jus suum amittat. *Alvarott. Afflict. Cardinal. Alexander & Dd. c. 1. quid juris sit Afflict. in 13. notab. num. 57. post Reyner. c. 1. §. habito. in princ. de probib. feud. alienat. per Frederic.* Guido Papæ *decis. 101. in fin.* dicens ita solere judicari. *& consil. 126. in fin. Curtius tract. feudal. 4. parte princip. quæst. 13. Ripa c. cum M. Ferrar. num. 80. de constit. cum aliis quæ adducit Tiraquell. de const. possess. parte 3. 26. limitat. num. 1. & 2.* Nam ficta traditio non operatur dominii translationem, nisi in Ecclesia & Civitate. *Barthol. l. cum falsa. n. 6. 7. C. de Jur. & fact. ignorant.* Quod etiamsi hîc jus aliquod alienatione fuisset commissum; constat tamen
juri quoque commissi † per 30. annorum 48
silentium & patientiam esse præscriptum *Schurff. consil. 41. præmiss. num. 4 centur. 1. per gloss. & Dd. c. præterea. verb. præscriptione. de probibit. feud. alienat. per Frider. Chassanæus in consuetud. Burgund. tit. de feud. rubric. 3. §. 1.*

Tametsi vero hoc disputari posset, quoniam hîc in civitatis nomine investitura petitur, utrum per tale constitutum possessio transferatur. *Barthol. in d. l. cum falsa:* tamen in eo non vertitur hujus rei cardo, quia non paret, nec ostenditur aliqua à dictis H. alienatio in Senatum facta. Quamobrem non
debet præsumi, quoniam † alienationes & 49
dominiorum translationes sunt facti; ideoque non præsumuntur, sed probandæ sunt. *l. cum res. C. de probation. Cynus num. 2. & 3. l. incendium. C. Si cert. petat. Decis. Neapolit. 373. fuit determinatum. num. 3. & 4.*

Illud vero magis dici poteſt, quo Senatus nititur, videlicet H. ſemper & inde uſq; ab initio factam eſſe inveſtituram tantum nomine Senatus, qui ſemper poſſedit; & ideo hanc inveſtiendi formam & qualitatem amodò præſcriptam eſſe, nec ipſis invitis qui præſcripſerunt, mutari poſſe. *per d. cap. 1. §. ſi quis per 30. annos. cum ſimilibus.*

Quanquam autem in reverſalibus literis H. promittit, quod ipſe velit hæc bona ſimul tenere &c. tamen hæc non de poſſeſſione ſed conſervatione illorũ bonorũ accipi oportere, perſpicuum eſt, ut illa cõiunctim cõſervare nõ minuere debeat, quod alioqui ineſt communi inveſtituræ & feudi naturæ, ex qua obligatur vaſallus non diminuere nec deteriorare *gloſſ. cap. 1. de alienat. feud. per cap. 1. §. è contrario. de inveſtitur. de re alien. fact. & l. æquiſſimum. de uſufruct.* cum ſit inſtar uſufructuarii *cap. 1. §. ult. verb. uſusfructus. per quos fiat inveſtit.* qui ad hoc tenetur *l. 1. verb. ſalva rei ſubſtantia. d. l. æquiſſimum. & paſſim. de uſufruct. & tot. tit. uſusfruct. quemadmod. caveat. & de uſufruct. earum rer. quæ uſu conſum.* Ideo
50 ſecundum † hanc feudi naturam clauſula illa eſt accipienda *l. ult. C. de non numerat. pecun. l. emptor. §. Lucius. de pact. l. 4. de uſur. l. ſi oleo C. locat. l. ſi uno. ff. eod. tit. Bald. l. 1. num. 4. 5. C. commodat. Romanus conſil. 88. & conſil. 211. Aretin. conſil. 163. in fin. Alexand cons. 57. volu. 3. conſil. 35. in fin. lib. 4. conſil. 128. in princ. lib. 5. Angel. conſil. 284. in fin. Cagnol. l. ſemper in obſcuris. 9. num. 16. de reg. jur.*

Et dato, quod aliam haberent hæc verba interpretationem: tamen in inveſtitura nihil tale eſt, quæ ſola eſt attendenda *cap. 1. in fin. de duob. fratribus à capitan. inveſtit. Molinæus in conſuetud. Paris. tit. 1. de feud. num. 5. Bald. in l. 1. §. ſed et ſi quis. C. de Latin. libert. tollend. & l. quoties. C. de ſuis & legitim.* nec poſſet Senatui nocere illa altera ſui procuratoris ſe obligantis obſtrictio, juxta regulam: Res inter alios actas vel judicatas aliis non nocere &
51 quia prioris inveſtituræ tenor immutari † nequit in præiudicium eius, qui jus ex illa habuit quæſitum *Bald. l. 1. num. 31. C. quando non petent. part. & conſil. 215. proponitur. num 4. vol. 2. & cap. 1. num. 2. de eo, qui ſibi & hered. & cap. Caſtrens. conſil. 142. videtur. num. 3. volum. 2. conſil. 176. videtur n. 3. part. 1. Brunus conſil. feudal. 1. circa. n. 83.* præſertim cum nec Senatum in iis procurator obligavit, ſed ſe tantummodo ipſum, ut ultra verba ſua extendi formulæ ſtrictæ promiſſionis ac obligationis non debeat *l. quicquid. l. quoties. de verb. obligationib. cum ſimilib.*; nec etiam obligare abſq; ſpeciali mandato potuerit extra judicium *l. quicunq. 30. ff. mandat.* & non habens mandatum generale cum libera. *cap. qui ad agendum. de procur. lib. 6.* nec Domini conditionem facere deteriorem *l. ſi procurator. C. de procurat. l. procuratoris. ff. eod.* Habuit enim tantum facultatem accipiendi inveſtituram uſitatam, & ſic mandatum † limitatum, 52
quod limitatum debet producere effectum. *l. diligenter. Mandati. l. in agris. de adquirend. rer. domin.* non etiam ſpecialem obligationem & novam conſtituendi & jus Senatus diminuendi.

Ideo extra fines mandati factum mandante nihil præiudicavit *l. in cauſa. §. 1. l. ignorantis. de procurat. l. cum mandati. C. mandat. l. 3. l. diligenter. mandat.* Præſertim quoad alienationẽ *l. procuratorẽ. C. de procurator.* Inprimis juris civitatis, de quo hic agitur. Quia ſine certa ſolennitate alienari nequit *l. 3. §. planè. quod vi aut clam. l. 2. & tot. tit. de adminiſtr. rer. ad civitat. pertin. l. ult. C. de vend. reb. civitat. lib. 10. Dd. l. præſes. Cod. de tranſact.* vel obligari *Barthol. l. nulli. §. 8. & l. ſicut. num. 2. Quod cujusque univerſit. Jaſon. l. civitas num 5. Si cert. petat.*

Deinde hæ literæ reverſales H. ſunt valde recentes nempe anno 60. datæ; poſſeſſio autem jusque Senatus longiſſimum præſupponitur, & tantum non immemoriale; cuius vetus forma mutari nequit in non conſentientis Reipublicæ præiudicium. *Decius conſil. 193. pro tenui. num. 4. conſil. 185. in cauſa. num. 15. Mynſing. obſervat. 99. centur. 2. Tiraquell. de retract. proximit. §. 32. num. 39. cum ſequent.*

Nec etiam obſtat quod Dominus non teneatur inveſtire, priusquam edat vaſallus, quid ab eo poſſideat. Nam hoc verum eſt, quando id probabiliter ignorat Dominus, ut Dd. præallegatis locis oſtendunt. Hic vero patet ex literis inveſtituræ, quid quantumque teneatur, & quo nomine petatur inveſtitura, ut ulteriori declaratione non habeat opus.

Nec enim certus amplius † certificari 53
debet *gloſſ. verb. certior. & ibi Barth. l. nomen. in princ. C. quæ res pignor. & c. l. 2. de edend. l. denunciaſſe. ad L. Juliam. de adulter. l. qui authoritatem. de procurator. l. libera. C. de ſentent. l. 1. in fin. de transact. l. emptor. C. de action. empt. l. final. de evict.*

Imo de hoc ſatis inter partes cõſtat, nec ulla hic eſt quæſtio ſed tantum de eo quæritur, quod H. non Senatus inveſtitur; cũ tamen hic

ille verè non possideat, in quo jure uterque defenditur per præscriptionem 30. annorum, ex quo semper sic investitura familiæ Il. ministerio, facta præsupponitur; & consequenter etiam ea forma investiendi recusari àmodò non debet *d.c.1.§.si quis per 30. annos.ubi Dd.*

Parum etiam prodest, si Nobiles allegent, se
54 ignorare (nam ignorantia † etiam, quando præsumitur, allegari debet, *Bald.l.quicunque.in princ. C. de serv. fugitiv. Alexand.l.qui bona.§.qui si ignorantes de illo. de damn. in fect. Decius consil.268.non excidit.in fin.Tiraquell. de præscript.§.1 gl.2.mihi fol.5.*) Nec enim præsumentur in tanta vicinitate ignorasse, quis nam esset possessor suarum rerum, quas in feudum concessissent, & unde servitia peterẽt, & quæ palam ac in aperto à dicta Communitate possidebantur *l.si vicinus. C.de napt. l. si ita.§. final.de fund.instruct.cap.quosdam.de præsumptionibus. Jason.l.si res obligata. num. 42. de legat.1.per c.tuam. de ordin.cognition. Maranta post Barthol. l.is potest. num.298. de acquirend. heredit.*

Deinde etiam ex usurpatione tanti tem-
55 poris scientia † præsumitur istorum Dominorum *Salicet. l.authoritate. in fin. C. unde vi. Anton. Gab. Roman. de præscript. conclus. 1. num. 60. Calderinus. consil. 15. num. 1. 2. de præbend. Alexand. consil. 24. in fin. volum. 5. Decius consil. 185. in fin. Lofred. consil. 40. num. 50.* Cravet de antiquitat. temp. *parte 4.§.materia nu. 62.71.& passim.* addens *num. 62.* non posse hic ignorantiam probari per juramentũ ignorantis, propter fortem scientiæ præsumptionem, *per clement.1.de judic. Anchoran.consil.170. Principaliter.in fin.Castrensis.consil.66.dubia.in fin.in 8.dubio.lib.1.Decius consil.657.col.2. ad fin.* Imo sufficit etiam scientia procuratorum vel officialium, quos dicti Nobiles B. vel in vicinia habuerunt, ut hanc statuunt communem Franciscus Balbus *tract.præscript.in 3.quæst.2.partis 5. partis principal. num.19. Lofred.dict.consil.40.num.49.Boer.decis.277.* Cravet. *præallegat.loc.* Anton. Gabriel. Roman. *de præscription.conclus.1.num.61.* etiamsi quosdam ibi contrarium tenentes alleget.

Deinde ut maximè ignorassent dicti Domini hanc sui feudi possessionem aliò translatam, idque probari possit: tamen nihilominus contra eos cucurrisset ista longissima præscriptio *l. ultim. in fin. C. de præscript. long. temp. latè Tiraquell. de retract. proxim. §.35. gloss. 4. per totum*; maximè in feudalibus *c.1.§. porro.qual.olim feud.potuer.alienar.& d.c.1.§.si quis 30. annis. ubi Alvarot. & Dd. cum aliis supra allegatis.*

Et quanquam jure communi detur ei, adversus quem nescientem est præscri-
ptum, restitutio ex capite † ignorantiæ in- 56
tra quadriennium à tempore scientiæ computandum, nedum contra præscriptionem longi temporis *gl.l.si partem.§.si per fundum. & in l.si sic. in verb. una servitus. ubi Castrens. quemadmod. servit amittant. gloss.ult.* ubi Jason & communiter Dd. *l. ult. C. de jur. Emphyteut.* verum etiam adversus præscriptionem longissimi temporis & 30. annorum *gloss. l. sicut. verb. militiæ Cod. de præscript. 30. annor. Panormitan. & Felinus c. vigilanti. de præscript. Imol. cap. final. in fin. eod. tit. Roman. consil. 123. primum. consil. 149. conclusionem. consil. 166. visa.* Alexand. *consil. 7. videretur. consil. 84. in causa. lib. 1. consil. 116. perspectis. lib. 5.* ubi dicit esse communem. *Tiraquell. de retract. proxim. §. 35. gloss. 4. num. 36.* tamen longa est disputatio, an contra quadragenariam detur *Tiraquell. præallegato loc. num. 37. Cravet. de antiq. tempor. §. materia. num. 1. cum multis sequent.* Et quamvis Baldus *in l. falsam. C. si ex fals. allegat. &c.* det hanc restitutionem, etiamsi centum anni effluxerint, quod Tiraquellus & Cravetta præallegatis locis laudant: tamen communiter concluditur, eam restitutionem ex capite ignorantiæ adversus quadragenariam præscriptionem non dari. *gloss. l. ait Prætor. §. permittitur. verb. imputandum de minoribus* Alexander *d. l. 3. §. Labeo. in fin. de acquirend. possess. & consil. 151. in fin. lib. 2.* ubi dicit hanc esse communem *Aretin. l. qui universas. §. ult. num. 3. de acquirend. possess. Decius consil. 29. & consil. 154. & in l. 2. C. qui admitt. ad bonor. possess. &c. Curtius senior consil. 82. num. 8. 9. Barbat. consil. 41. num. 18. volum. 1. Socinus consil. 2. in fin. lib. 3. Rubeus consil. 56. num. 4. Socin. junior consil. 54. num. 9. consil. 76. num. 102. consil. 145. num. 76. volum. 1. Covarruv. in c. possessor. parte 3. §. 3. num. 2. de regul. juris in 6.*

Et quanquam aliqui contrarium tenuerunt in hac quadragenaria, & contra eam ejusmodi restitutionem admittant. *Balbus d. tract. de præscript. 4. parte 4. partis princ. quæstion. 29. Boer. decis. 39. num. 6. Alexand. consil. 169. nu. 15. libr. 2. consil. 71. num. 3. consil. 84. num. 3. lib. 1. Felinus c. vigilanti. num. 4. & 5. Imol. c. ultim. in fin. eod. Socinus. l. cum filiusfamilias §. in hac. in fin. de verbor. oblig. Cravet. præallegato loco.* illud tamen extra controversiam est, quin contra centenariam vel immemorialem ex hoc capite ignorantiæ restitutio non detur. *Barbat. dict. cons. 41. n. 18. lib. 1. Jas. cons. 209. libr. 2. Socinus junior dict. cons. 76. n. 102. cons. 54. n. 6. volum. 1. cõs. 115. n. 45. volum. 2. Boerius. Decis. 39. n. 6. Salicetus in authent. quas actiones. n. 5. & 6. Cod. de sacrosanct. Eccles. Didacus Covarruv. d. c. possessor. parte 3. §. 3. nu. 2. 3. de regul. juris in 6. Anton. Gab. Roman. libr. 5. de præscription. conclus. 1. n. 64.*

Præterea ista restitutio datur tantum intra quadriennium à tempore scientiæ, quod hic jam pridem est elapsum. Itaque non video

video magnum in hac ignorantiæ allegatio-
ne fundamentum : ſiquidem Senatus B.
poſſeſſionem aut præſcriptionem hanc im-
memorialem vel ſaltem quadragenariam
57 probare poſſet, quæ ſanè probanda † eſt
cum omnibus ſuis qualitatibus *cap. 1. de præ-
ſcription. in 6. ubi Philipp. Francus in 1. notab. &
Dd. cap. veniens. cap. auditis. de præſcript.* adeo
ut uno requiſito deficiente tota præſcriptio
deficiat. *Jaſon. l. 1. num. 40. 41. C. de ſerv. fugi-
tiv. Balbus tract. præſcript. 3. parte 3. partis prin-
cipalis quæſt. 3. num. 7. & 8.*

Licet in iſtis longiſſimis temporibus non
58 † tot requiſita ſint neceſſaria ac in brevio-
ribus uſucapionibus. Nec enim præter
poſſeſſionem bona fide continuatam, ſine
qua nulla procedit uſucapio *l. fine. de uſucap.*
multum præterea requiritur, nec ſcientia
patientiaque alterius, contra quem præſcri-
bitur. *Caſtrenſis in l. ſi aquam. num. 2. C. de ſen-
tent.* ut dicit communiter teneri Balbus *in
d. tract. præſcription. 2. parte 4. partis principal.
quæſtion. 2. num. 7. & 8.* Licet Didac. Co-
varruv. contrarium ſtatuat communem *in
cap. poſſeſſor. parte 2. in princ. nu. 8. cum ſequent.*
ex Panormitano *cap. de quarta. num. 29. de
præſcript.*

Quod etſi verum eſſet : tamen in hac ma-
teria feudali illa prior videtur receptior *per
cap. 1. §. porro. Qual. olim. feud. & c. Alexand. con-
ſil. 6. viſo. num. 8. Balbus d. tract. præſcript. 4. parte
4. partis principalis. quæſtion. 12. Molin. in conſue-
tud. Paris. §. 7. num. 8.* maxime in præſcriptio-
ne immemoriali. *gloſſa Angel. l. hoc jure. §. du-
ctus aquæ. de aqua pluv. arcend. Bald. cap. 1. num.
3. quæ ſint regal. Jaſon. l. imperium. num. 20. de ju-
risdict. Alexand. conſil. 16. num. 15. ubi Molinæus
vol. 5. Jacobin. de S. Georg. in tract. feud. verb. cum
mero. num. 20. Curtius junior conſil. 158. num. 12.
Rubeus conſil. 21. in fin. Balbus tract. præſcript. 2.
parte 3. partis princip. quæſt. 6. num. 22.* ut hanc
communem ſtatuit Alexand. *conſil. 6. num. 4.
libr. 1. Tiraquell. de nobilit. cap. 14. num. 4.* Didac.
Covarruv. *cap. poſſeſſor. parte 2. in princ. num. 8.*
etiamſi contra diſputet, ſicut & Cravetta
*de antiquit. parte 4. §. abſolutis. num. 67. de cauſ.
poſſeſſ. & propriet.* dubitet Anton. Gabriel.
Romanus *libr. 5. de præſcript. conclus. 1.*

Sed nec etiam in præſcriptionibus 30. an-
norum (quæ ſola in feudalibus obtinet, ut
59 ante poſuimus) requiritur † titulus ad fi-
nem cognoſcendi formandique juris, ſed tã-
tummodo ad finem inducendæ bonæ fidei.
*Bald. l. ſi quis diuturno. num. 4. ſi ſervit. vendicet.
per c. 1. de præſcription. in 6. Felin. cap. ſi diligenti.
num. 12. de præſcript. Caſtrenſis. l. ſi aquam. num. 1.
& 2. C. de ſervit. Bald. de præſcript. parte 2. quartæ
partis. quæſt. 2. num. 7.* Multoque minus re-
quiritur in longioribus præſcriptionibus, *l.
cum notiſſimi. l. ſi quis. C. de præſcript. 30. ann. An-
ton. Gabriel. Roman. lib. 5. de præſcript. conclus. 1. n.
44. cum ſequent.*

Quin & ſemper poſt 30. annos præſumi-
tur † bona fides *Barth. num 17.* & commu- 60
niter Dd. *l. ult. C. unde vi Jaſon. §. ſed iſtæ. num.
100. Inſtitut. de action. Cravett. de antiq. tempor.
parte 4. §. materia. num. 16. 17. Decius conſil. 257.
non excedit. num. 4. 5. Alexand. conſil. 6. num. 2. lib.
1. conſil. 151. num. 7. lib. 2. Curtius junior conſil. 52. n.
11. Decis Neapolitan. 40. num. 2. Balbus l. Celſus. 3.
parte. num. 11. de uſucapion.* Dato etiam, quod
conſtet de antiquiore poſſeſſore. *Panormi-
tan. cap. ſi diligenti. num. 16. de præſcript. Salicetus
& Dd. l. ult. C. unde vi. Balbus d. l. Celſus. in 3. parte.
num. 10. & Syſell. ibi num. 31. de uſucap. Decius con-
ſil. 558. in cauſa. num. 11. 12. 13.* ut hic alia eius pro-
batione non ſit opus. *Latè Anton. Gabr. Ro-
man. tr. de præſcript. lib. 5. conclus. 1. num. 56. Balbus
d. l. Celſus. parte 3. num. 11. Innocent. c. 2. num. 8. de
in integ. reſtitut.* ſed ſola ſufficiat bonæ fidei
allegatio, *Angel. §. ſed iſtæ. n. 10. & ibi Schneide-
win. num. 49. Inſtit. de action.*

Quia præſumptio juris † non prodeſt, 61
niſi allegetur *Barthol. Jaſon & latè Purpurat.
num. 139. uſq. ad 152. l. 3. ſi cert. petat. l. 4. C. unde
legit. Hyppolit. rubr. C. de probat. num. 202. Alciat.
tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. num. 2.* tam-
etſi in immemoriali præſcriptione titulum
quidem non modo non probari, ſed ne qui-
dem allegari neceſſe ſit, *Franc. Balbus d. tract.
de præſcription. in 6. quæſt. 2. partis tertiæ partis
principal. num. 28. Socin. regul. 373. fallent. 1. Afflic.
Decis. 239. in fin. Decis. 324. num. 6. Chaſſan. con-
ſil. 34. num. 4. Cardinal. conſil. 118. num. 14. Ber-
trand. conſil. 40. num. 38. Gozadin. conſil. 8. num.
37.* & hanc communem faciunt & veram
Cravetta *de antiquitat. tempor. parte 4. abſolu-
tis. num. 48.* Anton Gabriel. Romanus *libr. 5.
de præſcript. conclus. 1. num. 47. 48. 49.*

Quanquam fateor, mala † fide proba- 62
ta ad nihilum recaſuram omnem præſcrip-
tionem, etiam jurium *Decius d. conſil. 257. non
excedit. num. 5. Franciſc. Balbus tract. de præſcri-
ption. parte 2. tertiæ partis principalis. quæſt. 13.*
ut hanc ſtatuit Didacus Covarruv. *d. c. poſſeſ-
ſor. parte 2. §. 8. num. 3. 4. cum ſequent.* etiam in
materia & præſcriptione feudali *Matth. de
Afflict. c. 1. § ſi quis per 30. annos. in 1. notab. num. 1.
& 3. ſi de feud. defuncti. Balb. de præſcript. parte
4. partis 4. principalis. quæſt. 12. num. 3. & 12.* Mo-
linæus *in conſuetud. Paris. rubric. 1. de feud. §. 7. n.
8.* reprobata contraria opinione Bald. *d. c. 1.
§. ſi quis per 30. annos.* ubi eandem refutat, &
ſuperiori accedit Laudenſis *n. 3.*

Imò

Imo etiam in præscriptione immemoriali, secundum communem *gloss. verb. nisi & Franc. n. 14. c. 1. de præscript. in 6. Angel. §. furtivæ num. 1. Instit. de usucapion. Calc. in consil. 6. in fin. & consil. 51. num. 3. Decis. Neapolitan. 368. in causa. num. 20. Francisc. Balb. de præscript. 2. parte tertiæ partis principal. quæst. 6. num. 20. Cravet. de antiquitat. tempor. parte 4. §. materia. num. 19. Parisius consil. 26. num. 25. consil. 101. num. 113. lib. 1. consil. 66. num. 128. libr. 3. Covarruv. c. possessor. parte 2. §. octavo. num. 3.* Anton. Gabr. Roman. *de præscription. libr 5. conclus. 1. num. 57. ubi* ampliat *num. 58.* si fortior præsumptio malæ fidei appareret, quam bonæ, per Felin. *c. vigilanti. in fin. de præscription. Boer. decis. 211. num. 18.* Quæ & ipsa præscriptio immemorialis enervaretur, si per instrumentum vel alio modo probari memoria in contrarium posset. *Philipp. Franc. num. 15. cap. 1. de lit. contestat. in 6. Balb. in d. tract. præscript. parte 2. 3tiæ partis princip. quæstion. 6. n. 26. Cravet. de antiq. temp. parte 4. §. materia. num. 40.*

Ex quibus liquet totam hanc disceptationem de præscriptione, facti magis quam juris, & à probatione utriusque partis, potius quàm à subtili aliqua disputationis argumentatione pendere.

Illud tamen in summa tenendum est in-
63 terea, dum vertitur illa præscriptionis † controversia, quæ est petitorii, suam cuiq; possessionem esse salvam relinquendam. *§ commodum. Instit. de interdict. l. ultim. C. de rei vendicat. clem. 1. de sequestrat. c. 3. c. 4. & passim de causa. possess. & propriet. clem. 1. de sequest.* nec cuiquam auferri posse vel etiam turbari ante causæ cognitionem & sententiam, vel in petitorio vel saltem in possessorio latam *c. conquerente. ubi Panormitanus & Dd. de restitut. spoliat. l. 1. Cod. si per vim. l. meminerint. C. unde vi. l. si quis ad se fundum. C. ad L. Jul. de vi. Panormitan. c. consultandum. in fin. de offic. delegat. Alexand. ad Barthol. l. 1. num. 10. C. quor. bonor. Bald. l. 2. num. 33. C. si contra jus vel utilit. public. Bart. in extravagant. ad reprimendum. verb. summarie. Schurf. consil. 9. num. 2. 3. 4. centur. 1.* ne quidem rescripto Principis *d. l. meminerint. l. authoritatis. C. unde vi.* saltem extraiudicialiter sine citatione ac cognitione Menochius *remed. recuperand. 8. num. 65.* dicens, hanc esse communem; nedum à Judice *d. c. conquerente. Jason. num. 3. cum seq. l. justè. de acquirend. possess. Azo. num. 3. Curtius num. 4. Bald. num. 2. & Dd. l. unic. C. de prohibit. sequestrat. Menoch. d. remed. recuperand. & in princ. cum infinitis ibi allegatis.* ne quidem per sequestrationem *d. l. unic. C. de prohib. sequestrat. ubi Dd. & l. si fideiussor. §. fin. Qui satisd. cogant. ubi Alexand. Alberic. Socin. num. 3. Fulgos. latè clement. 1. de seq. possess. c. 1. 2. ex. eod. ubi Panormitan. Anchoran. consil. 248. ad prædicta num. 4. Schurff. cons. 6. num. 8. cons. 15. in princ. centur. 3.* nec etiam in feudalibus *cap. 1. si de investitur. feud. & c. versic. defensio datur propter possessionem. c. 1. si de investitur. inter Domin. & agnat. lis oriat. c. 1. de consuetud. recti feud. c. 1. in princ. Si de feud. contr. & c.* aut judiciis possessoriis *l. 1. C. si per vim. d. l. meminerint. c. 2. ubi Panormitan. nu. 11. de dol. & contumatia. Barthol. Rubeus & alii l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 11. Panormitan. in c. 1. nu. 16. de sequest. possess. & fruct. & ibid. Bald. num. 4. Zabarell. Anchoran. & alii in clem. 1. eod. tit.* quorum † causa licet secundum quid dica- 64
tur summaria *Barthol. l. 1. nu. 10. C. quor. bon. Jason. l. properandum. in princ. num. 10. C. de judic.* tamen summariè, cum nemini sua possessio sit auferenda *Bald. l. 2. num. 33. C. si contra jus vel util. public.* ne hic quidem sine plena cognitione auferri cuiquam potest. *Barthol. d. c. ad reprimendum. verb. summariè. d. l. 1. C. si per vim. d. c. conquerente. de restitut. spoliat. Schurff cons. 9. n. 2. 3. centur. 1. cons. 6. & cons. 15. centur. 3.*

Cum autem Senatus alleget, dictum feudum hactenus à multo tempore quietè à se possessum, & semper H. investituram eius à Nobilibus petiisse suo nomine ac obtinuisse, non debere recusare Nobiles; siquidem ex adverso non inficientur hanc possessionem, quo minus eandem investituram etiãnum faciant; salvo tamen suo jure, possessionem ita Senatui imperturbatam relinquãt. Quia stylus solitæ & consuetæ investituræ variari non debet. *Zasius in epitom. feudal. parte 6. num. 22. & parte 5. num. 60. per Bald. l. 1. in fin. C. quand. non petent. partes.* Faciunt, quæ tradit Everard. loc. ab usitato, seu solitis, *per totum.* Nec contra sibi ipsis jus dicere dicti Nobiles possunt *l. nullus. Cod. de Judæis. l. unic. C. ut nemin. liceat. & c.* Imo jus suum amissuri sunt, si id faciant per vim *l. meminerint. l. si quis in tantam. C. unde vi. l. extat. §. Quod met. caus. Dd. l. 2. C. de pignoribus.*

At vero, si dicti Nobiles negent, dictum, Senatum fuisse in possessione tali unquam, præsertim ob defectum suæ scientiæ & patientiæ *l. 2. Bald. Castrensis & Dd. C. de servit. & aq. Ripa c. cum Ecclesia. num. 64. de caus. possess. Joan. Lupus c. 1. c. per vestras. num. 33. de donat. inter vir. & uxor. Alexand. cons. 16. in causa. num. 13. 14. libr. 5.* sine qua in juribus † incorporalibus pos- 65
sessio non rectè constituitur *l. quoties. 1. §. ult. l. quoties. 2. de servitut. Innocent. c. bona. 2. num. 3. 4. de postul. Prælator. Barthol. l. 1. §. deniq. num. 4. de aq. pluv. arcend. Jason. l. 3. §. ex contrario num. 12. de acquir. possess. Panormitan. num. 21. 22. 29. 30. Felin. num. 4. c. de quarta. de præscription.* Francisc. Balb. *tract. de præscript. parte 2. 4tæ partis principal. quæstion. 1. num. 10. & 15.* addens, in his non posse aliam dari possessionem. Covarruvias *c. possessor. parte 2. in princ. num. 8. cum seq.* de

de regul. juris. in 6. ubi addit, hanc proculdubio communem esse Canonistarum & Legistarum sententiam; equidem existimaverim, hac ex causa feudi investituram non posse negari, ne hoc actu possessio negata parti adversæ confirmetur, neve Dominus, contra quàm intendit se debere, ad evictionem vel interesse vel ad possessionis confirmationem Senatui obligetur, quemadmodum superius declaratum est.

Etsi autem illud disputationem habiturum est, an possessio non sit constituta in his feudalibus agris sine Dominorum scientia & patientia: maximè quoad præscriptionem 30. annorum vel longiorem, ut supra diximus, *cap. 1. § porro. Qual. olim. feud. potuer. alienar.* Præsertim in hoc feudo non universali, multorum castrorum, jurium, jurisdictionum, territorii &c. quæ sunt jus universale *Panormitan. c. cum secutura. num. 1. de jur. patron. Bald. consil. 326. Rex Romanorum. num. 8. volum. 1. Mantua. l. pupillus. §. territorium. de verb. significat. per illum textum Baldus & Feudistæ cap. 1. de Capit. qui cur. vendid. Everard. in loco, de tanquam seu respectivis. Henningus Goden consil. 7. de pretio rei feudal. incip. casus num. 30.* & proinde etiam incorporale *Alvar. post Bald. num. 7. cap. 1. § præterea ducatus. de prohibit. feud. alienat. per Fred. Zasius epitom. feudal. parte 9. num. 41. 42.* sed in particulari feudo certorum feudorum, qui à dictis Nobilibus, ut bona rustica recognoscuntur, quæ pro fundo seu prædio rustico, & sic pro re singulari & immobili seu soli sunt habenda. *Panormitanus in d. cap. cum secundum. in princ. de jure patron.* & præterea scientia hic & patientia, ex longo tempore & vicinitate præsumuntur, ut ante ostendi: tamen cum hæc omnia sint disceptationis & cognitionis, de quibus nihil statui ante sententiam potest

66 aut debet, cum dubius † sit litis eventus *l. quod debetur. de pecul. gloss. ult. l. Lucius. 78. §. ultim. ad SC. Trebellian. Bald. l. 1. de dol. mal. in princ.* ideo si maneant Nobiles in sua negativa, & inficientur, se ullam investituram debere talem vel Senatui vel H. nomine Senatus, qui se nescientibus hanc sui feudi possessionem occuparit, proculdubio non cogentur investiendo actum sibi præiudicialem facere; donec de causa saltem possessorii cognoscatur.

Et quamvis postea comperiatur, Senatum possidere, ac ita indebitè impedimentum & creatum & jus possessionis interturbatū esse: non tamen inde quicquam dicti Nobiles amittent. Nam quod licitur, cum, qui sibi jus dicit, jure suo cadere; accipiendum est de violentia expulsiva *d. l. si quis in tantam.* ablativa vel compulsiva per vim vel alio modo, non etiā de inquietativa vel turbativa, de qua hic agimus *& gl. in l. 1. C. de iis quæ vi met. causa Barth. l. extat. & ibi Dd. Quod met. caus. Angel. & Imol. l. cum filius. §. 1. de verbor. obligat. per ea, quæ tradit Salicet. l. si quis ad se fundum. C. ad L. Jul. de vi. Menoch. remed. 9. recuperand. num. 105. 106.* quæ pro maleficio in pœnalibus, hoc est auferendo cuiquam suo jure non habetur. *Barthol. l. injuriarum. §. ult. de injur.* Maximè, quando non fit dolo vel lata culpa. *Bald. l. ult. num. 9. C. fin. regund. Cyn. l. 1. C. de acquirend. possess.* Sed nec pœnam meretur, aut damnum facit vel vim infert, qui se

jure defendit † & agere putat. *l. factum. de regul. juris.* ac paratus est jure experiri *l. 3. §. sed etsi à Principe. §. si quis paratus. Quod vi aut clam. l. Prætor. §. si quis. de oper. nov. nunciat.* & causam ignorat, quare negare non debeat. *l. nemo. 194. ubi Cagnol. num. 2. Decius l. nullus. 56. l. qui in jus. 138. de regul. juris.* 67

Deinde vis omnis consistit in atroci tali facto *l. 2. §. interdictum. unde vi* quo concludi nequit simplex denegatio verbo facta *Faber. in §. retinendæ. num. 11. Instit. de interdict.* quæ potius in iniuriā quàm vim incidit *l. iniuriarum. §. ultim. de iniur. l. qui pendentem. §. final. de action. empt. c. querelam. de electione.*

Deficit igitur hic præsuppositum d. l. extat & d. l. si quis in tantam. nempe violenta spoliatio; & consequenter † cessat etiam illius juris dispositio. *Menoch. prællegato loco. num. 161 per gl. l. mancipia. C. de serv. fugitiv. Decius consil. 101. num. 1. consil. 466. num. 8. consil. 591. num. 3. 4. Ruinus. consil. 60. num. 9. lib. 1. cum similibus.* 68

Sed nec iniuriarum tenetur, qui suo iure utitur, seque iure defendere paratus est *d. l. nemo. d. l. nullus. ubi Decius Cagnol. de regul. jur.* maximè, quando fit ex probabili credulitate & opinione *Bossius de plur. violent. num. 37. Ripa cap. sæpe. num. 95. de restitut. spoliator. Cardinal. cons. 79. thema. Menoch. remed. recuperand. 8. n. 130. 131. cum sequent.*

Atqui hoc nostro casu calumniosa videri non potest aut debet ista dictorum Nobilium inficiatio seu tergiversatio, cum multis speciosis rationibus defendantur ut supra vidimus: donec pars adversa contrarium probet.

Primum ex generali omnium inficiantium & negantium † privilegio, à quorum parte stat juris præsumptio, donec, 69

qui

qui sibi quid deberi intendit, illud probet *l. 2. de probation. l. actor. C. eod.*

Deinde, quia Nobiles isti sunt in confessio Domini huius feudi directi, sicut etiam investituræ demonstrant, & ipsa petitio investituræ, quam pars adversa petit & urget, atque ita confessa recognitio partis *l. 2. C. de præscription. 30. annor.* qua nulla fortior & melior de mundo probatio existimatur *l. cum te C. de transact. l. generaliter. Cod. de non numer. pecun.* uti dicit Joann. de Amicis. *consil. 8. num. . 65. & consil. 33. num. 2. Barthol. & Dd. l. 1. de quæstion.* etiam in feudalibus probatio a lege probata *Bald. cap. 1. in princ. num. 3. de consuetud. rect. feud.* habens executionem paratam sine judicii tela *l. si debitori. ubi hoc notat. Jacobin. de S. Georg. de judic. Cornæus consil. 259. num. 8. volu. 2.* ex quo habent intentionem suam fundatam hic Nobiles *l. nemo. 194. ubi Decius citat. de regul. jur. l. flumen. §. ult. de damn. infect. l. 1. §. denig. . l. si in meo. de oper. nov. nunciat. l. cum eo. de servit. urb. prædior.* maxime, quod non debe-
70 ant alteri † investituram, tanquam servitutem feudalem, donec probetur. *Jason. l. si prius num. 40. de oper. nov. nunciat. cap. 1. §. 1. ubi Bald. & Dd. si de feud. defunct. & c. unic. de allod. Alciat tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3.* donec Senatus adversarius probet, utile inde sibi dominium præscriptum vel debitum vel possessum, quorum nihil præsumitur, nec præscriptio *cap. 1. ubi Geminian. Franc. & Dd. de præscript. in 6.* nec debitio *l. cum de indebito de probat.* nec possessio *l. cum res. C. de probation.*

Nec etiam investituram aut utile feudi dominium, cuiquam deberi, nisi hanc veluti alienæ rei servitutem *d. l. si uxorem. in fin. C. de conditio. institu. Jason. d. l. si prius. num. 40. de oper. nov. nunc. Afflict. c. 1. in fin. num. 68. Ex quib. caus. feud. amitt. Decision. Neapolit 277. post gloss. l. si cuius §. usus fructus. verb. oportet. de usufruct.* & usumfructum *cap. 1. §. ult. verb. usus fructus. per quos fiat investit.* sibi deberi demonstret *Bald. l. libertas. num. 1. de stat. homin. Felin. c. quæ Ecclesiarum. num. 69. de constitution. Afflict. cap. 1. num. 67. Ex quibus caus. feud. amittat. . l. altius. ubi gl. verb. prohibetur. l. si in ædibus. cum l. sequent de servit. & aq. Bald. l. judiciis. n. 4. C. de rei vendicat.*

Præsertim, cum etiam alienum sit a forma communi juris, alium inuestiri & investitura nominari; alium vero possidere & tenere, qui nullam fidelitatem debeat contra feudi naturam, ut supra declaravimus.

Quamvis enim per procuratorem aut nuncium quis investiri potest, ut supra possumus: non tamen nuncius investitur vel procurator, sed ipse mandans, cuius res geritur. At hic planè diversum contingeret H. investitis, & Senatu cuius nulla fieret in investitura mentio, possidente & fruente, nullamque debente fidelitatem, qua dictis Nobilibus Dominis sint ad servitia devincti; & sic aliud ageretur aliud simularetur.

Ad tales autem simulationes & contractus duplices & inusitatos nemo tenetur, nisi probetur ad hoc obligatus esse. Quia ut ad † consueta intelligitur quis se obligari 71 *l. quod si nolit. §. quia assidua. de edilit. edict. l. semper in dubiis. ubi glossa, Bartholus, Cagnolus & Dd. de regul. jur. Jason. l. Gallus. §. idem credendum. num. 12. de lib. & posthum.* sic ad inconsueta non item; cum unius inclusio sit alterius exclusio *Barthol. l. 2. §. videndum ad SC. Trebell.* & quia † specialia, & quæ sunt 72 contra communem investituræ causam, præsumi non debent *l. ab ea part. de probation. Everard. loc. ab usitatis, seu solitis cum sequent.*

Sed nec Dominus feudi cogendus est alium investire, quàm qui sit possessor sui feudi, & donec probet, quid ab eo in feudum teneat, ut supra vidimus. Eoque in vitio dictis Nobilibus verti non debet, si ad istiusmodi negent se teneri, donec à Senatu idoneè probetur, quod ad hoc sint obligati; præsertim cum habeant dicti Nobiles pro se aliquas investituras, ex quibus ne minima quidem suspicio duci potest, hanc investituram dicti Senatus bono sed solis H. ut possessoribus, factam esse, à qua ut recedant, cogi non possunt aut debent, cum antiquus investituræ status non sit mutandus, ut supra probatum est.

Quamvis autem mutationem literarum investituræ Senatus non quærat: tamen subest revera hic mutatio rei, si Senatus immunis ita in possessione huius feudi remaneat, & alterius nomine ac ministerio, qui solus fidelitatem debeat & titulotenus investiatur quia investituræ ita servituræ sint tam Dominis feudi quam H. de vento, & pro his cogantur dicti Nobiles pati possessores sui-feudi non investitos longè potentiores & nunquam facile interituros, hoc est valentem Rempublicam pro illis privatis hominibus investitis, qui facile ad officium cogi possent, & quorum defectus Domino feudum aperiret: prout supra demonstratum est.

Ideo talem mutationem realem non magis

magis Dominus pati tenetur, quàm verbalem literarum in investitura abusiva, quæ illius quasi signum & confirmaio est, ut alio jure censeri non debeat. Si enim id isthic non licet: multo magis illic, arguendo à minore ad maius.

73 Et talis certè mutatio † non præsumitur justè facta, ne facta quidem donec probetur *l.3.l.eum.22.de probat.l.sancimus.27.Cod.de testament.l.præcipimus.in fin. C.de appellation.l.2.C.d. testament.tutel.§.tribus. in authent. quibus mod. natural.effic.sui.* Quia est quiddam accidens, quod genus non præsumitur, ut hanc rationem tradit Alciatus *tract. de præsumpt. reg. 2. in princ.* præsertim cum hic appareat ex instrumento de alio possessore antiquiore, nempe sæpe dictis H. investitis, qui adhuc præsumuntur possidere. *Alciat. regul. 2. præsump.21.præsumpt.* Et qui non intelliguntur alieno, sed suo proprio nomine investiri esse & possedisse, donec contra probetur. *Parisius consil.75.num.7.volum.4. Alexand.consil.51. viso processu in fin. volum. 1.Decius consil. 56.in causa.num. 3.* Balbus *l. Celsus.parte 4.quæstion.1. num.4.de usucap.* per doctrinam Baldi *l.2.num. 4.C.de probation.& l.quædam.de rei vendicat.l.2. C. de acquir. possess. Barthol. num. 4. & Dd.l.quidam.de condit.institut.* & multum hac in parte

74 creditur † investituris & instrumentis antiquis. *c.cum causam.ubi Dd.de probat.* & in terminis de instrumento investituræ antiquo, quod ei stetur, donec contra probetur Lanfrancus. *cap.quoniam.verb.testium.num.96. de testibus Matth. de Afflict. in proœm. feud. num. 73.Bald.in cap.1.§.instrumentum.de not. feud.pro quo l. cum precib. C. de fid. instrument.Bald.l. Imperator.de stat.homin.* etiam contra tertium. *Cravet. de antiquit.temp.parte 3.num.31.* Itaq; habet intentionem fundatam, qui pro se habet investituram *cap.1.ubi Isern.num.2. de investitur.de re alien.fact. Baldus in rubric.C.de contrahend emption.num.20.*

Ex quibus concludendum puto, si negent dicti Nobiles, se ullā investituram H. dicti Senatus ut possessoris nomine, debere, nec taliter unquam se aut suos maiores investituram fecisse vel facere voluisse: rectè illos abnuere investiturā hanc suspectam & præiudicialem sibi ac fraudulentam & inusitatam, qua alius investitur nominetenus, alius & quidem longè potentior & nuncquam intermoritura civitas revera possidet & tenet, nec ullam fidelitatem debet, quod est in omnibus investituris inauditum ac insolidum; donec probetur, quod talem investituram dicti Nobiles debeant, & dictus Senatus legitimo titulo acquisiverit vel præscripserit, quæ ipsius probationi incumbunt ut supra demonstravimus *l.2.l.ab ea parte.de probation. l. cum res. l. actor. C.eod.tit.c.1.de præscription.in 6.*

QUÆSTIO. II.

Zum Andern wird gefraget / dieweil der Rath zu B. biß dahero und noch nicht mit gebürlichen documentum dargethan / und beygebracht / wie die H. zu bemeltes Raths unnd Stadt behuff an die Lehen gesant/ Ob der Rath nicht von den Gütern abgewiesen und die Frucht unnd Gefelle viel Jahr dahero von der Junckern Lehen eingenommen / zu restituiren schüldig/ oder ob sich der Rath dagegen mit rechtmessiger vorjährung zu behelffen haben müge/ sintemal er von den Junckern vor jhren Lehman nit erkennet auch kein Lehenpflicht von jhnen genommen/ und gleichwol unterm Schein der H. diesen Junckern als Lehenherrn unwissent jhrer Güter gebraucht

Darauff ist zu antworten/ das diß eine quæstio facti mehr dann juris sey. Dann so der Rath keine bestendige rechtmessige vorjährung kan darthun/ wie er zu thun schüldig/ Als ist er auff den Fall unnd sonsten nicht / diese Güter den Junckern / jedoch ohne erstattung der Früchte allein durch rechtlich erkentnüß abzutretten pflichtig.

Quod secundo quæritur, an Senatus B. ex quo non ostendit, quo jure & modo ad suam utilitatem dicti H. investituram acceperint, restituere tale feudum cum omnibus fructibus debeat, nec se tueri contra ? ulla præscriptione possit ? In eo extra dubium pono, non posse de facto Senatui possessionem tot annorum auferri; quia nemini sine plena causæ cognitione & ante litem dijudicatam sua possessio auferenda est, *Bald.num.3.Curt.& Dd.l.unic. C. de probib. sequest.clem.1.eodem.* ne quidem † va- 75
sallo *Jason. num.12. cum seq.l.2.C.de jur.Emphyteut.cum aliis supra ad id adductis.* adeò, ut ne Dominus quidem rem sibi apertam vel cōmissam propria authoritate expulso possessore occupare possit, sed causa cognita & probatione idoneè facta per declaratoriam sententiam id obtinere debeat *Bald. cap. 1. §. vel si cum filia. num. 2. 3. Quibus mod. feud. &c. Jason. l. si quis iniquum. §. quod autem. num. 5. ff. quod quisq. jur. & l. 2. num.12. cum multis seq. Cod. de jur. Emphyteut.* præsertim *Philippus Franc. cap. felicis. de pœn. in 6. Castrens. consil.*

 160. ad

160. ad primum. in fin. lib. 1. Curtius junior parte 4. feud. num. 155. Schurff. consil. 10. quod præmissa. n. 24. centur. 3.

Quemadmodum in simili successor vel heres licet vacantia hereditatis bona possit occupare secundum communem Baldi n. 3. Bartholi Cyn. Fabri Decii & l. ult. Cod. de edict. Divi Hadrian. tollend. Barthol. Rubeus in l. 2. Cod. quand. & quibus quarta pars. libr. 10. & l. ex facto. ubi etiam Bald. de hered. instituend. Innocent. cap. in officiis. ubi etiam Imol. Anchoran. in 2. quæst. de testament. Imol. in cap. Raynutius. num. 32. eod. tit. Socin. consil. 72. quæritur. lib. 2. l. cum heredes. in princ. de acquirend. possess. non tamen id ei li-
76 ceat, cum alter † est in possessione, qui non est expellendus, sed civili actione aut interdicto ad hoc adigendus est l. cum heredes. ubi Dd. de acquir. possess. l. 3. §. 1. de bonor. possess. toto tit. ff. & C. quor. bonor. Ferrar. in form. libell. quo petit. hered. ex testam. verb. iniusta. num. 1. & 4. Bald. consil. 452. quia. lib. 4. Tiraquell. in tract. de morte parte 1. declarat. 7. in princ.

Præmitto & illud, malæ quidem fidei pos-
77 sessorem † non solum ad rei restitutionem teneri, verum & ad causam fructusque omnes restituendos l. 3. C. de condict. ex lege. l. certum. l. 5. l. si fundum. C. de rei vendic. tam perceptos. §. 1. Instit. de offic. judicis. d. l. si fundum. C. de rei vendicat. §. si quis à non domino. Instit. de rer. divis. quàm qui percipi potuerunt l. si navis. §. ult. de rei vendicat. Math. Wesil. singul. 119. non solum à tempore litis contestatæ, post quod tempus omnes possessores æqualiter tenentur d. l. certum. C. de rei vendicat. §. 1. Instit. de offic. judic. quia omnes in mala fide constituuntur l. sed etsi. §. 5. de petit. hered. Verum ex quo possedit l. si contra. C. si quis ignor. rem minor. & c. Didac. Covarr. var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 6. 7. Mudæus præceptor meus in l. 3. per illum textum ubi etiam Bald. Salicetus & Dd. notant. C. de condict. ex leg. Panormitanus num. 7. & Canonist. c. gravis. de restitut. spoliat.

Nam quod dicitur, possessorem teneri ad fructus tantum post litem contestatam: sic accipiendum est, quoniam præsumitur in dubio bonæ fidei fuisse; secus quando de mala fide constat. Quia tunc ab initio tenetur. Panormitan. d. c. gravis. num. 7. per gloss. c. de multa. de præbend. & c. super. de caus. possess. & proprietat. Archidiacon. in cap. redintegranda. 3. quæst. 1.

78 Alia porrò est causa † bonæ fidei possessoris, qui à lite demum contestata fructus omnes restituere debet l. certum. C. de rei vendic. l. 1. & 2. C. de petit. hereditat. §. 1. Inst. de offic. Judic. antè consumptos non item d. l. certum. in fin. C. de rei vendicat. §. si quis à non domino. Instit. de rer. divis. sed tantum extantes debet d. l. certum. verb. extantes. Nisi tamen sint usucapti per triennium ex nudo titulo, pro suo, l. sequitur. §. fructus. de usucap. ubi Barthol. & l. 2. C. quod met. caus. Alexand. Jason. & recentiores l. si me & Titium. Si cert. petat. Francisc. Balb. in tract. præscript. 4. parte quartæ partis princip. q. 31. Curtius Senior. consil. 71. Ruin. consil. 204. in fine lib. 1. ut hanc communem facit & multis confirmat Didacus Covarruvias variar. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 7. in conclus.

Ex quo sequitur, triennali tantum conditione possessorem hunc ad fructuum restitutionem teneri. Barthol. & Dd. d. l. & sequitur. §. fructus. Mudæus præceptor l. 3. verb. malæ fidei. C. de condiction. ex lege.

Utrum autem † consumptos lucretur 79
potius, an restituere nihilominus ex æquo & bono debeat, magnæ quæstionis est? in quo distinguunt quidam, quod naturales fructus debeat restituere, quatenus factus est locupletior, non alias. gloss. Barthol. & Dd. l. & ex diverso. §. 1. de rei vendicat. Iason. in fin. §. omnium. Instit. de action. Angel. d. §. si quis à non domino. Inst. de rer. divis. Abbas. c. gravis. de restitut. spoliat. ubi num. 6. dicit hanc esse communiorem, sicut & Didacus Covarruvias eandem confirmans variar. resolut. lib. 1. cap. 3. n. 6.

Industriales vero in istis particularibus judiciis nequaquam; dato etiam, quod factus sit locupletior l. sed & loci. ff. finium. regund. §. item si quis à non domino. Instit. de rer. divis. l. quæsitum. §. ult. de acquir. rer. domin. gloss. l. & ex diverso. de rei vendicat. per l. qui scit. §. an alieno. de usur. C. in l. non est. C. famil. herciscund. Bald. l. 3. C. de usur. & fruct. rei legat. Angel. & Imol. l. sequitur. §. 1. de usucap. Imol. c. gravis. ubi Panormitanus num. 6. dicit hanc communem de restitut. spoliat. Alexand. l. vi vel metu. num. 5. C. quod met. caus. Curtius Senior consil. 71. Curtius junior consil. 28. Ruinus consil. 91. num. 3. libr. 5. Molinæus in consuetud. Paris. tit. 1. §. 22. num. 49. Sed alii hanc ultimam partem reprobant, existimantes etiam ad horum restitutionem teneri bonæ fidei possessorem, quatenus factus sit locupletior non solum in universalibus quod extra controversiam est l. item veniunt. §. fructus. §. eos. de petit. hereditat. l. 1. C. eod. Bald. l. 2. C. de fructibus. & lit. expens. Copus lib. 2. de fruct. tit. 2. cap. 3. Covarruv. præallegato loco. num. 6. versic. in judiciis autem universalibus &c. Verum etiam in singula-

gularibus ex naturalis rationis æquitate *d. l. si me & Titium. Si cert. petat. Barthol. Angel. in d. l. & ex diverso. §. 1. de rei vendicat. Barthol. l. si fur. §. 1. de usucap. Anton. de Butr. Panormitan. num. 6. d. c. gravis. de restitut. spoliat. Castrens. l. si fundum. Cod. de rei vendicat. Alexand. consil. 21. vol. 4. & in l. insulam. §. fructus solut. matrimon. & l. vi vel metu. Cod. quod met. caus. Innocent. cap. in literis. de restitut. spoliat.* Alexander. Decius Alciat. *l. si me & Titium. Si cert. petat.* ubi dicunt hanc esse communem post *Alexandrum in d. §. fructus. &* Didac. Covarruv. *præallegato loco num. 6 versic. scribunt hanc esse communem* & idem fatetur Alexand. *in d. §. fructus.* Quibus ipse libenter consentiam ea ratione, quod videam, omnia jura dicentia bonæ fidei possessorem non teneri ad restitutionem fructuum, quos consumpserit ante litem, debere intelligi, nisi in quantum factus sit locupletior. &c. Hæc ille.

Utrum autem hic Senatus bonæ an malæ fidei fuerit, quæstio potius facti, quam juris est. Equidem quod ad directum dominium attinet, malæ omnino fidei fuit; quia saltem per I. I. semper istud feudum recognovit *l. 2. C. de præscript. 30. annor.* Cæterum de ille hic non quæritur; verum de utili dominio, quod penes vasallum est.

Qua parte habet Senatus pro se generalē juris præsumptionem, qua unusquisque
80 præsumitur † bona fide possidere, donec probetur mala. *gloss. cap. si diligenti. cap sanctorum. cap. ult. de præscription. l. penult. C. de evictiion. Barthol. & alij, præsertim Francisc. Balb. latè parte 3. num. 2. 3. 4. in l. Celsus. de usucap. Jason. §. sed istæ num. 99. Inst. de action. Covarruvias. c. possessor. parte 2. §. 8. num. 2. de regul. jur. in 6.* etiamsi caussetur ex causis iniustis *Jason. l. si quod num. 35. de jurisdict. omn. judic. Bald. post glossam l. 1. num. 2. C. ubi caus. stat. & c. Felin. cap. cum contingat. num. 2. de rescript. Alciat. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 5. num. 4.* & quamvis sine titulo quoque possideatur *Barthol. d. l. Celsus. num. 17. & Dd. cap. si diligenti. de præscript.* Alciatus *de præsumpt. 5. num. 2.* ubi dicit esse communem, sicut & Didacus Covarruv. *præallegat. loco.* etiam in feudis. *Matth. de Afflict. cap. 1. §. si quis per 30. annos. in 1. notab. nu. 3. si de feud. defunct.* Et accedit longissimi fortè temporis possessio: unde bonam fidem præsumi multo magis supra ostendimus ex Bartholo *num. 17.* & Dd. *l. ult. C. unde vi. Jason. §. sed istæ. n. 100. Instit. de action. Balb. d. l. Celsus parte 3. n. 11. de usucap.*

Sed illa tamen fateor, elidi potest per præsumptionem magis specialem & fortiorem *Cravet. de antiq. tempor. parte 4. §. materia num. 21. Barthol. l. ult. num. 16. C. unde vi. Felin. cap. vigilanti. in fin. de præscription. Boer. Decis. 211. n. 17. 18.* sicut in jure generi per speciem derogatur *l. omnis. l. in toto. de regul. jur. c. generi. eod. tit. in 6. Jason. l. placuit. in fin. C. de judic.* & præsumptio † in genere tollitur per præsumptionem in specie *Alexand. consil. 76. in causa. lib. 2. Cagnol. d. l. in toto. num. 1.* & fortior probatio debiliorem *l. Divus. de in integr. restitut. c. 3. c. licet. de probat.* Sic etiam probatio specialis † generalem excludit *Innocent. & Dd. c. auditis. de præscription. Cagnol. d. l. in toto. num. 1. versic. & probationes in specie semper prævalent probationibus in genere. de regul. juris.* 81 82

Verum hic non video, quibus fundamentis hæc everti possint. Quamvis n. qui sine titulo possidet, potius mala fide quā bona præsumatur, à quibusdā possidere *l. ult. ubi Bart. notat. n. 15. C. unde vi. Imol. c. ult. n. 5. & 7. de præscription. Covarruv. c. possessor. parte 2. §. 8. n. 2. de regul. juris in 6.* communiter tamen ut ibidem testatur Covarruvias, illud negatur, ut supra quoque declaravimus, & plerique tum demum hoc admittunt, cum aliùs docet titulum priorem aut possessionem; ex quo cum præsumatur possessio modò detinentis vitiosa *l. ultim. C. unde vi. Jason. in d. §. sed istæ. Inst. de action.* non absurdum etiam est, cum pro malæ fidei possessore haberi *Salicet.* & communiter Dd. *d. l. ultim. C. unde vi Imol. c. ultim. 7. & 8. de præscript. Covarruvias d. c. possessor. parte 2. §. 8. num. 3. Alciat. reg. 3. præsumpt. 5. num. 2.* Alias autem volunt præsumi bonam fidem etiam in illo, qui absque titulo possidet, ut diximus. *Barthol. l. Celsus. num. 17.* & communiter *ibi Dd. c. 1. §. si quis per 30. annos. in 1. not. nu. 3 si de feud. defunct.*

Ceterum hæc theorica non videtur Senatui hic obstatura. Quanquam enim directum dominium Nobilium recognoscit: tamen cum illud sit separatum ab utili. *Afflict. in 5. notab. d. c. 1. §. si quis per 30. annos. Si de feud. defunct. idem post Bald. in c. 1. in fin. Ex quib. caus. feud. amitt.* sicut possessio à proprietate *l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. possession.* & ex separatis nulla fiat illatio *l. final. de calumn. l. Papinianus exuli. de minor.* non inde docetur antiquior aliqua possessio in feudis istis litigiosis, vel titulus contrarius ei, quem Senatus habet. Quanquam sanè fateor Senatum hic ex investitura nullum titulum prætendere posse, cum non ipsius, sed tantum H. semper inveniantur investiti; & non † nominati in scriptura ex ea juvari non possint nec debeant *Bald. l. inquisitio. C. de solution. l. ad probationem. C. de probat. & l. lecta. in 1. opposit. si cert. petat.* Solo ergo possessionis jure Senatus hic defenditur, quæ & ipsa præsertim diu continuata dominii ac tituli præsumptionem 83

inducit *l. 2. ubi Bald. num. 3. 4. C. de probat. l. bona fides. de regul. jur. l. ult. l. quoties. in princ. verb. in detinendo dominio. ubi hoc Dd. notant C. de rei vendicat.* Et habetur bonæ fidei præsumptive etiam absque titulo, ut dixi.

Quod vero, quemadmodum præsupponitur, Senatus longissimo etiam tempore, hoc est, per 30. annos possedit, jam vel ex illa diuturnitate bona fides præsumetur; dato etiam, quod antea malæ fidei possessio fuis-
84 set. Quoniam per tale tempus omnis † malæ fidei præsumptio tollitur. *Barthol. l. ult. num. 17. C. unde vi Jason. §. sed istæ. num. 100. Instit. de action. Balbus. l. Celsus. parte 3. num. 11. de usucap. Cravet. de antiq. tempor. parte 4. §. materia. num. 16. & 17.* Dato etiam, quod constaret de antiquiore possessore Salicet. & Dd. *d. l. ult Balb. d. l. Celsus. parte 3. num. 10. & ibi Claud. Sysell. num. 10.* qui dicunt hanc esse communem. *de usucap. Decius consil. 558. in causa. num. 11. 12. 13.* Quamobrem ad fructuum restitutionem ut teneri possit hic Senatus aut condemnari, non satis video per supra dicta: & solet hac in parte plerumque pro possessore pronunciari *cap. in pari. de regul. jur. cum similibus.*

Maior illa quæstio, an ad restitutionem ipsius feudi Dominis faciendam hic Senatus, nō obstante ulla præscriptione, teneatur, ex quo nullam investituram demonstrare potest sibi factam? Et sane si illicitè, hoc est, sine Domini consensu, in eum facta fuisset alienatio ab H. hoc casu verum esset, nullo unquam tempore Senatum se contra Dominum posse tueri *cap. 1. in princ. de probibit. feud. alienat. per Frideric. ubi omnes Dd.* Consensus autem Domini non præsumitur quidem, nisi probetur. *l. quæcunq. §. final. de publician. in rem act.*

Sed hoc eliditur forsan isthic ex vicinitate Domini & patientia, ut supra diximus ex Jason *l. si res obligata. num. 42. de legat. 1.* cum aliis inibi allegatis. Item ex temporis diuturnitate *Barthol. & Dd. l. sciendum. de verb. obligat.* ubi Jason *num. 17.* expressim exponit, ex diuturnitate præsumi consensum Domini, per Alexand. *consil. 111. viso. in fin. volum. 4.* cum
85 ex † decennali patientia consensus præsumatur *l. qui in aliena. ubi Jason & Dd. de acquirend. heredit. Tiraquell. latè de LL. connub gloss. 5. n 93. cum ibi allegatis.*

Quanquam autem existimant quidam,
86 hunc † consensum Domini esse de solennitate. *Roman. sing. 7. num 15. Tiraquell. de LL. connub. d. gloss. 5. num. 11.* & ideo non sufficere tacitum, sed requiri expressum: nec sufficere scientiam & patientiam Domini. *Felin. in cap. ratione de præscript. Jacobin. de S. Georg. in invest. verb. & cum pacto de non alienando. versic. sed hic cadit. per gloss. Bald. Isern. & alios. c. 1. verb. permissionem. de probibit. feud. alienat. per Lothar. & cap. 1. §. habito de probibit. feud. alienat. per Fred. cum aliis quos cumulat Tiraquellus d. gloss. 5. num. 11.* & opus esse, ut in ipso actu alienationis adhibeatur, nec sufficiat ex intervallo eum subsequi. *Isernia, Alvarott. Laudensis cap. 1. in princ. de probibit. feud. alienat. per Fred. Decius consil. 144. quoniam. Curtius in tract. feud. part. 4. versic. secundo cadit necessaria dubitatio. Tiraquell. præallegato loc. gloss. 5. num. 11.* tamen ipse Tiraquellus *num. seq. 12.* contrarium concludit *ex glossa d. cap. 1. verb. permissionem. de probib. feud. alienat. per Lothar. & ibi Belvis. Bald. Laudensis, Cardinal. Alexand. & alii.* Sufficit enim præsentia Domini. *Jason. l. quæ dotis. in fin. solut. matrim. & l. final. num. 141. C. de jur. Emphyteut.* Jacobin. de S. Georg. *in invest. verb. & cum pacto. num. 4. & 20.* & hoc communiter teneri firmat *in cap. 1. §. præterea. quibus mod. feud. amittat.* latissimè Tiraquell. *in retract. proximit. §. 1. gloss. 9. num. 115.* dicens hanc esse communem: licet contra disputet *paulo post num. 149.* Sufficit item tacitus consensus Camerar. post Isern. & alios *in cap. 1. mihi fol. 65. de probibit. feud. alienat. per Frederic.* dicens hanc esse communem glossæ & Dd. *c. 1. §. præterea. quibus mod. feud. amittat. & in c. 1. §. Titius. si de feud. defunct.* & hanc ibidem dicit communem Jacobin. de S. Georg. *in verb. & cum pacto. num. 20.*

Et licet contra disputet Sonsbec. *de feud. parte 13. n. 132.* tamen ita receptum est. *Schurff. consil. 4. præmissa. num. 2. cent. 1.* Mynsing. *observat. 87. centur. 4.* ubi addit, sufficere ratificationem & sequi eum ex intervallo. Quod etiam confirmat Jacobin. *d. verb. & cum pacto. num. 19. post Isern. & Alvarott. in cap. 1. in princip. de probibit. feud. alienat. per Fred.* Jason. *l. final. num. 142. C. de jur. Emphyteut.* qui dicit ita quotidie servari. Bald. *in c. 1. §. final. quæ fuit prima caus. benefic. amittend.* qui etiam amplius dicunt, quod sufficiat Dominum scire, neque contradicere, ut hanc communem facit Jacobin. *dict. loco in invest. verb. & cum pacto. num. 20.* Schurff. *d. consil. 41. præmissis. n. 3. centur. 1.*

Hæc autem obtinebunt maximè hoc casu, si non tantum ex patientia decem annorum tacitum Domini consensum Senatus acquirat, per communem doctrinam *in d. l. si quis ex aliena. in princ. de acquirend. hered.* verum etiam, si ut innuitur ex possessione 30. annorum inducere præscriptionem possit, & probat *c. 1. de præscript. in 6. junct. c. 1. §. si quis per 30. si de feud. defunct. ubi omnes Dd.*

Videtur enim omnino consentire qui patitur usucapi *l. alienationis de verbor. significat. Barthol. & alii l. filius familias. in fin. §. divi. de legat. 1. & Crotus ibidem in ult. conclus. cum aliis*

aliis multis quos cumulat Tiraquell. de retract. proxim. §. 1. gloss. 9. num. 245. usq. ad n. 251.

Et quanquam contra Dominum vasallus
87 directum † dominium non præscribat, ne mille quidem annis, ut diximus *ex l. 2. C. de præscript. 30. annor. ubi Dd. Speculator de locatione. §. nunc vero aliqua. num. 56. Matth. de Afflict. cap. 1. num. 30. de controvers. inter mascul. & fœmin. Panormitanus c. ad audientiam. num. 15. de præscript. Jason. l. 1. num. 44. Cod. de serv. fugitiv. Balbus in tract. præscript. in parte 4. quartæ partis principal. quæst. 11. num. 4. & in 3. parte tertiæ partis principal. quæst. 3. num. 1. & 2.* tamen utile dominium præscribi contra Dominum potest, tam à vasallo *dict. cap. 1. §. si quis per 30. annos. si de feud. defunct.* ubi omnes Dd. quam ab alio, qui à vasallo vel aliunde accepit *gloss. Bald. num. 4. & Dd. cap. 1. §. præterea. de cap. Corradi. Jason. l. 1. num. 47. C. de serv. fugitiv. Balbus in tract. præscript. 4. parte 4. partis principal. quæst. 11. num. 4. Tiraquell. in retract. convent. §. 1. gloss. 2. num. 3. & de retract. proximitat. §. 1. gloss. 10. num. 11. 12. 13. Cornæus consil. 30. licet. num. 4. 6. vol. 1.* Præscriptio enim jus inter omnes facit *cap. ad aures. ubi Panormitan. de præscript. Balbus in eod. tract. 4. parte 4. partis princ. quæst. 11. & quæstion. 24. num. 5.* & contra omnem hominem defendit *Panormitan. præallegat. loc. Anton. Gabriel. Roman. lib. 5. conclus. 2. num. 21.* & plenissi-
88 mam † securitatem inducit. *Parisius consil. 13. num. 17. 19. consil. 101. num. 81. volum. 4. consil. 32. num. 5. volum. 2. Curtius Senior. consil. 82. cap. 10. n. 5.* Unde possessor contra omnes, tam investientem, quàm alios præscribit, *Balbus. d. tract. præscript. parte 4. partis 4. princip. quæst. 11. num. 4.* dato etiam, quod nulliter investituram acceperit *Matth. de Afflict. in 3. notab. num. 3. & gloss. unic. num. 1. in d. c. 1. §. si quis per 30. annos.*

Nec enim modò feudum tali tempore præscribitur *d. c. 1. §. si quis per 30. annos. ubi Dd.* verum etiam omnes feudi qualitates. *Curtius tract. feudali parte 1. quæstion. 3. n. 8. per l. si alienam. §. 1. de usucapionib.* quas præscriptio supplet. *Matth. de Afflict. in 2. 3. notab. & Dd. d. c. 1. §. si quis per 30. annos. Jason. & Dd. l. sciendum. de verbor. obligat.* itaq; licet absq; investitura feudum non constituatur *c. 1. quib. mod. feud. con-*
89 *stit.* tamen ipsam etiam investituram feudi † præscriptio supplet. *Jason. l. 2. n. 155. Cod. de jur. Emphyteut. Matth. de Afflict. in 3. notab. & Dd. d. c. 1. § si quis per 30. annos. per c. ultim. de feud. dat. in vic. Legis commiss.* sic ut præsumatur solenniter præcessisse præsumptione juris & de jure *Afflict. d. c. 1. §. si quis per 30. in 3. notab. num. 2. & 3. per c. ultim. ubi Bald. de feud. dato. in vic. legis commiss.* vel potius ipsa præscriptio sit loco investituræ. *Afflict. d. c. 1. §. si quis per 30. in 3. notab. & gloss. unic. Parisius consil. 25. n. 18. vol. 4. per c. de quarta. de præscript.*

Quanquam Senatus hic prætendit, se non carere quoque investitura sed semper se investitum cum ussegio dictorum II. fuisse sicut quis potest per procuratorem aut alium feudum relevare. Nec obesse, quod eius non sit in literis facta mentio, quoniam sufficiat quod jam 30. amplius annis id possedit & investitus fuerit, per quod tempus ipsa quoq; investituræ forma sit præscripta, ut diximus, ut antiquus eius tenor amplius invito vasallo immutari non possit, quod & supra posuimus. Quam ob rem ista quoque quæstio tota pendet a causæ cognitione & probatione præscriptionis inprimis, quando ante causæ cognitionem Senatui tot annorum possessionem suam auferri non posse possessionem, notissimum est & supra satis explicatum *ex l. 1. C. si per vim. l. meminerint. C. unde vi. cum similibus.*

III. QUÆSTIO.

ZUm Dritten wird gefraget / da der Rath zu B. für Lehenleute gehalten werden solte / ob nicht derselbige sich an Hansen von R. den Lehenherrn vergrieffen / da sie jhne über sein selbst vnd seiner Lehenleute etlichen angebottenen Burgschafft Gefänglich eingezogen / vnnd dadurch solche Güter nicht verwircket vnd der Belehnung sich vnwirdig gemacht habe.

Darauff aus allen vmbstenden dieses Fals achte ich zu schliessen / das der Rath zu B. aus der Vrsach das sie Hansen von R. Sintemal sein Knecht in der Herberg entleibet / eingezogen / vnnd doch bald den andern Tag loß geben / solch Lehen nicht verwircket habe / viel weniger dasselbige abezutretten vnd sampt derentwegen vffgelauffenen Vnkosten / Schäden vnd *interesse* jetzigen von R. abezutretten schüldig sein / bevorab weil erwenter Hans von R. solches bey seinem Leben nie geeiffert noch geklaget / dz also derhalben den andern des Geschlechts / Ja auch seinem Erben vnnd *Successorn* keine Klage gebüren kan / wie aus folgenden Rechtsgründen leichtlich abzunemen vnd zu schliessen.

Quod ad tertiam n. quæstionem attinet, an Senatus jus, si quod habuit, amiserit, propterea quod Joannem à R. feudi Dominum, non obstante cautionis oblatione, incarcerarit: fatendum quidem est, ex variis causis vasallum feudo cadere & privari *tot. tit. in quibus caus. feud. amittat. & quæ prima fuit amitt. benef. caus.* non tantum ex dolo *c. 1. §. final.*

de lege Corrad. cap. 1. quibus mod. feud. amitt. ubi Alvarott. Jason. l. 2. num. 86. & l. final. in m. 127. C. de jur. Emphyteut. c. 1. §. si vasallus. Si de feud. defunct. c. unic. de controvers. inter domin. & empt. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. de feud. § 13. gloss. 5. num. 6. Verum etiam ex culpa *tot. tit. de feudo sine culpa non amittend. cap. 1. in princ. Quæ fuit prima caus. benef. amittend. c. 1. de cap. Corrad. c. 3. Quo tempor. miles. c. 1. §. præterea. de prohib. feud. alienat. per Frid.* Item unam causam
sufficere ad amissionem, etiamsi aliæ non concurrant *Bal. l. c. 1. §. 1. num. 3. Quib. mod. feud. amittat.* & multo maximè, privari vasallum ob iniuriam præsertim realem & personalem Domino factam *cap. 1. §. item qui Dominum Quæ fuit prim. caus. benef. cap. 1. § item si fidelis. ubi Bald. quibus mod. feud. amittat. cap. 1. §. rursum. quæ fuit prima caus. cap. 1. §. similiter ubi gl. Quibus mod. feud. amittat.* quem pro possibi-
90 le † exaltare & honorare debet *cap. si tibi. 63. dist. glossa, Isern. & Dd. cap. 1. qual. jur. vasall. Afflict. Decis. Neapolit. 307. num. 8. 9. & 16.*

Sed & illud certum est, incarcerationem pro iniuria haberi personali & reali *l. si vero. §. 2. versic. nō sine iniuria dari. Qui satisd. cogant. Alexand. consil. 17. requisitus. num. 5. vol. 1. Schurff. latè consil. 87. quod præmissæ. num. 1. 2. 3. & per totum. & consil. 98. Quod prædictæ num. 4. centur. 3.* Quia libertatem adimit incarcerato *l. 2. de lib. homin. exhibend. l. Titio centum. §. 2. de condit. &*
91 *demonstration.* & † infamiam quandam adjicit *l. 1. 4. 6. l. penultim. C. qui bonis ced. poss. l. si creditores. in fin. de privileg. credit. Novell. 135. Jason post Castrens. num. 22. 33. in l. 4. de re judicat. Bald. consil. 412. lib. 1. Boer. decis. 215.* Quoniam carcer est mala mansio. *l. si hominem. 7. in princ. ubi gl. verb. extensum. ff. deposit.* & species servitutis, *l. 2. de lib. homin. exhibend. l. Titio centum. §. 2. de condit. & demonstration. Barthol. l. alia. num. 14. Solut. matrimon. Faber. §. ult. nu. 2. Instit. de actionibus* & morti æquiparatur *l. nec timorem. versic. timent mortem, vel vincula. & l. penult. quod met. caus. Schurff. d. consil. 98. num. 4. centur. 3. Bossius de carcer. num. 1. ex doctrina Bald. in cap. 1. §. idemq. Quæ fuit prima caus. benefic. amittend.* ac est species torturæ *Bald. l. 2. num. 6. C. de Episcop. audien.* & damnum infert irreparabile. *Barthol. l. si vero. §. 1. in 3. notab. Qui satisd. cogant. Schurff. consil. 87. quod præmissæ. num. 2. centur. 3.* Propter quod etiam damnum grave datum nedum iniuriam vasallus feudo privari potest *cap. 1. §. porro. quæ fuit prim. caus. benefic. amittend. c. 1. §. præterea. ubi Alvarott. §. sed quia. Quæ fuit prima caus. benef. amittend. cap. 1. Hic finit lex Curtius tract. feud. parte 4. num. 58. 59. Ferrar. in form. revoc. §. contra. in 16. caus.* Hinc fit, ut nedum, qui Dominum sed etiam qui fratrem suum incarcerat & malè tractat, feudo privari possit. *Bald. c. 1. §. denique. num. 2. Quæ fuit prima caus. benef. amittend. Zasius in epitom. feudal. parte 10. num. 66.*

Carceris † autem nomine quælibet cu- 92
stodia, per quam libertas abeundi impeditur venit. *Boss. de carc. fideiuss. nu. 3. per Baldum in l. nec non. §. 1. Ex quibus caus. maior. & c. Angel. l. qui in carcere. Quod met. caus. Chilian. in pract. tit. von der Hülff. Chassanæus in consuetud. Burgund. tit. 1. num. 94.* Sed & præsumitur talis iniuria fieri dolo malo & animo iniuriandi. *l. si non convicii. C. de iniur. l. 1. C. unde vi.* adeò, ut etiam Magistratus de iniuria teneatur, si aliquem sine justa causa incarceret. *Schurff. consil. 87. quod præmissæ num. 3. 4. & dict. consil. 98. n. 4. centur. 4.*

Multo ergo magis amittere debet feudum
si Dominum vel eius fratrem † incarceret 93
Bald. Freder. Schenck. in cap. 1. §. denique. nu. 2. 3. & §. final. Quæ fuit prima caus. benefic. amitt. Zasius in epitom. feud. part. 10. num. 66. & durat hæc actio revocatoria ad 30. annos cum sit vice condictionis ob causam. Sonsbecc. *tract. feudal. part. 13. num. 75. argumen. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. l. ea lege. C. de condict. ob caus.* quæ 30. annis durat. *Barthol. & Dd. l. unic. de condict. ex leg. l. 3. C. de præscript. 30. annor.* aut saltem rei vendicatio. *Bald. cap. 1. § item qui dominum. versic. porro. Quæ fuit prima caus. benef. amittend. Speculator, Chassanæus in consuet. Burgund. tit. de feud. Ferrar. in act. revocat.* quam 30. annis durare dubium non est *d. l. 3. & 4. C. de præscription. 30. annor.*

Nam obesse debet, quod non vni sed toti familiæ hic fidelitas & vasallagium debeatur. Nam una fidelitas fit omnibus, etiam cum uni tantum fit *cap. 1. §. omnes. ubi Dd. Si de feud. defunct. ubi Alvarott. num. 22. & alij Aretin. & Dd. l. 2. de verb. obligat.* quia est quid individuum *Isern. cap. omnes num. 8. Alvarott. num. 2. & 3. Si de feud. defunct. gloss. l. si ususfructus verb. omnibus. de usufruct.* ut ipsum juramentum fidelitatis *Isern. c. 1. §. omnes. num. 1. si de feud. defunct. & Alvarott. ibi & in c. 1. num. 2. de duobus fratribus. Bald. l. 1. § in primo. num 12 C. de caduc.*
tollend. quod omnibus † in solidum debe- 94
tur *Alvarott. c. 1. num. 2. & 3. de frat. de benefic. investit. c. 1. §. præterea. ubi Alvarott num. 3. Isern. n. 41. Ardizo. de success. feud. col. 17. & 20.* sicut contra non nisi unam fidelitatē omnibus vasallis debet. *Bald. c. 1 §. præterea. num. 8. de prohibit. feud. alie. per Frideric.* & una fidelitas est, quę fit pluribus *Isern. d. c. 1. §. omnes. num. 3. si de feud. defunct.* Quoniam ut individuum in solidum omnibus debetur *l. si ususfructus. verb. omnibus. de usufruct. l. vir. de servit. l. si unus. de servit. rusticor. prædior. l. si cui fundus. de condit. & demonstr.* Ideoq; singulorum in solidū intelligitur esse vasallus *Isern. n. 5. & Dd. d. c. 1. §. omnes*

omnes. Si de feud. defunct. ubi Bald. n. 1. cũ sequent. Alvarott. num. 6. Ardizo. de success. feud. col. 20. cum sequent. per l. cum unus. de bon. author. Judic. possid. l. is cui. §. si plures. ff. ut in possess. legator. quamvis unus omnium consortium nomine investiat *Alvarott. num. 6.* & communiter Dd. *in d. c. 1. §. omnes. per l. 3. §. adjici. de fideicommiss. Faber l. jam tantum. Judic. solv. Ardizo. tract. feud. cap. de success. feud. col. 17. cum seq.*

Cæterum his non obstantibus, videtur Senatus multas causas habiturus & probaturus, quibus à felonia & commisso se possit excusare; præsertim, cum quælibet causa etiam injusta, fatua, à pœnis doli, qui ad privationem requiritur *Molinæus in consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. gloss. 5. num. 6. per c. 1. §. si vasallus. Si de feud. defunct. c. unic. de cont. inter dom. & empt. Jason. l. final. num. 127. C. de Jur. Emphyteut.* excuset *l. igitur. de liberal. caus. gloss. ult. l. 1. in fin. ubi omnes Dd. Si quis jus dicent.* Quanquam
95 autem non æquè à pœnis † legalibus & latæ culpæ. *Jason. l. just. num. 30. de acquirend. possess. Goden consil. de sequestrat. 3. num. 20. cum sequent.* tamen illud vasallum à pœna commissionis potest excusare *Jason. d. l. ult. n. 127. C. de Jur. Emphyteut. Molin. præallegat. loc. Bald.* & communiter Dd. *d. c. 1. §. si vasallus. idem Bald. c. unic. num. 4. de cont. inter Domin. & empt. per c. 1. §. final. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Jacobin. de S. Georg. in tract. feudal. verb. dictiq; vasalli. n. 34. Zasius in epitome feudal. parte 10. n. 55. Jason consil. 64. circa n. 2. volum. 3.* Henning. Goden. *consil. 3. de sequestrat. n. 20. cum sequent. ubi* illam regulam, quamlibet causam excusare à dolo, trahit etiam ad hanc commissionis feudalis casum.

96 Et vasallus non ex qualibet causa privari † potest, sed tantum ex atrocibus & egregiis causis injuriæ vel infidelitatis. *c. 1. §. de illa. versic. non enim. In quib. caus. feud. amittat. c. 1. §. porro. quæ fuit prima caus. benef. amittend. c. unic. in quib. caus. feud. amittat. c. 1. de feud. sine culp. non amittend. Curtius tract. feudal. parte 4. n. 34.* Nec illa atrocitas ex personæ Domini circumstantia duci potest aut debet; (alioqui quælibet in hanc personam injuria esset gravis *§. atrox. Inst. de injur.*) sed reipsa atrox esse debet. *Sonsbecc. in tract. feudal. part. 12. n. 49. ex Joan. Ardizon. Jacob. Belvis. Alvarott. & Dd. c. 1. §. prædictis. Quæ fuit prima caus. benef. amitt. Curtius d. part. 4. n. 77. Montanus tract. feudal. lib. 4.*
97 *cap. 2.* cujus † æstimatio pendet à Judicis arbitrio *Bald. c. 1. in princ. In quib. caus. feud. amitt. Jacob. de Belvis. c. 1. §. prædictis. Quæ fuit prim. caus. benef. amittend. Curtius tract. feudal. parte 4. n. 77. Montan. tract. feudal. d. lib. 4. cap. 2.* quod hac in materia odiosa valde strictũ est, adeò ut dicat Molinæus plerasq; amissionis causas desuetudine esse abolitas præter illas quinque *l. final. C. de revocand. donat.* Ita Molinæus *in consuetud. Paris. tit. de feudis. §. 30. n. 3. & n. 135. 136. 137.* ex Petro Jacob. *in pract. tit. de causis, ex quibus vasallus & c. n. 1. 2. & 6.* Imo ne ex † 98
illis quidem quinq; causis privationem feudi alii admittunt ut Curtius *d. tract. feudal. parte 4. n. 77. Jac. Belvis. d. c. 1. §. prædictis. Quæ fuit prima caus. benef. amittẽd. Montã. d. lib. 4. c. 2.*

Jam in præsenti casu dictus Joannes non fuit specialiter Senatus feudi Dominus, nec allegatur hoc feudum ab eo, sed tota familia recognitum, & sic præcipuum fundamentum commissionis vacillat. Quanquam enim unius Domini heredibus & successoribus omnibus & singulis fidelitas debetur, quo casu procedit, c. 1. §. omnes. *Si de feud. defunct. cum aliis supra allegatis:* tamen dubitari potest, an idem sit in vasallo totius alicujus familiæ tanquam communis *l. si familia. de jurisdict. cum simil.* Nam est nomen collectivum *Barthol. l. scire debemus. in princ. de verbor. obligat. Bald. d. l. si familia.* Non autem quod † com- 99
muni debetur, id ad singulos pertinet. *l. 2. l. sicut. §. si quid. Quod cujusq; Universitat. ubi glossa, Bartholus & Dd. l. in tantum. §. 1. de rer. divis. l. sed si hac. §. qui manumittuntur. de in jus vocand.* Maxime quando, ut hic non est commune singulis. *Jason. l. servi electione. §. Labeo. n. 13. 20. de legat. 1.* Nec vasallus † Universitatis, est va- 100
sallus singulorum, neq; singulis fidelitatem debet. *glossa, Albericus & Dd. d. l. 2. in fin. Quod cujusq; Universit. cum ibi allegatis.* Et proinde cum unus offenditur ex familia, licet ad omnes injuria pertineat. *l. 1. 2. 3. de liberali caus. Barthol. l. lex Cornelia. n. 1. & ibi Dd. de injur. Felin. c. literas. n. 4. de præsumpt. Bald. l. unic. n. 5. C. de rapt. virgin. Alexand. consil. 2. n. 8. volum. 7. & consil. 24. num. 22. volum. 2. Decius consil. 163. n. 5.* non tamẽ omnibus hoc nomine competit actio, sed tantum injuriatis, aut iis, quorum sunt in potestate. *Barthol. d. l. lex Cornelia. in princ. per l. 1. de injur.*

Deinde quod potissimũ est, Senatus istud non fecit ut vasallus: sed ut Magistratus oppidi, cujus est inquirere in crimina, sicut debuit. *l. congruit. de offic. Præsid.* Hoc casu imprimis, nimirum in manifesto homicidio ad diversorium istius Nobilis commisso; & quidem in persona servi ipsius, cui occasionem ille dedisse & sic reus esse homicidii ferebatur *l. nihil interest. l. 3. in princ. ad L. Cornel. de sicar. l. Prætor. §. si cum. Vi bonor. rapt. l. qui occidit. §. penult. ad L. Aquil.* Constat autem, quando vasallus diverso † respectu quam vasallagii 101
ex alio suo jure, quod non à Domino sed aliunde habet, aliquid agit contra Dominum, tunc eum non committere feloniam, nec feudo privari posse *Everard. late loco à tanquã sui respectivis. in 34. ampl. iac. per l. tutorem. de his quib. ut indign. cum aliis per eum allegatis.*

Sed & non injuriandi animo videri pot-
est magistratus fecisse, qui in delicti atrocis,
hoc est, homicidii commissi authorem &
causas inquirere voluit. *l. quod Reipublicæ. l.*
nec magistratibus. de injur. l. quemadmodum. §.
102 *penult. ad L. Aquil.* & ad inquisitionem † fa-
cilis causa sufficit. *c. qualiter. 2. ubi Felin. &*
Dd. c. olim. de accusat. c. ea quæ. ub. gloss. de stat.
monach. Ferrariens. Chilian. & alii in tract. de
inquisit. in princ. quemadmodum & ad incar-
cerationem *Bald. l. final. in princ. C. de accusa-*
tion. & consil. 41. in ista. cum consil. sequent. lib. 1.
Hyppolyt. in pract. criminali. §. attingens. num.
43.

Et quanquam alias, qui idoneum fidejus-
sorem non accipit, injuriarum teneatur *l. 5.*
§. 1. ubi Dd. ff. qui satisdar. teneant. Imo pro
parente & patrono & ea re Domino etiam
103 feudi, qui pro patrono † habetur *gloss. l.*
adeptivum. §. verb. innocens. de in jus vocand.
l. omnimodo. in princ. C. de inofficios. testament.
& passim. in tit. ff. & C. ubi Bald. de oper. libert.
Speculat. de feud. §. quoniam. num. 33. Jason. &
Dd. communiter. *l. non fortem. §. libertus. in*
princ. de calend. Everard. loco a libert. ad vasall.
quilibet, etiam non idoneus sufficiat *l. 2. ff.*
in jus vocati ut eant aut satisd. & c. ubi Barthol.
Castrens. Jason. & Dd. tamen hæc tantum
obtinent in civilibus causis *Jason. & Dd. l. si*
vero. §. 1. qui satisd. cogant. Nam in crimina-
104 libus Magistratus non tenetur † acceptare
fidejussionem *l. 1. de custod. reor. ubi Barthol.*
sed inquirendo potest captivare personas
& detinere, donec de delicto plenè constet,
ut ibidem Barthol. Boss. de carcerib. ac alii in si-
milibus locis.

Quamobrem l. sciendum *ff. qui satisdar.*
cogant. non obtinet in criminalibus *ut ibidem*
Jason. in d. l. sciendum. num. 3. in 10. limitat. Nec
injuriam videtur Magistratus fecisse, qui ob
crimen incarcerat, dum tamen non pecu-
niaria sed alia pœna gravior (ut hic ex ho-
micidio) consequi possit. *Jason. in 2. notab.*
post Barthol. & alios in l. si vero. §. 1. Qui satisd.
cogant. per l. 1. 2. 3. ff. de custod. & exhibit. reor.
Schurff. d. consil. 87. quod præmissæ. num. 3. cent.
3. Et nihil hic injuriæ causa factum ex eo
patet, quod postmodum, quam Joannes fuit
incarceratus, sit statim, re melius cognitâ
dimissus, sic ut per 24. horas non fuerit in
carcere, quod pro carcere non habetur *Bar-*
thol. l. capite quinto. num. 3. ad L. Jul. de adul-
ter.

Sed dato etiam, quod Senatus contra d.
Joannem talem injuriam commisisset, ob
quam feudo privari potuisset: tamen cum
is hoc nomine in vita nihil querelaverit, in-
telligitur injuriam remisisse *gloss. & Dd. l. o-*
mnimodo. in princ. C. de inoffic. testament. & l.
his solis. l. final. C. de revocand. donationib. non
solum taciturnitate & dissimulatione anna-
li *§. ult. ubi Angel. & Dd. Instit. de injur. & l. si*
non convicii. C. eod. sed etiam vitæ totius ac
voluntatis, quæ morte finitur *l. 4. ff. locat.* Ac
proinde successoribus † ejus agnatis, ne 105
quidem filiis competit hoc nomine actio
revocatoria *c. 1. §. item si fidelis. Quib. mod.*
feud. amittat. & c. 1. §. item qui Dominum. ver-
sic. porro. Quæ fuit prima causa beneficii. amit-
tend. Sonsbecc. in tract. feudal. parte 12. num. 31.
Curtius parte 4. circa fin. eod. tract. Mynsin-
ger. observat. 93. centur. 3. Schurff. consil. 41. cent.
1. Chassaneus in consuetud. Burgund. rubr. 3. de
feud. §. 1. Cum omnium injuriarum actio,
nisi sit contestata ante mortem *l. si cum. §. qui*
injuriarum. ff. Si quis caution. in princ. Instit. de
perpet. & tempor. action. hac ipsa alterutrius
morte activè & passivè extinguatur, nec ad
heredes transeat. *§. 1. Instit. de perpet. & temp.*
action. Dd. d. l. si cum. §. qui injuriarum. Qui sa-
tisd. cogant. Quibus ideo neque jus exer-
cendi commissi competit aut revocandi
feudi *d. c. 1. §. item si fidelis. cum aliis supra alle-*
gatis: sicut nec revocandæ Emphyteuseos
Jason. & Dd. l. 2. C. de Jur. Emphyteut. dona-
tionis *l. his solis. l. ult. C. de revocand. donat.* vel
ingratitudinis accusandæ *gloss. & Dd. l. omni-*
modo. in princ. verb. non licebit. C. de inoffic. te-
stament.

Ex quibus intelligi potest, non satis tuto
cum aliqua victoriæ spe hanc commissionis
legem exercere & revocatoriam ex tali in-
carceratione contra Senatum hic institui
posse.

Quod si vero nulla ad principale nempe
commissum actio competit, multo minus
ad interesse & damna hoc nomine facta,
79. Illud igitur firmius, quod in † dubio non præsumatur mala fides, sed bona potius; nec propterea, quod quis se sciat debere, non sit in mala fide quo minus præscribat: cum præsumpta mala fides, ut ostendimus, præscriptionem non inhibeat. Bonam autem fidem præsumi in dubio probat l. penult. *C. de eviction. gloss. c. si diligenti. c. sanctorum. c. ult. de præscript. Barthol. Balb. & Dd. in d. l. Celsus. parte 3. num. 2. 3. 4. de usucapion. Jason. §. sed istæ. num. 99. Instit. de action.* etiam ex causis injustis *Jason. l. si id quod. num. 35. de jurisdict. Bald. l. 1. num. 2. post gloss. C. ubi caus. stat. Felin. c. cum contingat. num. 2. de rescript. Alciat. regul. 3. præsumpt. 5. num. 4.* Et omninò quidem post 30. annos præsumitur, quia tali spatio malæ fidei præsumptio omnis tollitur. Bartholus *num. 17.* & communiter Dd. *in l. ult. C. unde vi. Jason. §. sed istæ. num. 100. Instit. de actionib. Balbus l. Celsus. parte. 3. num. 11. de usucap. Gravett. de antiq. tempor. parte 4. §. materia. num. 16. 17. 21. Decius. consil. 257. non excedit. num. 4. 5. consil. 558. in causa consil. 266. & passim. Alexand. consil. 6. num. 2. cum sequent. lib. 1. consil. 151. num. 7. lib. 2. Curtius Senior. consil. 82. num. 4. 5. Jason. consil. 57. in fine. consil. 72. libr. 1. Curtius Jun. consil. 52. num. 11. Matth. Afflict. Decis. Neapolitan. 40. num. 21.* dato, quod constaret de antiquiore titulo & sic de mala fide possidentis. *Panormitanus c. si diligenti. num. 16. de præscript. Salicet. & Dd. d. l. ultim. C. Unde vi. Balbus d. l. Celsus. parte 3. num. 10. de usucap. & ibidem* Sysell. *num. 31.* dicens hanc esse communem *Decius. d. consil. 558. in causa. num. 11. 12. 13.* ut hæc malæ fidei allegatio nõ posit hic obstare exceptioni præscriptionis ex instrumento apparentis; nisi aliter de mala fide docere petitores queant: cum ex solo decursu 30. annorum satis bona fides probetur semper, donec ex adverso mala fides doceatur *Francisc. Balbus d. l. Celsus. parte 3. num. 11. de usucap. per Innocent. in c. 2. num. 8. de in integr. restitut.* quæ difficulter tum probari potest ut ibidem Balbus *num. 13.* tradit.

Nec obstat, quod heredes fidejussoris hic disertè tantum obligati sint demum post omnium mortem, ut tunc tenerentur, in verbis Wo die Bürgen alle vorstürben/ Als dann sollen jhre Erben in solche bürgschafft vnd selbstschuldhafft zu treten verpflichtet. Unde videri posit, nullam quoad hos cucurrisse præscriptionem hactenus; cum necdum nata fuerit contra eos obligatio vel actio, utpote necdum existente conditione obligationis eorum; quippe cum adhuc unus supersit fidejussorum *l. cum notissimi. §. illud. C. de præscript. 30. annor. l. final. §. sin autem. C. commun. de legat. Balb. d. tract. de præscript. 4. parte 4. partis quæst. 3. num. 7.*
ut actioni necdum natæ † præscribi nequi- 80.
verit *l. 1. l. ult. C. de annal. exception. Jason. §. rursus. num. 24. Instit. de actionib. l. quomodo. num. 105. de flumin. gloss. art. 29.* Landtrecht *libr. 1.* multo minus obligationi conditionali pendente conditione *d. l. cum notissimi. §. illud. d. l. ult. §. sin autem. Balb. tract. præscript. 4. parte 5. partis princip. in princ. & quæstion. 1. 2.* Nam hæc res pendet non à fidejussoribus, sed à principali, cujus accessionem fidejussores sequuntur *l. si testamento. §. ult. l. hi qui accessionis. de fidejussor.* Ut igitur prorogato termino solutionis & perpe-

81. perpetuata obligatio † contra principalem perpetuatur etiam in fidejussores, quamvis de hoc nihil sit conventum *Jason. & Dd. l. 1. in fin. C. de Judic. & constitut. 19. parte 2.* sic contra (sicut contrariorum eadem est doctrina *l. 1. 2. de his qui sunt sui vel alien. Jur.*) præscripta contra principalem debitorem actione, etiam fidejussoribus; multo magis eorum heredibus ea res prodest *l. si quis postquam. de fidejussorib.* quomodocunq; tandem sint obligati *l. si quis postquam. de fidejussorib.* Nam præscriptio loco solutionis est ut probavimus *ex l. si pupilli. §. ultim. de solutionib. cum aliis supra allegatis.* Quamobrem, sicut solutione à principali facta qualiscunq; eorum obligatio tolleretur *l. solutionem. de solutionib. l. 1. C. etiam ob chyrog. pecun.* sic etiam per quasi solutionem fidejussores liberantur *l. novatione. 4. C. de fidejussor. l. novatione. eod. tit.*

Verum ut demus, huic actioni nondum præscriptum esse; nec sic quidem tamen contra D. consulentem hunc B. à W. ut heredem patris videtur locum habere posse. Nam etsi obligatio fidejussoria transeat in heredes *l. fidejussoris. C. de fidejussor. cum aliis supra allegatis*; etiam jure Saxonico, ut communiter receptum est & expressum Constitutione Electorali. *20. parte. 2.* tamē hoc intelligendum, nisi sit aliter conventum *§. at si ita. ubi gloss. Instit. de verb. obligat. l. si necessarias. §. in vendendo. de pign. action.* vel appareat, aliud actum *l. stipulatio ista habere. versic. sed si se. ubi Dd. de verb. obligat. latè Tiraquell. in retract. convent. §. 1. gloss. 6. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. cum sequent*; pacta namq; dant legem contractui *c. contractus. de regul. Jur. in 6. l. contractus. ff. eod. l. 1 §. si conveniat deposit.* quæ, præsertim in continenti (ut hic factum) numerationi pecuniæ apponuntur & ipsi contractus instrumento inseruntur *l. juris gentium. 7. §. quinimo. cum §. sequent. l. si non singuli. l. cum te. l. eo. C. Si cert. petat.*

Jam vero in isto instrumento expressè cautum reperitur in obligatione fidejussoria principali subjecta, ut si aliquis fidejussorum moreretur, quod adhuc superstites obligarentur intra mensem ab ejus morte computandum, ad alium in ejus locū substituendum, aut quod ipsi hoc nomine tenerentur in hac clausula, da aber der Bürgen einer oder mehr verstürben / Sollen die andere verpflichtet sein inwendig vier Wochen den nechsten/einen oder mehr gnugsame Bürgen an des oder der verstorbenen stadt / welche sich in gleiche verpflichtung eingelassen, zuverschaffen/vnd wo in vier Wochen kein ander oder andere vermocht/ so sollen vnd wollen wir andere/ so noch am leben vff erforderung vnsers gleubigers in die leistung reiten ꝛc. Ex quo patet expressè actum, ne demortui heres teneretur. *art. 118.* Weychbildt. *§. at si ita. ubi gloss. & Dd. Instit. de verbor. obligat.* Alioqui nihil hoc pacto fuisset opus *l. 3. in fin. de servit. rusticor. prædior. l. sicut. §. Aristo. Si servit. vendicet.* quod certè non deberet frustra † videri appositum. *Decius consil. 414. visa. num. 2. & 6. Tiraquell. de retract. convention. §. 1. gloss. 2. num. 22. cum sequent. Schurff. consil. 32. num. 11. 12. centur. 1.* ex doctrina Baldi *rubr. C. de contrahend. empt. quæst. 9.* 82.

Unde valet conventio, & ei statur, si sit actum ne in heredem † obligatio transeat *gloss. d. l. si pactum. verb. probare debet. ff. de pact. per l. Aurelius. l. non solum. §. tale. de liber. legat. l. si sine. §. si in stipulatione. ff. rem. rat. haber.* & ita quotidie servatur ac practicatur, nempè tali pacto addito heredem demortui fidejussoris non teneri, sicut etiam expressum est in Constitutione Saxonica *20. parte 2. in fin.* his verbis, Wann aber in einer verschreibung außdrücklich abgehandelt/ daß an stadt des Bürgen/so verstürbe/der schuldtman dem gleubiger einen andern Bürgen setzen solte / dißfalls ist die fidejussoris obligation allein personalis vnd bindet des abgestorbenen Bürgen Erben nicht/ ꝛc. Quæ Constitutio non est novum jus, sed declaratio prioris tam civilis quam Saxonici, ut ubivis valere debeat. *Bartholus Salicetus & Dd. l. leges. 7. C. de legib.* Quia declaratio † non novum jus inducit, sed quod est, confirmat & dilucidat *l. heredes palam. §. 1. ubi Dd. ff. de testament. & in l. 3. C. de ædend.* 83. 84.

Itaq; frustra allegatur in contrarium principium dictæ constitutionis 20. ubi traditur regula, transire obligationem in heredes fidejussoris. Hic enim sumus non in casu regulæ, sed in casu exceptionis ibi subjectæ, & pacti facti de alio fidejussore in demortui locum substituendo; quo casu clarè deciditur, obligationem non esse transitoriam in heredes demortui fidejussoris, sed personalem, quæ cum persona ejusdem extinguatur & pereat. Maximè, cum hic disertè sit expressum, quid fieri debeat, si hoc non fecerint fidejussores; nempe ut non defuncti heres, sed ipsi in solidum etiam hoc nomine ad conventum jus leistandi teneantur, usq; dum aliquem succenturiarint, in verbis: In die leistung reiten vnd daraus nicht kommen / es werde dann an des oder dero verstorbenen stadt ein ander oder andere in die verpflichtung bracht/ ꝛc.

Et ut omnis de hac re tolleretur dubi-
tatio, additum est post disertè, ne ante ul-
lus heres fidejussoris teneatur, quàm si o-
mnes in rerum natura esse desierint, in
verbis, **Ob wir aber alle vorstürben/welches
Gott zu walten/ alsdann sollen unsere Erben
in solche Bürge und selbschulden zu treten vor-**
85. **pflichtet sein 2c.** Verbum autem † **Ob** (si)
& similia hic posita important conditionē.
*Barthol. l. 1. num. 3. post gloss. ibi verb. condi-
tio. de condit. & demonstrat. & l. 3. in 1. oppo-
sit. de legat. 1. per l. si Titio. ubi Barthol. Quan-
do dies legat. cedat:* præsertim concepta
in † tempus mortis, ut hic, cujus dies in-
certa per se conditionem habet *l. 1. in fin. l.
dies incertus. l. quibus diebus. §. quidam. de
condit. & demonstrat.* juxta distinctionem
Baldi *l. ambiguitatem. num. 4. C. de usufruct.*
86. Conditio autem † specificè servanda *l. Mæ-
vius. l. qui heredi. de condit. & demonstrat.
Tiraquell. in retract. convent. §. 2. gloss. 1.
& unic. num. 4.* tanquam forma & solen-
nitas contractus. *Bald. authent. matri &
avis. in princ. C. quando mul. tutor. offic.
per l. 2. §. ult. ubi Jason & Dd. de vulgar.
& pupill. substit. Tiraquell. latè de retract.
proximit. §. 1. gloss. 21. num. 13. & de re-
tract. convent. §. 2. gloss. 1. num. 3.* & cau-
sa finalis. *Tiraquellus ibidem per Barthol. l.
2. §. ultim. in princ. de donation. & l. de-
monstratio. §. quod autem. de condit.* ne ul-
tra suam intentionem obligentur contra-
hentes *l. non omnis. Si cert. petat. cum si-
milib. latè Tiraquell. de retract. proximitat.
§. 30. gloss. 1. num. 7. 8. 9. 10. 11*; maximè
fidejussores pro alio intercedentes *l. cen-
tum. l. ult. de eo, quod cert. loc. l. fidejussores
magistratuum. l. græcè. §. 1, 2. de fidejusso-
rib. ubi Dd.* Et ideo non tenentur, nisi
quatenus promiserunt. *l. si fidejussor sortis.
l. fidejussores Magistratuum? l. græcè. de
fidejussor. l. 2. §. sed si qui satisd. cogant. l. so-
lutum. §. 2. de pignorat. action. l. penult. Ut
legat. nom. &c.* dato etiam, quod princi-
palis amplius teneretur *l. Græcè. §. illud. &
§. ult. de fidejussor. gloss. verb. præstabis. in l.
quæro. in princ. ubi Dd. locat.*

Cum igitur adhuc supersit unus fide-
jussorum, nempe N. ab H., sequens est
nondum extitisse casum, quo heredes te-
neri queant: cum verbum universale **wo
die Bürgen alle vorstürben/** non possit ve-
rificari nisi omnibus mortuis. Nam uni-
versalis *Omnis* omnia compræhendit & ni-
hil excipit *l. Julianus. de legat. 3.* præsertim
87. in futurum † (ut hic) concepta *Barthol.
num. 3. 4. & Dd. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.*
& verificatur tantum in pluribus compræ-
hensis. *Barthol. in proœm. D. verb. omnem.*
Nam totum complectitur *l. servi. §. final.
ubi Barthol. l. ex toto. de legat. 1. Decius consil.
69. num. 5. Cravet. consil. 80. num. 13. vol. 1.* neq;
scindi potest. *Tiraquell. de retract. proxim.
§. 1. gloss. 21. num. 12. 13. & 14. & de retract.
convent. §. 2. gloss. 1. num. 3. & 4.* aut altero
eorum, quibus adjecta est *l. si fuerit. in princ.
de manumiss. testament. l. si plures. ubi gloss.
verb. conditionem. Bald. & Dd. C. de condit.
insert. l. cui fundus. ubi Barthol. de condict.
& demonstrat.* Et constat instrumentum
† in talem conditionem conceptum non 88.
posse executioni mitti, antequam specificè
conditio sit impleta. *Cravet. consil. 220. num.
10.* nec habere executionem paratam ante
conditionem impletam, & donec imple-
tam esse, probetur; etiamsi sit ex statuto
guarentigionatum *Bald. l. cum ex testamen-
to. in fin. C. de testament. manumiss. Imol. An-
gel. l. fin. §. Titius. de vulg. & pupillar. substitut.
Alexand. l. qui Balneum. 9. Qui potior. in pign.
&c.* Hæc enim est instrumentum † liqui- 89.
dum, antequam conditio ejus liquidetur
*Castrens. & Alexand. l. item quia. in princ. de
pact. Bald. l. siquidem. num. 3. 4. C. de exceptio.
Alexand. consil. 119. parte 1.* Nam conditio-
nes specificè implendæ sunt, sicut dictum
est ex *l. qui heredi. l. Mævius. de condit. & de-
monstrat.* & non præsumuntur, nisi probe-
tur *Castrensis, Alexand. & Dd. d. l. item quia.
de pact.* Quoniam est de substantia proba-
tionis. *Bald. consil. 122. dictus processus, in princ.
lib. 3. Tiraquell. de retract. convent. §. 2. gloss. 1.
num. 4.* Unde instrumentum guarentigio-
natum non habet executionem paratam,
nisi liquidata conditione *Alexand. l. item quia.
in princ. de pact. Bald. l. 2. C. de except. rei ju-
dic.*

Et ut maximè (posito non concesso)
teneretur hic B. à W. nomine sui patris, cui
successit: non tamen vel ex eo capite posset
conveniri, quod jam pridē duplo plus no-
mine patris exolvit, quam ex ejus heredi-
tate percepit. Quanquam enim jure com-
muni hæres adeundo omnibus debitis he-
reditariis & ad omne æs alienum obstringi-
tur, si adeat sine beneficio inventarii *§. an-
tepen. & penult. Inst. de hered. qual. & c. l. ul-
tim. §. in computatione. ubi Bald. Salicet. Mon-
tan. & Dd. C. de jur. deliberand.* ad quorum dis-
solutionem non tantum res ejus allodiales
capiuntur; verum etiam in fructus feudi ad
ipsius vitam nomine paternorum debito-
rum fit executio. *Castrens. num. 3. 4. Angel.
& Dd. l. pro herede. §. siquidem. de acquir.
hereditat.* tamen illa non obtinent in solo
Saxonico, ubi hic † domicilium B. à W. 90.
habet

habet constitutum, & cujus jure meritò utitur Landtrecht *libr. 3. art. 33. & 44. ubi gloss.* Quia licet contractum intelligatur loco destinatæ solutionis: tamen in contractibus non fit remisio. *Castrensis & Dd. l. 1. de eo,*
91. *quod cert. loc.* & meritò † attenditur jus loci, ubi agitur & res sita est, & hic reus domicilium habet ac hæreditatem tenet paternam. *l. unic. ubi Salicetus. C. ubi de heredit. & c. Parisius consil. 120. num. 10. volum. 1.* & ubi executio contra eum facienda est *Bald. l. ult. num. 1. C. de jur. domin. impetrand. l. ordo. num. 1. 6. 7. C. de execut. rei judicat.*

Et ista exceptio nihil pertinet ad illud instrumentum, sed est res planè separata, quam iste hæres ex jure communi Saxonico ducit, ut omnino hoc juris beneficio juvari non decipi debeat. *l. Paulus. de Pretor. stipulat;* non obstante illo instrumento nihil ad jus hæreditarium & beneficia hæredum pertinente, ut ex separatis nihil inferri possit *l. Papinianus exult. de minorib. l. final. de separat. l. inter. §. sacram. de verb. obligat.* Nam hoc jure etiamsi hæres adeat sine confectione inventarii: non tamen ultra vires paternæ hereditatis ad æs patris alienum tenetur Landtrecht *libr. 1. art. 6. & 22. ubi gloss. Reinhard. different. 38. Henning. Goden. consil. 15. de success. feud.* Et proinde nec fructus feudi ejus hoc nomine possunt obligati esse; cum non in patris sint hereditate; sed ipsiusmet propria bona post mortem patris quæsita, excepto ultimo anno, quo pater mortuus est *Reinhard. diff. 1. part. ult. per art. 76.* Landtrecht *lib. 3.* Quemadmodum & feuda ipsa, quæ non capit jure hereditario *Mynsing. observat. 67. centur. 3.* sed beneficio primi acquirentis; ideoq;
92. nec jure † neq; nomine hereditatis veniunt *c. 1. de eo qui finem fecit. c. generali. ubi Laudens. Si de feud. controv. & c. c. 1. ubi gloss. de Capitan. qui cur. vend. c. 1. de success. feud. c. 1. §. clientulus. de alienat. feud. Bald. authent. in successione. ad fin. C. de suis & legit. c. 1. ubi Alvarot. & Feudist. An agnat. vel fil. ubi Bald. num. 12.* Jason & communiter Dd. *l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posthum. Jason. in §. actionum. num. 210. Instit. de action. & in prælud. feud. num. 43. Bald. l. cum virum. num. 21. C. de fideicommiss. & l. 1. quæst. 48. de rer. divis. latè Tiraquell. in tract. mortis. 4. parte declar. 5. num. 18. & de retract. proxim. §. 1. gloss. 3. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & c.*

Quamvis etiam teneretur ad sortem principalem: disputari tamen posset, an ad usuras vel pensiones promissas; quia cum sint promissæ nomine usus pecuniæ Comiti mutuo datæ, nihil aliud sunt, quàm usura,
93. quæ propriè † in mutuum cadit *l. 2. §. creditum ubi Decius in 3. notab. Si cert. petat. c. 4. c. consuluit. 10. de usur. Panormitan. consil. 62. circa. in fine. libr. 1. Cravet. consil. 189. quando. num. 7. consil. 145. num. 6. per gloss. 14. quæst. 3.* quam dicit communem sententiam Molineus *tract. de usur. in princ. num. 8. & 9.*

Quanquam autem jure civili veteri ex stipulatione deberi possunt *l. Titius. de præscript. verb. l. 1. C. de judic. l. 1. l. 3. C. de usur.* sicut & ex mora *l. cum quidam. §. si pupillo. de usur. Jason. l. 1. post Barthol. num. 48. C. de summ. Trinitat.* intra legitimum modum *l. si pro mutua. C. si cert. petat.* definitum. *l. eos. C. de usur. l. placuit ff. eod.* & cauta † in instrumento (ut hic usuræ) pro stipulatione habeantur *l. non figura. de obligat. & actionib:* tamen lex divina † prohibet usuras in utroq; testamento *c. 4. de usur. Panormitan. in rubric. eod. num. 5. Molin. de usur. in princ. num. 9. 10. 11. 15. Alexand. consil. 93. num. 8. volum. 6.* & Canonicum jus omnes generatim damnat *c. 1. 2. 3. 4. & passim. de usur. c. 1. 2. 14. quæst. 3. 4. 5. 6.* quod † jus in hac causa peccati etiam in foro civili jam servandum est *c. 2. ubi Dd. de usur. Bald. Salicet. & alii l. eos. C. eod. tit. Balb. tract. præscript. in princ. num. 2. 3. Neguzant. de pignor. part. 5. Socin. consil. 39. visis. num. 5. volum. 1. Decius consil. 110. num. 6. Schurff. consil. 83. prædicta. num. 11. centur. 3.* Atq; adeo etiam Justinianus putatur novissimo † jure civili usuras omnes sustulisse; ex quo concilia quatuor universalia probavit, quibus usuræ damnabantur *in authent. de Eccles. tit.* ut de hoc concilii Niceni decreto constat ex c. quoniam. *distinct. 47.* Et hanc communem facit Panormitan. *c. cum sit. num. 18. de for. compet. Covarruv. resolut. lib. 3. cap. 1. num. 7. Salicet. in authent. ad hæc. num. 3. & 5. C. de usur. Cacheran. Decis. Pedemont. 137. num. 9.* 94. 95. 96. 97.

Quocirca hodie neq; ex stipulatione nec ex mora † usuræ debentur *Jason. l. qui Romæ. §. Seia. num. 29. de verb. obligat.* ne quidem ex litis contestatione vel sententia. *Angel. in §. fuerat. num. 4. Instit. de actionib. Natta consil. 450. num. 14.* Panormitanus & communiter Dd. *in rubric. & c. 1. de usur.* Nam jure novissimo, etiam civili omne fœnus est † improbum. *Salic. num. 2. post Bald. l. improbum. C. ex quibus caus. infam. & l. eos. num. 8. C. de usur. Gloss. c. quia. ubi Panorm. num. 7. de usur. Albericus l. si pecuniam. num. 3. Si cert. petat. Guido Papæ tract. usurar. in princ. num. 3.* de quo dicit Alexander neminem dubitare *consil. 49. num. 1. lib. 4.* adeo, ut pro hæretico habendus sit, qui pertinaciter † defendere vellet non esse peccatum, recipere usuram. *Guido Papæ & Alexand. prællegat.* 98. 99. 100.

loc. Cacheran. Decis. Pedemont. 137. num. 9. Ruinus consil. 145. num. 9. lib. 4. Roland. à Valle consil. 35. num. 26. Crotus consil. 86. num. 1. Socin. consil. 2. num. 3. lib. 1. Cotta. in memorab. incip. Usura trientes.

Sed nec de hoc anxiè disputandum, postquam Ordinationes Imperii & locorũ statuta consuetudinesq; quincunces usuras admittunt, & executionem etiam ita fieri super his quotidie videamus. Itaq; sufficiat hic illud, quod ubi sors ipsa peti non potest ab hoc herede fidejussoris per rationes supradictas, ibi nec usura peti queat. *l. 4. C. de usur. l. 4. C. deposit. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. l. centum Capua. l. ult. ubi Jason. & Dd. de eo quod cert. loc. & in l. 1. C. de judic. cum similib.*

Quibus ex omnibus, cum satis pateat & demonstratum sit, nullam hic creditori competere actionem contra hunc W. fidejussoris heredem; cum, quia conditio nondum extitit, sub qua heredes obligantur in instrumento, utpote superstite adhuc uno fidejussorum; tum quoniam actio jam pridem est præscripta; deniq;, quod supra vires hereditatis à Parente relictæ conveniri heres hic jure Saxonico nequeat: concludendum est, non obstantibus dubitandi rationibus supra positis, quæ per se concidunt & ex jam dictis refutantur, dictum W. consulentem ab hac petitione absolvendum esse. Salvo tamen cujusvis rectius sentientis judicio.

Consilium CCCXXIIX.

An statuto generali Legitima Tollatur.

SUMMARIA.

1. *Liberi sunt obligati ad alendos parentes & successionem relinquendam, & contrà, Jure naturali.*
2. *Etiam bannitum, quamvis pro mortuo habeatur.*
3. *Damnato in metallum alimenta debentur.*
4. *Legitima post mortem succedit loco alimentorum.*
5. *Necessitas præstandorum alimentorum non tollitur statuto.*
6. *Quia necare videtur, qui non alimentat, quod ut homicidium statutis permitti contra decalogum nequit.*
7. *Legitima statuto tolli nequit. & n. 13. 14.*
8. *Surrogatũ sapit naturam ejus, cui surrogatur.*
9. *Legitima non minus parentibus, & n. 12. quã liberis Jure naturali debetur.*
10. *Etiam fratribus, si turpes personæ instituãtur.*
11. *Successio ab intestato debet esse reciproca.*
15. *Statutum, ut pars legis civilis non tollit jus naturæ.*
16. *Jura sanguinis statuto non tolluntur.*
17. *Nec pacto legitima tollitur.*
18. *Lex municipalis est civium conventio.*
19. *Quod pactis fieri potest, etiam statuto.*
20. *Per testatorem tolli nequit legitima.*
21. *Liberorum & parentum successio est civilis Juris.*
22. *Legitima est Juris civilis, & eodem Jure tollitur.*
23. *Sublato Jure, per quod itur ad aliud, Jus ipsum quoq; tollitur.*
24. *Circa legitimam potest statutum disponere, etiam tollendo indignis.*
25. *Jus civile facit pro filio haberi, qui non est, & contrà.*
26. *Legitimam statuto posse tolli est communis.*
27. *Non tanto vinculo debetur parentibus legitima, ut liberis.*
28. *Legitima parentum potest in totum tolli statuto.*
29. *Sublatâ legitimâ, tamen alimenta peti possunt.*
30. *Differentia inter legitimam & alimenta.*
31. *Jus civile alimenta tollit.*
32. *Officiũ Judicis, quo petuntur alimenta, tolli potest, licet non instinctus naturæ.*
33. *Legitima Jure civili debetur, quamvis ex instinctu naturæ & tolli potest.*
34. *Justa causa in lege præsumitur.*
35. *Lex ex causa potest auferre dominium.*
36. *Multa possunt fieri per statutum, quæ non per pactum.*
37. *Argumentum hoc quando succedat.*
38. *Statutum est odiosum, auferens patri successionem.*
39. *Exhæredatio est odiosa.*
40. *Statutum excludens parentes non extenditur.*
41. *Statuta successionum strictè interpretanda.*
42. *Statuta semper sic interpretanda, ut quam minimum lædant jus commune.*
43. *Statuta stricti juris.*
44. *Legitima non Jure successionis, sed proprio debetur.*

45. Est

45. *est æs alienum.*
46. *pars bonorum non hæreditatis.*
47. *Non est titulus lucrativus.*
48. *Hæreditatis titulus lucrativus.*
49. *Legitima singularis.*
50. *Statutum excludens filias à successione non excludit à legitima.*
51. *Statuti verba propriè accipienda.*
52. *Nemo excluditur à legitima generalibus verbis, nisi expressè pronunciando.*
53. *Qui non succedit, tamen legitimam consequi potest.*
54. *Quæ specialiter exprimi debent, non veniunt sub generalitatem.*
55. *Statutum generale non intelligitur de casibus specialem favorem habentibus.*
56. *Statutum generale non excludit dotem aut legitimam.*
57. *Cohærent Jus succendi ab intestato, impugnandi testamentum, & petendi legitimam.*
58. *Proficit victoria de inofficioso testamento succedentibus ab intestato.*
59. *Legitimam tantùm petere possunt, qui impugnare testamentum, & ab intestato succedere.*
60. *Definitio legitimæ.*
61. *De non ente non datur portio. Cum igitur legitima sit triens portionis, ab intestato successionis, sequitur, ubi hæc non debetur, nec legitimam deberi.*
62. *Cui totum adimitur, magis pars.*
63. *Exclusus à successione habetur pro mortuo, nec partem facit.*
64. *Quod operatur propositum in proposito, id etiam oppositum in opposito.*
65. *Ut igitur vocatus ad successionem, in solidũ vocatur, sic in solidũ exclusio extenditur.*
66. *Ignotus jure civili & exclusus à successione, nec legitimam habet.*
67. *Remoto illo, cujus contemplatione conceditur aliud, hoc quoque remotum intelligitur.*
68. *Statuta recipiunt interpretationem passivam à Jure communi.*
69. *Statutum generale est generaliter accipiendum.*
70. *Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.*
71. *Consuetudo optima interpres, maximè in Contrarietate Jurium.*
72. *Communis quod exclusus ab intestato excludatur à legitima.*
73. *Ex diversis non fit bona illatio.*
74. *Alimenta debentur etiam excluso ab intestato.*
75. *Specialia & minus generalia præponderant generalioribus.*
76. *Quænam faciant dispositionem magis specialem aut generalem?*
77. *Statutum facilius tollit legitimam, quàm pactum.*

Casus talis est.

V A. ist ein alt herkommen / StadtRecht vnd gewonheit / wo zwey Eheleut in der Ehe zusammen kommen / vnd eins das ander vberlebt / vnd keine Erben von jhren Leibern gebohren werden / daß alsdann des Todes halben abgehende Theil das vberlebende / vngeachtet / daß derselbigen eins Mann oder Weib / in auffsteigender Linien Vater oder Mutter im leben hat / vnd hinder sich lesset / beerbet vnd befellet / Solch Statutum, StadtRecht vnd gewonheit ist vor drey / fünff / zehen / zwantzig / dreyssig / viertzig / funfftzig vnd mehr Jahren also im vblichen gebrauch / wie dann dessen vnterschiedliche vielfältige fälle verhanden vnd angezeigt werden kündten / in dem es jederzeit also / vnd anders nicht gehalten worden.

Nun tregt sichs zu / das zwey Eheleut bey einander im Ehestande eine ziemliche Nahrung an liegenden vnd fahrenden Gütern erzeuget vnd erschwungen haben / Jedoch was der Mann durch seine Geschicklligkeit / arbeit vnd fleiß bekommen / das ist von des Eheweibes baarschafft / geldt vnd Nahrung (die dann zuvoran auch einen Mann gehabt) herkommen / etc. Der Mann stirbet / lest keinen Erben in absteigender linien / wie die genant werden möchten / sondern allein seynen Vater / hierauff ist die frag / ob der Vater legitimam, inmassen alß die Kinder von den Eltern legitimam zu fordern haben / gleicher gestalt zu recht fordern könte / vnd ob das nachgelassene Eheweib von wegen solches StadtRechts / so vielfaltiglichen in vblichen gebrauch / darnach auch geweiset / gehandelt vnd außgesprochen worden / sich damit schützē / vnd je für solche anforderung jhres verstorbenen

 nen

nen Ehewirts selig nachgelassenen Vaters/ so legitimam, begehret/ zu hülff kommen künte.

Christi Redemptoris divino implorato auxilio.

QUÆSTIO I.

Circa primam hujus Consultationis quæstionem, quæ habet, an valeat statutum, quo ad defuncti filii hæreditatem conjunx admittitur, & pater penitus ac in totum negligitur, nec legitimam portionem ei adjudicando, variæ reperiuntur nostrorum doctorum post longam disceptationem sententiæ. Et primo quidem intuitu videbatur sustineri posse, quod tale statutum non valeat, tanquam iniquum & contra bonos mores.

RATIONES DUBITANDI.

1. Nam certum est, quod liberi Jure naturali † obligati sunt ad alendos parentes. Ita probatur in L. si quis à liberis. *ff. de liber. agnoscend.* cum ibi primò dicitur, hanc rem ex æquitate, charitateq; sanguinis descendere. Secundò, dum vult Jurisconsultus ibi, quod sicut parentes debent alere filios; ita filios vice mutua alere parentes debere. Sic itaq; expresse probatur, eo Jure parentes à filiis, quo jure filii à parentibus alendos esse; cum tamen certum sit, parentes ad illud jure naturali obligatos *L.1.§. Jus naturale. ff. de justit. & Jur. §. primo. Inst. de jur. natural. & civil.* Idem probatur *in L. 1. & 2. C. de alend. liberis. & in L. filia tua. C. de patria potestate.* ubi eodem jure & reverentiã & vitæ subsidium exhibere debeant filii parentib9; cum certum, filios ad reverentiam & honorem parentibus exhibenda naturali jure teneri. *L. unica. C. de in jus vocand.* ibi, nec in ea re rusticitati venia præbeatur, cum naturali ratione honos huj9modi personis debeatur.

Hinc eadem ratione introductum fuit, ut sicut parentes nõ possunt filios suos in testamento silentio præterire, sed legitimam saltem portionem eis cogantur relinquere: ita vicissim illud idẽ in filiis est introductũ; cum eadem ratione videatur parentib9 debita successio filiorum, qua filiis parentum. Ita habetur expressè in §. sive igitur. *vers: justum autem esse perspeximo. auth. Ut cum de appellat. cognosc. coll. 8.* In tantum, ut etiam patrem bannitum † cogantur alere filii, propter jus illud naturale, quo jure pater est. 2.
Quamvis quod ad jura civitatis pro mortuo habeatur, facit textus in §. si vero *contigerit. auth. de incest. nupt. coll. 2.* Ibi: pascentes autẽ eum, & alia necessaria præbentes. Nam licet Legum contemptor & impius sit: tamẽ pater est; sicut etiam † in metallum damnato alimenta debentur. *L. si in metallum. ff. de his, quæ pro non script. habentur. l. 15. cui. ff. de aliment. & cibar. legat. & ita habetur per Joann. de Lignan. in tract. de amicitia. §. surgit ex prædictis quæstio. num. 5. Nelly in tract. de bannito. in patria potestate. 7. dist. tempor. quæst. 48.* Ubi itaq; filii moriũtur, & sic parentes ampli9 alere non possunt, meritò viventib9 parentibus ex bonis defunctorũ saltem legitima debetur, quæ propter † casum mortis dicitur loco alimentorũ succedere, ut pulchrè notant Cyn9 & Salicet9 *in l. sancimus. C. de nupt. notatur etiam in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccles.* 3. 4.

Et quidem talis necessitas alimentorũ præstandorum † videtur nullo statuto tolli posse, cum nec abdicatio permittatur filiorum, ut habetur & notatur in L. abdicatio *C. de patr. potestate. & ita etiam allegat Signorol. de Homod. in cons. 37. Incip. factum sic proponitur. prima quæstione.* Imo tale statutum esset quodammodo inhonestum, impium & contra naturam, & consequenter invalidum *C. erit autem lex. 4. dist.* Nam nihil esset aliud, si posset statuto filius denegare alimẽta patri, quàm permittere patrem † occidi à filio, cum necare videatur, qui debita denegat alimenta. §. 1. auth. *de trient. & semiss.* versic. non licet ut igitur *de cætero. coll. 3.* Ibi, si vult filiorum non repente morientium, sed vivere volentium vocari pater; & in L. necare. *ff. de liber. agnoscend.* Ibi, necare videtur, qui alimoniam denegat; quod esset contra præcepta decalogi, & omne jus divinum, contra quæ statuto nihil introduci posset. *notat. in auth. ad hæc. C. de usur. per Barth. in Rep. l. omnes populi in 2. quæst. prin ff. de Justit. & Jure.* 5. 6.

Sicut ergo ex his concluditur, quod statutum non posset tollere alimenta; ita nec † legitima, quæ loco alimentorum succedit, tolli poterit. Nam surrogatum † ejus est naturæ, cujus est id, in cujus locum surrogatur. *l. filia. §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. si donata. §. fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. Barth. in L. 1. §. hæc actio. ff. si quis testament. liber esse jus. fuer. & per Dd. in l. si eum. §. qui injuriarum. ff. si quis caution.* 7. 8.

Secundò principaliter dicitur, legitimã parentibus in bonis filiorum † non minus, quàm filiis in bonis parentum jure naturali debe- 9.

li deberi. Istud probatur in L. scripto. *ff. unde liberi.* Ubi dicitur, parentes ad bona liberorum ratione miserationis admitti. Quæ ratio miserationis nihil aliud est, quàm jus & instinctus naturæ, ut loquitur JC. *l. fin. ff. de custod. & exhib. reorum.* Nec obstat, dum ibi dicitur, non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hæreditas. Nam conceditur in terminis ipsius juris naturalis alia ratione admitti filios, quàm parentes. Cum enim diversæ sint conditionis, & qualitatis, diversis etiam rationibus vocantur; ita tamen, ut omnia ad jus naturale referantur. Nam parentes naturali miserationis ratione; filii per naturale & parentum votum. Idem probatur in L. nam etsi parentibus. *ff. de inofficios. testament.* ubi dicitur, Quod non minus parentibus, quàm liberis piè relinqui debeat. Quæ pietas sine dubio causatur à ratione naturali. Nec obstat, quod ibi dicitur, parentibus hæreditatem filiorum non deberi propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem. Nam licet hoc facilè concedatur: subest tamen alia pietas, & naturalis instinctus. Nam illa pietas nihil est aliud. Facit, quod habetur in L. matris pietas. *C. qui petant. tutores.*

Tertiò probatur, quod etiam ea legitima pars, quæ debetur parentibus, eis debeatur de Jure naturali in §. 10. *in auth: de hæredib. & Falcidia.* dum ibi dicitur, testatoribus impositam necessitatem quarundam personarum instituendarum, tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quales sunt filii, & nepotes & patres, atque matres, & interdum † etiam fratres. Nec obstat ibi, cum filiis & parentibus etiam fratres fuisse expressos: nam si institutæ fuerint turpes personæ, jure naturali illis pro hærede sunt fratres, de quo casu sine dubio locutus ibi fuit Imperator in L. fratres. *C. de inoffic. testament.*

10\. (margin, beside "tres, atque matres, & interdum † etiam fratres")

Quartò hoc confirmatur, quod successio † ab intestato debet esse reciproca, mutua, æqualis, & vicissitudinaria. §. filium vero. *auth: quibus modis natural. efficiunt sui &c.* Ubi filius non succedit cognatis patris, quia nec ipsi filio legitimato. Patri vero succedit, quia & ei pater; ut sic inter illos omnimoda consideretur Reciprocatio. Facit. L. si ab eo. *C. de leg. hæred.* Ubi, sicut reservatur jus patri in bonis filii, ita & conservatur jus succedendi in bonis patris. Sic ergo sequitur, quod sicut jure naturæ legitima conservatur & debetur filiis in bonis parentum: ita debeatur parentibus in bonis filiorum propter mutuam & reciprocam successionem, quæ inter ipsos servari de-

11\. (margin, beside "cessio † ab intestato")

bet, cum certum sit, filiis legitimam † jure naturali deberi. 12. §. *primum itaq. de hæred: & Falcidia. col. 1. §. hoc natura. de trient. & semiss. l. nam etsi parentibus. ff. de inofficios. testament. l. scripto. in fin. ff. Unde liberi. l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum.*

Pro quo ultimo facit, quod ex sententia Augustini refert glossa *c. si qui filii. 30. dist:* quæ dicit, primò diligendus DEUS, secundò parentes, tertiò filii. Et ex præcepto Divino filius est obligatus patri, Exod. 20. Quis ergo dubitaret parentibus jure optimo deberi legitimam in bonis filiorum, magis etiam quàm filiis in bonis parentum. Cum autem legitima † filiorum in totum non 13. possit tolli per statutum: videtur, quod nec legitima parentibus debita tolli possit. Et quidem in filiis hoc ita expressè tenet disputando Richardus *de Malvo,* ut refert *Cynus in L. sancimus. C. de nupt. Bald. in L. 1. C. de summa Trinitat. & fide Cathol: & in L. 1. §. jus autem. ff. de justit. & jure. Alberic. de Rosa. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testament. Salicetus in d. l. sancimus, & in auth: novissima in 21. quæst. C. de inoffic. testament. Domini de Rota. decisione 476. sub tit: de consuetudine in antiquis. Et latius decis: 18. in novis. Incip: fuit dubitatum. Johan: Andr. in addition. ad Speculator. Rubr. de statu Monach. vers: scire debes, quod Richardus. Roman. in rubr. C. qui admitti in pen: coll:* Abbas *inc. Raynutius in 4. & 5. coll: extr. de testamentis num. 12.* ubi ita videtur velle in casu, quo filii non haberent alimenta. *Idem tenet Alexand. in cons. 55. incipiente, viso titulo quæstionis. circ. finem. in 2. volum: & in cons: 75. incip: visis & diligenter in 10. vol: Curtius Junior in consil: 80. incip: rectè præfatis. in fin. Johan: de Jacob. in L. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condict: & demonst: Alberic. de Rosate. in 2. parte statutorum. quæst. 104. cum sequenti.*

Et cum deductum sit, etiam parentibus legitimam jure naturæ deberi; sequitur, quod statuto aut lege † illa tolli non 14. possit, cum lex civilis, cujus pars est statutum civitatis. *L. jus civile. L. omnes populi. ff. de justit. & jur.* non possit † tollere ea, quæ 15. sunt juris naturalis; cum jus naturæ immutabile sit. §. *sed naturalia. Inst: de jur. natural. & civil. L. eas obligationes. ff. de capit. diminut: ibi quia* civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest. Item cum supra probatum sit, alimenta parentibus sanguinis ratione & conjunctione deberi, ut probatur expressè in L. si quis à liberis. *ff. de liber. agnosc.* Ibi, quæ res ex æquitate charitateq; sanguinis descendit; similiter sequitur, quod statuto tolli † non possit, cum jura 16. sanguinis tolli jure civili non possint. *L. jura*

sanguinis. ff. de regul. jur: L. jus agnationis. ff. de pactis. L. abdicatio. ubi gloss. C. de patr. potestate. Facit text. in L. 2. *ff. de usufr. earum rerum, quæ usu consumuntur*, dum ibi dicitur, quod naturalis ratio authoritate Senatus tolli non possit, ita ut sanguinis conjunctio etiam in servum cadat, ut notat Bartholus *in L. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusation.*

17. Pro quo etiam facit, quod debitum † naturæ non tollatur pacto expresse, & per consensum & spontaneam voluntatem ejus, cui debetur. Ita est textus in L. si quando. §. *illud. C. de inoffic. testament.* ubi non obstante pacto, quod filius patri fecit, potest ipse oppugnare paternum judicium hujusmodi pacto filio minimè prægravato. Facit textus in l. quod dotali. *C. de pactis. L. pactum dotale. C. de collat. & notatur in c. quamvis. de pact: in 6.* Si ergo illud debitum naturæ non potest tolli per pactum; videtur, quod nec per statutum tolli possit; cum procedat argumentum de pacto ad statutum, ut expresse voluit glossa *in rubr: C. de decret. ab ordin. faciend. libr. 10.* quæ dicit, non valere statutum, si pactum non valet. Quia
18. lex municipalis nihil est aliud, quam † civium quædam conventio. *L. de quibus. L. sed ea. ff. de LL.* Et ita arguit textus *in L. fin.* ubi Barthol. *C. de fidejuss.* ibi. Si enim pactis
19. † conventis hoc fieri conceditur, quare non ipsa legis authoritate hoc permittatur. Et ita etiam Alexand. *in cons. 2. incip. in causa & lite. in 5. volum. & in consil. 120. incip. Quia opportune & copiose. in fin. in 6. vol:* Et facit etiam in proposito: Nam dispositio legis, contrahentium & testatoris æquiparantur. *L. fin: ubi Bald. C. de reb: alien. non alien.* Sicut
20. ergo non † per pactum, certè minus per testatorem potest tolli legitima. §. *aliud quoq. autb. ut cum de appell. cognosc. col: 8. L. quiam prioribus. L. si quis testamento. L. scimus, & quasi per tot: C. de inoffic. testament:* ita nec per statutum tolli poterit.

RATIONES DECIDENDI IN PRIMA QUÆSTIONE.

HIS tamen omnibus non obstantibus concluditur in proposito, veriorem & magis communem omnium esse opinionem, quod statutum, de quo loquimur, conjugem ad successionem admittens, possit patrem in totum omni successione & legitima portione privare. Istud probatur primo in terminis fortioribus, scilicet, in legitima, quæ filiis in bonis parentum debetur. Nam omne jus succedendi, quod ho-
21. die habent liberi, dicitur illis † competere de jure civili. Nam antequam jus civile scriptum esset, nulla erat inter liberos differentia; imò natura omnes sine discrimine produxit, & omnes pariter, & ex æquo erant parentibus liberi. §. palam namque. *1. autb: quib. mod. natural. efficiunt. sui, coll: 6.* ibi. primis namque parentibus primi filii similiter quidem liberi, similiter autem legitimi à creatura fiebant. *& in §. illud. in authen: eod. tit: Quibus mod. natural. effic. sui.* ibi, Non enim fuit in principio, quando natura hominibus sanciebat sola, antequam scriptæ leges procederent, quædam differentia naturalis atque legitimi: sed primis parentibus primi filii etiam ipso processu nati, liberi fiebant. Jus itaque civile superveniens incepit introducere differentiam quandam pro creatis, constituendo statim inter ipsos, & differentia inter se jura, ut dicit textus in §. primo. *autb: quib. mod. natural. efficiant. sui.* ibi, mox lex introducit successionum modos. Hinc aliqui in totum ad hæreditatem admittuntur; quidam interdum repelluntur; interdum certa portione contenti esse compelluntur; aliqui in totum excluduntur, ut nec alimenta eis debeantur. §. nos igitur. §. *ne igitur.* §. *si quis igitur. &* §. *fin:* ibi, iste neque naturalis nominetur, neque alendus est à parentibus. *dict. autb: Quib. mod. natural. efficiunt. sui. L. legem Anastasii C. de natural. liber.* Et sic apparet, quod ea, quibus gaudere possint filii, omnia habeant † à Jure civili, quod multò 22.
magis erit in parentibus.

Secundò probatur, quod illa successio sit de jure civili, per l. Lege 12. tabb. *C. de legitim. hæred.* Ubi probatur, hæreditatem intestati lege 12. tabb. etiam ad suos hæredes pertinere; cum certum sit, eas leges esse partem juris civilis. *l. 2. §. primo. cum seq: ff. de origin. juris.*

Tertiò hoc probatur in §. *1. autb. de hæred. & Falcid.* ubi dicitur, Legem imponere necessitatem testantibus distribuere quandam partem quibusdam personis, tanquam hoc secundum naturam eis debeatur, quale est filiis & patribus. Et apparet, necessitatem illam introductam per jus civile, quamvis quidam instinctus adsit naturæ. Pro quo facit §. *si quis autem, ibi* legitima à personis, quibus debeatur. Item ex lege percipi, & eis per legem dari. Facit textus in §. 1. *autb: de trient. & semisse.* Imò absurdum videtur asserere, patrem jure naturæ astringi, vel filium, ad relinquendam successionem; cum eo jure nihil est proprium, & demum jure gentium dominia earum distincta. *L. ex hoc jure. ff. de just. & jure.*

Quartò hoc probatur per L. 3. §. *de illo. ff. pro*

ff. pro socio. ubi omnis hæreditas, quæ ab intestato etiam filio defertur, appellatur legitima successio & hæreditas. Et facit ad hoc glossa *ibi in verb. intestato*, quæ vult, quod etiam hæreditas, quæ defertur ex testamento, potest dici legitima successio, cum lege confirmetur. *L. lege obvenire. L. verbis. ff. de verb. signific.* Et tamen constat, quod successio ex testamento etiam fuit ante jus civile, ut patet in testamento Isaac, & aliis multis veteris Testamenti partibus &c. *Et notat glossa in L. quoties, in princ. ff. de hared. instit.* Hic ergo in proposito rectè dicitur; quamvis ante jus civile esset inventa successio liberorum: tamen ex quo lege 12. tabb. confirmata est, appellatur legitima successio. Pro quo etiam facit textus in L. quo nuper. *C. de inofficios. testament.* ubi expressè portio illa, quæ filiis debetur loco alimentorum, appellatur legitima, ibi, Quod deest legitimæ portioni repleatur. Cum ergo legitima, ut ex his probatum est, sit introducta per jus civile; sequitur, quod eodem jure civili, & sic per statutum tolli possit. Nam unum jus civile per alterum tollitur. §. *pen. Inst: de jur. natur. gen. & civil. L. de quibus. L. non est nomen. ff. de ll. latissimè per omnes. in L. omnes populi. ff. de justit. & jur. c. 1. de constit. in 6. cum vulgaribus.*

Sic dicitur, quod jure naturæ non reperiatur proditum aliquod auxilium, vel remedium contra testamentum patris filium prætereuntis. Cum enim jus dicendi nullum ob præteritionem solum detur existenti in patris potestate. *L. si filius, qui in potestate. ff. de liber. & posthum. L. posthumi per virilem. §. ex his apparet. ff. de injust. rupto & irrit. fact. testamento*; Patria autem potestas omni alio jure incognita, demum jure civili sit introducta. *L. 1. §. 1. ff. de rei vendic. §. 1. Inst: de patria potestate*: sequitur, quod jus dicendi nullum ratione præteritionis non erat ante jus civile; tum etiam, quod exhæredatus ad successionem patris non possit ritè venire, quàm per querelam inofficiosi. *L. si post mortem. §. exhæredati. ff. de bon. possess. contr. tabb. ibi.* unaque eis querela superest, si de inofficioso dicant. Querela autem inofficiosi testamenti est de jure civili. *L. filio. §. fin: & ibi notata. ff. de in offic. testamento.* Ex quo sequitur, quod ante jus civile non erat rumpendi via paterni judicii.

Imò etiam petendi supplementum legitimæ est de jure civili. *L. omnimodo. C. de inoffic. testament.* Nam ante jus civile cuilibet licebat de bonis suis pro arbitrio & libero voto disponere, non aliam ob causam, quàm quod illa necessitas relinquendi filiis aut parentibus demum jure civili fuit introducta; ita ut rectè dicatur, eandem necessitatem alio jure civili tolli posse. Et cum filii per legem vocentur ad successionem paternam per petitionem hæreditatis *L. 1. ff. de petit. hæred.* efficitur, quod & ipsa tolli possit, tanquam quæ sit civilis juris. *L. item veniunt. §. cum autem. ff. de petit: hæred.* Sublata itaque † sic via, per quam ad bona & successionem pervenitur, & ipsa bona tolli videntur. 23. Et sic non videtur de legis potestate esse hic dubitandum. Quia sublato medio, sine quo ad extremum perveniri non potest, & ipsum extremum in effectu sublatum videtur. Nam sublata querela, per quam devenitur ad hæreditatis petitionem, ipsa hæreditatis petitio sublata videtur. *L. sancimus. §. fin. C. de inofficios. testament.* sicut sublato jure restitutionis, per quod pervenitur ad rescissoriam, & ipsa rescissoria videtur sublata. *L. in honorariis. §. sed cum rescissa. ff. de action. & obligat.* & sublato jure offerendi per quod pervenitur ad pignoraticiam, & ipsa pignoraticia sublata videtur. *L. cum verissimi. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. notat. in l. si finita. §. postea autem. ff. de damn. infect.*

Imò in specie dicitur, quod jus civile possit circa legitimam disponere non tam tradendo modum, *ut in authent: novissimo. C. de inoffic. testament. & in c. Raynutius. ext. de testamentis. & per tot: tit: in auth. de trient. & semiss.* quam etiam in totum eam † adimendo, *ut habetur in §. aliud quoque capitulum. authent. ut cum de appell. cognosc. coll: 8.* 24. Hinc videmus, quod jus civile potest introducere certos modos, quibus mediantibus filius de medio subducitur, & penitus nihil percipere potest, non attento, quod jure naturæ filius sit. Ergo si aquæ & ignis interdictione plecteretur, si secundum ea jura emanciparetur, nihil omnino ei relinquendum erit. *l. Gallus. §. & quid, si tantum. ff. de liber. & posthum.*

Quare ergo in proposito non posset fieri statutum, quo pater excludatur, & quidem in totum? non sine dubio ita justum visum est statuentibus, & quod hoc secundum patriæ mores & consuetudinem profuturum subjectis. Nam sic magis invitabuntur conjuges, & collatis per vices mutuas opera & industria suas augeant facultates & patrimonium, si aliquam habeant succedendi spem reciprocam. Videmus namq; per experientiam rerum magistram onus curandæ, augendæ vel conservandæ familiæ non omni pondere maritis & patribusfamilias incumbere: verum, diligentem

gentem & laboriosam operam etiam à matribusfamilias impendi; ita ut in nostris partibus magis, quam in aliis dignæ sint, quæ ad successionem communium lucrorum admittantur. Id quod sine dubio summa in consideratione habuerunt statuentes. Et quod multa, imò innumerabilia alia contra jus commune introducta sint, ut homines ad industriam, & per solertem operam ad augendum patrimonium invitentur, non est obscurum, *faciunt, quæ notantur in L. 1. ff. solut: matrim.* Cum è contrario in illorum odium, qui res suas negligunt plura fuisse statuta, patet. *Faciunt, quæ notantur per Barth: in L. naturaliter. in princ. ff. de usucapion.*

Hinc contraria ratione videmus jus civile tam esse potens, ut propter suam dis-
25. positionem faciat haberi pro filio † eum, qui non est filius. §. *illud. in auth: de Monach. l. 1. ff. de adopt: & per tot: tit:* & facit reputari in numero agnatorum eum, qui non agnatus est. *L. penult. & fin. C. de legit. hæred.* Facilè ergo dicitur, quod etiam excludere possit eum, qui aliàs esset admittendus, *argumento L. pater Severianam. in princ. & quæ ibi habentur per Barth. in summario. ff. de condit: & demonstrat. L. ejus est. ff. de regul. jur. L. quis sit fugitivus. §. idem ait, si servus. ff. de ædilit. edict.* Et hic non dicitur, quod lex civilis possit facere, ut quis non sit filius vel agnatus: sed potest ipsum inhabilitare & reputare, tanquam extraneum, quoad succedendum §. *minus. Inst: de hæreditat. quæ ab intestat. deferunt. d. L. 1. §. fin. ff. de bonor. possess. contra tabb. L. si post mortem. §. liberi. ff. eod. L. 1. §. si pater. ff. de conjungend. cum emancip. liberis.* Et cum ante Prætorum edicta jus civile posset reperire emancipationem, & emancipatum tanquam extraneum penitus repudiare. §. *emancipatos. Instit: de exhæredat. liber. §. emancipati. Instit: de hæreditat. quæ ab intest. deferuntur:* sequitur, quod omne circa legitimam jus & potestatem disponendi habeat lex civilis; non considerato, quod filius etiam post emancipationem civili jure sit filius, ut habetur in L. qui in potestate. *C. de in jus vocand.* ubi etiam emancipatus filius debet petere veniam, si contra patrem agere velit; propterea secundum quod non desinit jure naturæ esse filius.

Et quidem ex his omnibus probatur, quod lex civilis possit disponere circa eam
26. † legitimam portionem, quæ debetur filiis à parentibus etiam in totum eos excludendo. Quam quidem opinionem plures tenuerunt Dd. & antiqui & recentiores. Inter quos hoc expresse tenuit Dynus & Johann. Andr: *in regulis c. indultum. de regul. juris in 6.* Angel: *in L. Papinianus. §. quarta autem. col. fin: ff. de inofficioso testament.* ubi dicit, se pluries ita consuluisse. *Idem in cons: 105. Incip. statuto cavetur. & in cons: 349. Incip. hæc consultatio. Idem Angel. in L. quod de bonis. §. fin. ff. ad Leg: Falcid. & ibi* Imola dicit, quod ista est communis opinio, sicut etiam Alexander ibi dicit post multas allegationes, quod ita communiter teneatur. *Abbas in consil. 65. incip: Primò est videndum. col. fin. lib. 2. Et idem Abbas in effectu idem tenet in c. Raynutius. extr. de testament. Jacob. de Beluis: in §. si quis autem. in auth: de hæred. & Falcid. Alberic. de Ros. in 2. parte statutorum quæst. 104. Johann. de Imol. in L. Titio centum. §. Titio genero.* ubi in effectu idem tenet Bartholus & Paulus de Castro. *ff. de condit. & demonst: Dominicus de sancto Geminiano in c. quamvis. de pactis in VI. Petr. de Anchoran. in rep: c. canonum statuta. in 30. coll: in fin. extr. de constitut. Fabian. de Giochiis in auth: novissima. C. de inofficioso testament. Fulgos. in L. Papinianus. §. unde si parens. ff. de inofficios. testament. Oldrad. in cons. 107. Incip. circa municipale. in princ.* Et dicit Marianus Socinus *in consil: 5. in prima parte*, istam opinionem apud Dd. esse magis communem. Raphael Cumanus *in cons. 90. Incip. derisorium videtur*, dicit, quod de potentia & validitate illius statuti non sit dubitandum. Decius idem tenet *in consil. 87. incip. pro resolutione. in princ. prima parte.* ubi dicit, quod de validitate talis statuti non sit dubitandum. *Et in consil: 19. incip. & pro tenui facultate mea diligenter consideratis omnibus. num. 16. in eadem parte.* Et hanc quidem sententiam dicit etiam communem Socinus *in cons: 150. incip. Dominus labia nostra. in princ. primo. vol: & in cons: 75. incip: visis & diligenter in primo vol: & in cons: 3. incip. circa præmissam consultationem. in 7. vol:* Corneus eandem opinionem communem dicit in pluribus locis; *maxime in consil. 150. incip. hanc quæstionem non reperio. in fin. in primo vol. & in consil. 150. incip. circa præsentem consultationem. in 2. vol. & in consil. 107. incip. In hac consultatione. in 3. vol. Et in consil. 123. incip: licet bene sit. eod. vol.* Et dicit Decius *in regula l. Jura sanguinis. in fin. ff. de regul. Juris.* Quod vera & magis communis opinio est, legitimam in totum tolli posse.

Quæ quidem omnia in terminis fortioribus procedunt & loquuntur, puta, in ea legitima, quæ filiis in bonis parentum instinctu naturali debentur, quod longè magis procedat in legitima debita parentibus in bonis filiorum; cum non tanto † vinculo debeatur legitima parentibus. *L. nam et si* 27.
paren-

parentibus,ff. de inofficios. testament. L. scripto. ff. unde liberi, & expressè per Bald. *in L. 1. in f. & ult: quæst: ff. de iustit. & iure.* Et hanc quidem sententiam, quod saltem legitima † ascendentibus debita possit in totum tolli per statutum, tenuerunt plures Dd. Johan. Andr. in addit. ad Speculatorem *in rubr. de success. ab intestat.* Angel. *in cons. 105. incip: statuto cavetur. ubi* expressè dicit, hanc esse communem opinionem etiam eorum, qui alias in legitima filiis debita contrarium tenerent. Idem *in consil. 104.* ubi dicit, etiamsi dubium esset de legitima descendentium: tamen in hac parte nullum subesse dubium. Alexand. *in consil. 3. incip: circa præmissam consultationem.* referens ita consuluisse. Paulus de Castr. *qui* dicit, eam opinionem in ascendentibus esse communem. *& in consil. 68. in 4. vol.* Roman. *in consil. 32. incip. visa municipali. col. fin. ubi* dicit, quod in hoc articulo nullus teneat contrarium. *Benedictus Capra. in consil: 15. incip: pro pl..iori, & in consil: 151. incip: subscripsi.* Corneus *in consil. 150. incip: circa præsentem consultationem. in 2. vol. & in consil. 150. incip: in hac quæstione non reperio. in fin. in 1. vol. in quibus locis* expressè dicit, quod in ascendentibus maximè vera sit opinio, secundum quam legitima statuto tolli potest. Idem voluit Ludovicus Gozadin. *in consil. 48. incip: videtur prima facie. num. 9. ubi* expressè fatetur, quod etiam illi Dd; qui tenent, legitimam filiorum non posse tolli per statutum: tamen omnes hoc concedant in legitima ascendentium. Et novissimè etiam Marianus Socinus Junior dicit, in hoc articulo esse omnium opinionem *consil. 25. incip: casus iste frequenter contingit. num. 8. in prima parte.*

Refutatio Rationum dubitandi in prima quæstione.

Et ita tenendo, ut omninò tenendum est, non obstant, quæ supra fuerunt adducta in contrarium. Et primò quidem non obstat, dum dictum fuit, filios jure naturali teneri ad alendos parentes, non aliter quàm parentes ad alendos filios: in tantum, ut etiam pater bannitus & deportatus, qui jure civili pro mortuo habetur, ali debeat; cum jure naturali pater permanserit, &c. alimenta etiam non possint tolli per statutum, cum hoc modo videretur concessa facultas, vel saltem data occasio necandi parentes, & cum legitima loco alimentorum succedat. Unde rectè sequitur, ita nec legitimam tolli posse, sicut nec tolli possunt alimenta. Nam ad hoc argumentum pluribus responderi potest. Et primò quidem ex eo, quod inferius deducetur, scilicet patri in facto proposito non ademptum alimentorum petendorum jus; etiamsi nec succedat † filio, nec ex iis bonis legitimam 29
consequatur.

Secundò dicitur in proposito, quod non procedat argumentum de alimentis ad legitimam; cum & in aliis diverso jure censeantur. Et sæpissimè legitima tollatur, ubi alimenta non adimuntur; sæpe alimenta denegentur, ubi legitima omninò debetur. Ita apparet de jure antiquo † & 30
lege 12. tabularum, quo jure filius emancipatus non poterat petere legitimam, cum quoad successionem pro extraneo haberetur. §. *emancipatos. Inst. de exhæred.* Et tamen talibus filiis nihilominus debebantur alimenta. L. si quis à liberis. *post princ. ff. de liber. agnoscend.* ubi & magis puto, etiamsi non sint in potestate liberi, alendos à parentibus. Eodem modo hoc apparet in filio deportato, & in metallum damnato, qui in totum excludebatur ab hæreditate paterna, tanquam mortuus; ita ut nec à prætoria admittatur æquitate, sed alteri sequenti aperiat jus petendæ bonorum possessionem contra tabulas. *L. 1. §. fin: ff. de bonor. possess: contra tabb. & expressè in L. 1. C. de hæred. instit:* & tamen tali filio non denegantur alimenta. *l. 1. ff. de iis, quæ pro non scriptis hab. L. legatum. cum ibi notat. ff. de capit. diminut.* Hinc dicitur, quod filius spurius alendus sit Jure Canonico; & tamen non est ei relinquenda necessariò legitima, Quia jura, quæ de legitima loquuntur, solum procedunt in filiis legitimis. §. *aliud quoq; capitulum. in auth. ut cum de appellation. cognosc. col: 8. cum: infinitis similibus.* Et ita probatur hoc de Jure Canonico *in c. cum haberet extr. qui filii sint legit:* ita ut appareat his casibus sæpe deberi alimenta, ubi non debetur legitima. Et idem in casu nostro inferius concludemus.

E contrario etiam sæpè debetur legitima, ubi non debentur alimenta. Nam filio aut patri diviti non debentur alimenta. L. si quis a liberis, *in fin. princ. de agnoscend. & alend. liber.* ibi. si modo in ea valetudine es, ut operi sufficere non possis: cum tamen legitima sine differentia debeatur pariter, & ex æquo diviti & inopi. Item legitima semper est uniformis, sive nobili, sive rustico, viro vel fœminæ, infanti vel juveni debeatur. *tot. tit. in authent: de trient. & semiss.* Et tamen alimenta ex his circumstantiis subinde variantur. *d. L. si quis à liberis. in fin. princ: ibi: pro modo facultatum.* Et ita in terminis nostris respondet Corneus *in consil. 150. incip.* circa

circa præsentem consultationem. in 2. vol: dicens, jure non caveri, legitimam succedere loco alimentorum; & quod inter illa duo multa dissimilia dentur, pauca similia. Sicut etiam videmus, quod avus maternus non cogitur alere nepotem ex filia, si pater vel avus maternus existat locuples *L. pen. ff. de liberis agnoscend.* & tamen sine dubio teneretur ei relinquere legitimam *d. §. aliud quoq; capitulum.*

Tertiò respondetur, quod imo jure civili non sit adempta potestas disponendi de alimentis. Et sic non obstante consideratione alimentorum valeret statutum, quod est pars juris civilis, ut supra probatum est. *Istud probatur per dict. tit: ff. de liberis agnosc: maximè in L. 1. §. sed si maritus. L. si quis à liberis. ff. eod.* Hinc videmus, quod jus civile fuit potens in introducenda differentia inter filios, qui jure naturæ ex æquo parentibus erant conjuncti; ita ut quibusdam concedantur alimenta, aliquibus etiam quid amplius concedatur, quibusdam verò

31. penitus † denegetur, non obstante, quod jure naturali sint filii. *Ita habetur in authent: quib. mod. natural. efficiunt. sui. maximè in §. final.*

Non obstat, dum secundo loco dictum fuit, parentibus debitam legitimam ita esse de jure naturali, sicut eam, quæ à parentibus debetur filiis, & consequenter non possit illa tolli, sicut nec hæc, quæ filiis debetur. Nam ad hoc in specie respondetur, quod imo etiam legitima filiorum possit tolli per statutum rationibus & authoritatibus supra deductis. Quæ adducta in contrarium facilè vincunt, & quia etiam nostri temporis Dd. eam sententiam communem esse attestantur. Secundò respondetur, quod non procedat argumentum à legitima debita filiis ad eam, quæ debetur parentibus. Nam supra pluribus est deductum, etiam eos Dd., qui volunt legitimam debitam filiis, tolli non posse; uno tamen ore omnes concedere, quod legitima ascendentibus debita tolli possit, quæ tunc pluribus recitata brevitatis studio hic longius non repetuntur.

Non etiam obstat, quod dictum est, legitimam esse de jure naturæ, & consequenter, quod statuto tolli non possit; cum jura naturalia remaneant immutata. Nam ad hoc respondetur, quod quamvis instinctus

32. † ille naturæ, quo parentes invitantur ad filios alendos, ut omninò conceditur, tolli non possit: nihilominus tamen potest ex causa tollere istam necessitatem civilem, hoc est, officium Judicis, quo mediante alimenta petuntur, *ut in d. L. si quis à liberis in princ. ibi. Judex de ea re cognoscet. §. solent judices cognoscere, & quasi per tot: ff. de liber. agnoscend.* Non ergo adempta est voluntas, & instinctus patri & filio in casu nostri statuti. Potuit enim, si voluit vel tradere aliquid, aut ultima voluntate relinquere filius patri. Si verò nihil disponat, locum habebit illud judicis officium, quod cum juris civilis sit *L. 2. §. post originem. ff. de origin. juris.* Potest etiam per jus civile tolli, ut supra deductum fuit.

Et ad jura, quæ in hac parte de jure naturali loquuntur, rectè dicitur, quod intelligenda sint de instinctu naturali; ita ut legitima † jure civili quidem, instinctu tamen 33. naturali debeatur, prout hoc modo etiam interpretatur in L. pronunciatio. *§. familiæ. ff. de verbor. signific.* & hoc modo respondet Alexand. *in consil. 75. incip. visis & diligenter. primo vol.* Imò in specie dicitur, quod jus civile etiam circa legitimam auferendam disponere potest, cum ex pluribus causis filium faciat inhabilem, etiam in legitima, excogitando varias causas, quæ omnes introductæ sunt de jure civili, & tamen propter eas filii legitima privantur. *§. causas. in authent. ut cum de appell. cognosc. L. 1. §. filiam. ff. de bon: possess. cont. tabul. L. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthumis. notat in specie Bald. in L. cum lege. C. de Episcop. & Cleric. Barth. Joan. de Imol. in L. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonst.* Sicut in genere dicitur, legem ex † justa causa, quæ subesse præsumitur, posse alicui auferre † dominium rei suæ *L. si privatus. ff. qui & à quibus. & c. L. venditor. §. si constat. ff. communia præd. notat Barth: in L. fin: C. si contra jus vel util: publ. Canonistæ in c. quæ in Ecclesiarum. extr. de constit: cum concordantiis.* 34. 35.

Non obstat, quod ultimo loco dictum fuit, quod non obstante pacto, possit tamen peti legitima; quasi illa nec per pactum tolli possit, & consequenter nec per statutum, cum procedat argumentum de pacto ad statutum. Nam ad hoc respondetur, quod in proposito non procedat argumentum de pacto ad statutum; cum multa † possent 36. fieri per statutum, quæ tamen fieri non possunt per pactum. *gloss. in L. nec ex prætorio. ff. de regul. juris. & notat. in L. neq; pignus. §. privatorum. ff. eod. Barth: in L. alia. §. eleganter. ff. solut. matrimon. & in d. L. Titio centum. §. Titio genero. 2. ff. de condit. & demonst.* Unde in terminis nostris dicitur, quod facultas testandi non potest tolli per pactum, quod tamen tollitur per statutum, *ut per Angel. in consil. 66. incip. Visis. in col: fin:* sicut etiam solennitas testandi à statuto tollitur *L. si non speciali. & ibi notat. C. de testament:* quæ tamen

men per pactum non mutatur. *L. nemo potest. ff. de Legat. 1.* & dum aliquando sumi-
37. tur argumentum † de pacto ad statutum, conceditur hoc fieri posse affirmativè; negativè autem fieri non posse. Et ita habetur expressè per Barthol. & aliis in locis jam allegatis, & per Decium *in dicta L. nec ex praterito. ff. de regul. juris.*

Sic itaque ex his omnibus concluditur, quod statutum potuerit hæreditatem conjugi deferre, & patrem in totum excludere, ita ut nec legitimam petere posset pater in bonis filii sui defuncti.

QUÆSTIO II.

SEcundò quæritur in præsenti consultatione, an pater per statutum à successione exclusus saltem legitimam petere possit: & sic, an statutum deferens simpliciter successionem conjugi superstiti, videatur etiam voluisse, ei auferre, vel adimere legitimam.

RATIONES DUBITANDI IN SECUNDA QUÆSTIONE.

IN hac quæstione pariter videbatur primâ facie dicendum, patrem hoc modo exclusum à successione ab intestato, non tamen exclusum videri à petitione legitimæ. Et
38. primo quidem certum est, quod † statutum, de quo loquimur, sit odiosum, cum patri auferatur & successio, quæ ei miserationis & pietatis intuitu debetur. *L. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testament.* & nihil aliud hoc statutum inducit, quam exhæredationem quandam patris sine omni causa. argumento. *L. qui volebat, ff. de hared: instit.*
39. quæ exhæredatio absque dubio † est odiosa. *L. cum quidam. ff. de liber. & posthum.* & habetur inter consilia Baldi *num. 93. incip: Præmittendum est in 5. vol:* ubi concluditur, non solum illud statutum esse odiosum, quo filii à successione parentum excludun-
40. tur; verum etiam illud, quo † parentes à successione filiorum.

Ex quo sequitur, quod illud statutum strictissimè sit intelligendum in tantum, ut in statutis odiosis non fiat extensio ad casum non expressum, vel ad personam non expressam, nec ex similitudine, nec ex majoritate rationis. Glossa communiter approbata *in auth. quas actiones. C. de sacros. Eccles. & in Clem. prima, in verbo eisdem. de atate & qualitat. Barth: in L. omnes populi 6. quæst: 1. ff. de just. & jur. Immol. & Moderni in L. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimon.* Et maximè dicitur in statutis circa successiones, quod strictissimè sint † interpretanda, ut per Albert. Brunum in tract. de statutis, quæ extantibus masculis fœminas excludunt *in 5. artic. princ. 1. quæst.* Sic ergo facienda erit in 41.
proposito etiam stricta interpretatio, ut quamvis hæreditas conjugi deferatur, nihilominus tamen pater legitimam petere possit.

Secundò certum est, quod patri jure communi successio filii debeatur; imò videtur debita & jure divino, & jure naturali *§. 1. auth. de hared. ab intest. venient. L. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testament. L. scripto. ff. unde liberi.* Hoc ergo statutum, quo patri successio illa adimitur, est contra jus commune. Quare etiam ex hac parte sequitur, illud strictissimè interpretandum. *L. quod vero. ff. de LL. L. pracipimus. C. de appell: & not: glossa in d. auth: quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. Imol. & alii in L. si vero. §. viro. ff. solut: matrim.* Imò verba statuti semper ita sunt interpretanda & intelligēda, ut eò minus † lædat jus cōmune. *gloss. in L. fin. §. in computatione. C. de jur. deliber. habetur in L. 2. C. de noxal. action. c. cum dilectus. de consuetud. Socinus in consil. 121. incip. visa. 3. col. in 1. vol. latè per Corneum in consil. 126. incip: principale. in 2. vol. & in consil: 191. incip: videtur. 3. Col. in 4. vol.* 42.

Sed non est dubium in proposito, quin statutum ita possit intelligi, ut conjugi quidem debeatur defuncti successio; & tamen pater nihilominus habeat suam legitimam. Pro quo etiam facit, quod statuta generaliter dicuntur esse † stricti juris. *L. constitutionis. ff. ad municip. L. quod constitutum. & ibi not. ff. de militar: testament.* Et consequenter 43.
strictè intelligenda sunt. *L. quicquid astringenda. ff. de verb. obligat.* Sic ergo statuto illo simpliciter conjugem ad successionem admittente non videbitur sublata petitio legitimæ, ut quæ, secundum quod infra deducetur, proprio quodam jure nititur.

Tertiò principaliter dicitur, legitimam & ejus petitionem † proprio deberi 44.
jure, nōjure successionis. Nam illi, quibus legitima debetur, in ea quasi dicuntur esse creditores, ut eis tanquam æs † alienum de- 45.
beatur. L. Papinianus. *§. quoniam autem. 8. ff. de inoffic. testament.* dum ibi dicitur, quoniam autem quarta debitæ portionis sufficit ad excludendam querelam; & legitima non debetur, ut quota hæreditatis, sed bonorum. d. L. Papinianus. *§. quarta.* ubi itidem dicitur, quod deducitur æs alienum & funeris impensa, & consequenter † non est 46.
pars hæreditatis, sed bonorum, L. si quis servum. *§. si tamen. L. seq. ff. de leg. 2.* ubi expressè dicitur, parte hæreditatis legatâ, nec precia manumissorum, nec funeris impensas de-

Ff duci

duci; secus si pars bonorum sit legata. Hinc
47. dicitur, quod in ea non habeant † titulum
lucrativum, *ut in L.1.& per tot.C.de imponend. lucrat. description. libr.10. ita notatur in L.fin:C.*
48. *de repud. hæred:* cum tamen hæreditatis † titulus sit titulus lucrativus, ut ibi. Et ad eam petendam, tanquam ad æs alienum datur cōdictio ex lege. *L.1.ff.si quid in fraud.patron. in princ: ibi Prætor cognoscit, & operam dat. facit.* L. scimus. *in princ.C.de inofficios.testament.* ubi textus appellat legitimam debitum; alibi appellatur debita portio. *auth: novissima. C.de inoffic.testament.* Nonnunquam simplex debitum *§.1.de trient.& semiss.* Item appellatur debitum naturæ. L. si totus. *C.de inoffic. donati:* Ibi, ut filii debitum bonorum subsidium consequantur. Et dicit Alexander *consil:132.col:6.vol:1.* Quod ille, qui succe-
49. dit in legitima, non succedit † in jure universali, nec in quota hæreditatis, sed in titulo singulari. Idem *in consil. 150. col.14.vers.7. 1.vol.* Baldo vero *in consil.452.vol.1. incip.statu-*
50. *to civitatis.* dicit, quod statutum † excludens filias fœminas ab intestato, quæ debeant tamen dotari, non sunt exclusæ a legitima. Inter alia movetur, quia statutum loquitur de successione; & propriè successor est ille, qui est successor juris universalis, sicut est hæreditas, vel tota, vel in parte aliqua quotativa. *L. quidam §. his autem. ff. de edend.* Sed ille, qui succedit in legitima, non est successor juris *d. l. Papinianus. § quarta. ff. de inoffic. testament.* Ideò statutum non habebit locum in legitima. Quin imò pater etiam à successione exclusus poterit petere legitimam in
51. bonis filii sui. Nam statuti verba † strictè sunt intelligenda, & in propria significatione. *L.1.§.is qui navem.ff.de exercitor.action.L.3. ff. de negot.gest. Barth: in L. omnes populi.in 6. quæst. princ. ff. justit.& jur.cum multis concordantiis, quæ adduci possunt.*

Quartò in proposito pro hac sententia adducitur textus in L. si quando. §. *& generaliter. C.de inofficios. testament.* ubi expressè habetur, si filio vel filiæ aliquid datum sit loco, vel pro legitima, tunc adhuc possit petere supplementum; nisi hoc specialiter, sive in apocha, sive in transactione scripserit, vel pactus fuerit, quod contentus de relicta vel data parte de eo, quod deest, nullam habeat quæstionem. Et ibi quidem *in fine legis* expressè habetur, quod omnis illa sanctio suas radices extendat non solum ad filiam, vel filium, sed etiam ad omnes personas, quæ de inofficioso querelam contra mortuorum ultima elogia possunt movere, & sic in proposito etiam ad patrem. Sic ergo probatur, quod nunquam quis videtur exclusus à legitima, vel ejus supple-
mento, nisi hoc † expressè, & in specie dica- 52.
tur. Idem ergo dicatur in proposito nostro, ut quamvis conjugis intestati successio, patre excluso deferatur conjugi superstiti: nihilominus tamen, cum de legitima ibi nullum fiat verbum, videbitur patri jus petendæ legitimæ integrum conservatum. Nam ubicunque specialis mentio requiritur, non sufficiunt verba generalia. *gloss. in Clem. 1. in verbo specialiter. de judic. & in c. inquisitores. de hæretic. in 6. Bart: in L. fin: §. omnem. per illum textum. C. de adminis: tutel. cum similibus.* Et cum, ut supra deductum est, procedat argumentum de statuto ad pactum; videtur, quod sicut in pacto non sufficiunt verba generalia, ita etiam in proposito non sufficiunt in statuto. Imò videtur, quod pactum in proposito, quoad repudiandam, vel adimendam legitimam longè sit potentius, quàm statutum, quod patet. Nam in d. L. si quando. §. *& generaliter. C. de inofficios. testament.* expressè videtur præsupponi, pacto legitimam tolli posse; cum tamen in statuto de eo plures dubitarint, ut supra deductum fuit. Si itaque pactum generale non est adeò potens, ut legitimam tollere possit, multo minùs hoc poterit statutum, quod ut jam deductum est, in proposito videtur esse minus potens.

Quintò, licet plures assignare casus,
in quibus is, qui non † succedit, tantùm legi- 53.
timam sibi debitam consequitur. Istud probatur in auth: *si qua mulier. in fin. C. de sacrosanct. Eccles.* ubi liberi, qui excluduntur à successione parentum monasteria ingredientium, favore monasterii non excluduntur à petitione legitimæ. Secundò est textus in auth: hoc amplius. *C. de fidei commiss.* ubi si quis monitus à Judice intra annum non implet voluntatem defuncti, privatur tota hæreditate, excepto debito illo naturali, scilicet legitima. Tertiò facit, quod qui non facit inventarium, non deducat Falcidiam, sed tota hæreditas ei adimitur per legata; legitimam tamen retinet, ut habetur per glossam *in authent: sed cum testator. C. ad L. Falcid. & in d. authent: hoc amplius. C. de fidei commiss.* Quartò est textus in L. quisquis. *§. ad filias. C. ad L. Jul: Majestatis.* ubi quamvis filiabus eorum, qui commiserunt crimen læsæ majestatis auferatur successio materna: legitima tamen servatur. Quintò dicitur, quamvis impubes arrogatus non admittatur ad successionem patris arrogatoris: non tamen prohibetur suam legitimam petere. *L. 1. §. impubes. ff. de collation. bonor. L. si arrogator. ff. de adoption.*

Ex

Ex quibus omnibus apparet legitimam
proprio jure & ſpeciali inniti favore, ita ut
rectè videatur ſequi, quod non ſit adempta
per ſtatutum illud generale, quod hæredi-
tatem defuncti defert conjugi. Nam quæ
54. ſpecialiter † exprimi debent, non veniunt
ſub generalitate. *L. apud Labeonem.* §. *hoc
edictum. ff. de injur. L. ſed etſi quis.* §. *quæſitum.
ff. ſi quis caution. cum ſimil.* Et ſtatutum quan-
55. tumcunque generaliter † loquens, nun-
quam intelligitur de caſibus ſpecialem fa-
vorem habentibus. *Bart. in L. ſecundum. ff.
qui ſatisdare cogant. Dd. in L. 1. ff. ſolut. matri-
mon.* dum volunt, ſtatuta generaliter lo-
quentia non habere locum in dote, tan-
quam in cauſa privilegiata. Hinc dicit Sali-
cetus *in L. fin. C. de jure dotium,* quod ſtatu-
56. ta † generaliter diſponentia non habeant
locum in inſtrumentis dotalibus. Faciunt,
quæ habentur per Baldum Novell. *in tra-
ctatu de dote in 6. parte. 46. ſpeciali.* Hic er-
go in propoſito ſtatutum non habebit lo-
cum in legitima, tanquam in ea, quæ ſpecia-
li favore debetur & conſervatur. Et ita eti-
am videtur plures doctores tenuiſſe, maxi-
mè Alexand. *in conſil. 7. incip. viſis & diligen-
ter animadverſis. 2. col. 2. vol.* Curtius Senior
conſil. 13. in ult. col. cum pluribus aliis, quos
allegat Albert. Brunus *in tractat. de ſtatutis,
quod extantibus maſculis fœminas excludat in
9. art. princ. 1. quæſtione.*

RATIONES DECIDENDI IN SECUNDA QUÆSTIONE.

HIS tamen omnibus non obſtantibus
concluditur in propoſito, quod pater
delata hæreditate conjugi à filii ſucceſsio-
ne ab inteſtato excluſus, nec legitimam pe-
tere poſsit. Et pro hac quidem ſententia
plurima adduci poſſunt; & conſequenter,
quod ſtatutum videatur ei etiam legiti-
mam auferre, vel adimere voluiſſe. Primò
autem talis adducitur ratiocinatio per
quandam gradationem. Nam hæc tria in-
inter ſe ſunt dependentia, & ad invicem per
gradus proportionabilia, jus ſuccedendi
57. † ab inteſtato, jus veniendi contra teſta-
mentum, & jus petendæ legitimæ, vel e-
jus ſupplementum. Nam à primo, hoc
eſt, à jure ſuccedendi ab inteſtato proce-
dit ſecundum jus impugnandi teſtamen-
tum, quo ille venit contra teſtamentum,
qui ab inteſtato erat ſucceſſurus, & exclu-
ſus à ſucceſsione ab inteſtato cenſetur ex-
cluſus à jure impugnandi teſtamentum;
ita ut jura rumpendi ſint ordinata ſecun-
dum ordinem ſuccedendi. L. 1. §. vocan-
tur. *ff. de bonor. poſſeſs. contra tabb.* dum ibi
dicitur: Vocantur autem ad contra tabu-
las bonorum poſſeſſionem liberi eo jure,
eoque ordine, quo vocantur ad ſucceſſio-
nem jure civili. L. ſi in adoptionem. *ff. de
bon: contra tabb. poſſeſs.* ibi, exemplo juris le-
gitimi & bonorum poſſeſſio contra tabu-
las diſtribuitur. L. ſi quis filio exhæredato.
*in princ. ff. de injuſt. rupt. & irrito fact. teſta-
mento.* ibi, & dicemus teſtamentum non
rumpi; cum nec exhæredari debuerit nepos
patre præcedente; ſicut nec ab inteſtato
ſuccedebat, niſi patre repudiante. Et eſt pul-
cher textus in L. poſthumus. §. *ſi quis ex his. ff.
de inoffic. teſtament.* dum dicit *textus,* ſi quis
ex his perſonis, quæ ad ſucceſſionem ab in-
teſtato non admittuntur, de inofficioſo e-
gerit, & caſu obtinuerit, non ei proficit † vi- 58.
ctoria, ſed iis, qui habent ab inteſtato ſuc-
ceſſionem. *Habetur per Bart. in L. fin: ff. ad
SC. Tertull. Baldus, Angel. Imola & Paulus de
Caſtro in L. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. ff. de li-
beris & poſthum. Bald. in L. lege 12. tabb. C. de
legit. hæreditat. Paulus in L. Titio centum.* §. *Titio
genero. ff. de verb. obligat.* Et ita omnes com-
muniter dicunt, ut habetur per Corneum
*in conſil. 151. incip: Hanc quæſtionem non reperio.
in fin. 1. vol.* Quare ſequitur, quod in termi-
nis noſtri ſtatuti pater, qui filio non potuiſ-
ſet ſuccedere ab inteſtato, non etiam po-
tuiſſet ejus teſtamentum impugnare, ſive
exhæredaſſet, ſive ſilentio patrem præ-
teriiſſet.

Ab illo ſecundo, quod non habue-
rit jus impugnandi, tertium pendet, ſcili-
cet jus petendæ legitimæ. Nam ille po-
teſt † petere legitimam, qui præteritus, 59.
vel exhæredatus poſſet venire contra te-
ſtamentum. L. omnimodo. *in princ. C. de
inoffic. teſtament.* ibi, liceat verò iis perſo-
nis, quæ teſtamentum quaſi inofficioſum,
vel alio modo ſubvertendum quæri pote-
rant id, quod minus portione legitima
relictum eſt, ad implendam eam exigere;
ſi tamen non ingrati arguantur. Sic ex-
preſsè legitimæ vel ejus ſupplementum
petendi jus illis competit, qui poterant im-
pugnare teſtamentum. Facit textus in L.
ſi quis filium. *C. eod.* §. *1. authent: de hæred:
& Falcid.* §. *1. & 2. authent. de trient. & ſe-
miſſ.* ubi loquitur textus de filiis naturali-
bus, qui neceſſariò non debent inſtitui.
Cum itaque, ut ſupra demonſtratum eſt,
pater in caſu propoſiti ſtatuti non poſſet
venire ab inteſtato, & ex eo, nec contra
teſtamentum: ſequitur, quod nec legiti-
mam petere poſsit. Et ita etiam Barth:
*in L. cum filio. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.
Bald. in L. maximum vitium. in ult: quæſt. C. de*

liber. præteritis &c. & in L. sancimus: in princ. 7. quæst. C. de inoffic. testamento. Et ita expressè argumentatur Alexander in consil. 3. incip: circa præmissam quæstionem. in 7. vol.

Secundò pro hac parte adducitur. Nam certum est, quod legitima sic quasi
60. definiatur, quod sit † quarta, tertia vel semis portionis debitæ ab intestato. auth: nt. novissima. C. de inoffic. testamento. L. quæ nuper. C. eod. ibi, sed quod deest legitimæ portioni, id est, quartæ parti, scilicet ab intestato successionis &c. L. parentibus. C. eod. ibi: dummodo non minus is partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pervenire, quartam ex judicio parentis obtineat. Idem probatur in L. Papinianus. §. quoniam. ff. de inofficios. testamento. c. Raynutius. §. quia vero. extr. de testament. ibi legitimam ab intestato deducendam censuit. Cum autem in proposito non adsit succesio ab intestato; sequitur, quod non possit adesse legitima: & sic pater exclusus à successione non poterit petere legitimam. Nam à quo removetur definitio, ab eo removetur etiam definitum. L. 1. § dolum. ff. de dolo malo. Et sublata materia tollitur materiatum. L. quæsitum. §. illud fortasse. ff. legat. 3. cum simil. Et cum ut dictum est, legitima sit quarta pars successionis ab intestato; hic autem nulla sit successio ab intestato: sequitur, quod non possimus habere ejus quotam
61. cum de non ente † non possimus dare partem vel quotam. L. ejus, qui in provincia. vers: quoniam tunc. ff. si cert. petat. ibi: quoniam tunc non possunt videri bonæ fidei possessores esse, qui nec possidendi animum haberet. L. adeo. §. quod si toto. ff. de acquirend. rer. domin. L. 2. ff. de usufr. C. super hoc.
62. extr. de renunt. & adempto † toto videbitur omnis portio & pars adempta. L. quæ de tota. & ibi glossa & Bart. ff. de rei vendicat. L. juris gentium. §. adeo. & ibi per Jasonem. ff. de pactis. L. si quis cum totum. in princ. ff. de except. rei judicatæ, cum concordantiis.

Tertiò dicitur in proposito, quod pater exclusus per statutum à successione filii, ejus respectu incipit haberi pro extraneo, & qui non sit. L. si post mortem. §. liberi. ff. de bonor. possess. contra tabb. ubi liberi, qui contra tabulas habere non possunt, nec partem aliis faciunt; quia pro mortuis habentur. Facit textus in L. sive. ff. de jure patronat. Hinc dicitur, quod exclusus à successione vel per legem, vel per judicium testatoris, pro mortuo habeatur. L. 1. §. quidam filium. ff. de bonor. possess. contra tabb. ubi dicitur, quod nepos non impediatur per filium emancipatum, vel deportatum, ac si filius esset mortuus. Facit glossa in d. L. pater filium. ff. de inoffic. testament: & dicit Bartholus in L. 1. §. si pater. ff. de conjung. cum emancip: liber. & in L. 1. §. sciendum. ff. de suis & legit. quod exclusus à statuto † vel à Testatore pro extraneo habetur. Cum itaque 63.
pater in proposito sit exclusus à statuto pro mortuo & extraneo habeatur; sequitur, quod ei legitima nulla debeatur, cum nusquam reperiatur, eam mortuo, aut extraneo deberi.

Quartò adducitur, Nam id quod operatur † propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito. L. sed si contra 64.
vim. in fin. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. L. si ut proponis. C. de nupt. cum vulgaribus. Sed ubicunq; lex aliquem admittit ad successionem videtur in totum admittere. L. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. action. ubi qui asseritur simpliciter hæres, videtur insolidum hæres nominatus. Nam indefinita rectè æquipollet universali. L. si pluribus. cum ibi notat. per Barth: ff. de legat. 2. Et sic in proposito conjuges ad successionem simpliciter sine diminutione, quæ statuto adjecta non est, vocati videntur; & consequenter pater † in opposito videbatur in totum 65.
exclusus. Nam unius inclusio alterius est exclusio, & æqualis erit exclusio inclusioni. L. cum prætor. ff. de judic. L. sicut certi. ff. de militar. testament. cum concordantiis, quæ brevitatis studio omittuntur.

Et in specie, quod ignotus de † jure 66.
civili, vel eo jure à successione exclusus nec legitimam petere, aut quoquo modo consequi possit, sed in totum excludatur; probatur in filio emancipato, qui lege 12. tabularum à successione ita excludebatur, ut nec legitimam petere possit. §. emancipati. Instit: de hæred. quæ ab intestat. Idem videmus in deportato. L. 1. C. de hæred. instituend. Item in matre, & aliis cognatis, qui lege 12. tabb: excludebantur. Cum ergo pater hic propter statutum, quod est pars juris civilis, ut supra dictum est, sit incognitus eo jure, & à successione exclusus: sequitur, quod & legitimam petere non possit.

Quintò dicitur in proposito, patrem ita videri à legitima, sicut à reliqua successione, exclusum. Nam ubi unum beneficium competit contemplatione alterius, si removetur † illud, cujus contem- 67.
platione concedebatur, videtur etiam illud beneficium esse remotum. L. filio. §. matri. ff. de adimend. legat. ubi ademptum dicitur legatum adempto fidei commisso à legatario præstando; & sic adimitur beneficium eo remoto, cujus contemplatione legatum, & ita beneficium erat

reli-

relictum. *L. cum ex oratione. §. fin: ff: de excusat. tut. facit textus in L. à filia. §. alumna. ff. ad SC. Trebell.* Sed jus petendi legitimam concessum est propter jus succedendi ab intestato; imò est portio ejus juris & privilegii. *d. L. Papinianus. §. quia autem quarta. ff. de in offic. testament.* Rectè ergo dicitur in proposito, cum patri ademptum sit jus succedendi ab intestato, quod videatur in consequentiam etiam adempta legitima; cum lex corrigens in uno videatur etiam corrigere in alio. *authent. ingressi. C. de Sacrasanct. Eccles.* Dum enim jus antiquum corrigitur, quo ad personam, infertur, quod etiam sit correctum in bonis, quæ ad personam sunt consecutiva. *Idem in §. illud. in authent: de Monach: cum vulgaribus.*

Sextò dicitur in proposito, quod sta-
68. tuta † recipiant interpretationem passivam à Jure communi. *L. si servi vestri. C. de noxal. action. c. cum dilectus. extr. de consuetud. cum gloss. in authent. offeratur. C. de lit: contestat. & L. sciendum. ff. qui satisdar. cogant. Corneus in consil. 55. incip: reperio me aliàs consuluisse. num. 11. in 2. volum.* Verùm in materia nostra satis & abundè deductum fuit, quod jure communi omnes, qui excludantur à successione ab intestato videantur etiam exclusi à petitione legitimæ. Si ergo statutum, de quo loquimur, secundum illud jus commune intelligatur; sequitur, quod sicut pater excluditur à successione filii ab intestato hæriditate conjugi delata: ita etiam excludatur à legitima, & ejus petitione; cum, ut probatum, statutum secundum jus commune interpretetur illa interpretatione passiva, de qua locuti sumus.

Hinc dicitur, quod statuta generali-
69. ter † loquentia generaliter sint intelligenda, ita, ut ubi illa non distinguunt, nec nos distinguere debeamus. *L. 3. ff. de offic. Præsidis. ibi, nec distinguitur, unde sint. L. de precio. ff. de Publician. in rem action. Corneus in consil. 57. incip: videtur prima facie. num. 9. in 2. vol.* Cum itaque statutum in proposito generaliter loquatur, & conjugem sine distinctione admittat, patrem verò simpliciter excludat; utique intelligendum hoc etiam erit generaliter, ut conjunx in totum admittatur, & patri nihil reservatum videatur; maximè cum ea statuta, quæ circa successiones disponuntur, tenaciter sint observanda, secundum Bald. *in c. 1. §. 1. versic: quæro, quid de Jure &c. Qui feud. dare possunt, & in c. 1. in fin: de alienation. feudi.*

Ultimò pro hac opinione adducitur. Nam in statuto transmisso continetur, qualiter conjunx superveniens debeat succedere in omnibus bonis, iisque omnibus uti frui in vita: post mortem verò superviventes, & sic ultimò morientis bona immobilia debeant redire ad eos, à quibus provenerunt; & sic ab illa universali successione excipiuntur bona immobilia, quæ à primo defuncto conjuge pervenerunt. Unde sequitur, quod omnia alia perpetuò debeant remanere apud hæredes ejus, qui secundo loco discessit; & sic per exceptionem illam confirmatur † re- 70.
gula in casibus non exceptis. *L. quæsitum. §. deniq. ff. de fundo instructo legato. & ibi Bart. & Bald. in L. generaliter. §. uxori. ff. de usufruct. legat. Bald. in l. 1. in fin. C. de posthum. hæred: instituend. notat in L. 1. ff. de regulis Juris. Angel. in consil. 239. incip: quidam emptores. Roman. in consil. 337. incip: Quoad primam per Corneum in consil. 57. incip: placet mihi Petro Philippo. in princ. 1. vol:* Et hæc in proposito maximè vera essent, si statutum in hunc modum etiam per consuetudinem allegatam fuerit interpretatum; cum consuetudo sit optima † legum & statutorum interpreta- 71.
tio. *L. si de interpretatione. L. minime. ff. de LL. c. cum dilectus. extr. de consuetud. per Corneum in consil. 73. incip: breviter in hac consultatione. num. 7. in 2. vol. & in consil. 270. incip. in hac consultatione videtur. num. 12. 1. vol.* Imo si in aliquo Juris articulo sint contrariæ Dd. opiniones, ea semper tenenda est sententia, quæ consuetudine confirmatur, etiamsi contraria sit communis, *juxta notata in L. Dos à patre. ff. solut. matrimon. & in L. 1. & in auth: ibi posita. C. si secundo nups. mulier.* Et ita expressè habetur per Socinum *in consil. 169. incip. circa primum consultationis articulum. num. 13. in 2. vol.*

Et hanc quidem sententiam, quod exclu-
sus † à successione ab intestato nec legiti- 72.
mam petere possit, plures tenuerunt Dd. excellentissimi, inter quos Angelus *in consil. 105. incip: statuto cavetur, quod si aliquis. nũ. 4.* ubi maximè innititur ea ratione; quia is, qui non succedit, non potest petere legitimam, sicut in proposito nostro pater penitus non succedit. Idem Angelus *in consil. incip: statuto civitatis Mantuæ. num. 11. inserto inter consilia Baldi. num. 455. in 3. vol. ubi* dicit, hanc esse veritatem. In eadem sententia in effectu est Baldus *in consil. 426. incip. antiquum statutum. in 3. vol:* ubi vult, quod perpetuò exclusus à successione, videatur etiam exclusus à legitima. Quanquam suis rationibus aliud sit, si non excludatur perpetuo. Idem etiam vult Romanus *in consil. 32. incip. visa municipali constitutione. in fin.* ubi imò ad nostrum propositum cõvenientia affirmat, & quod nullum habeamus in contrarium, dum dicitur, legitimã parentibus debitam tolli posse, & quod in casu suo mater nec legitimã petere posit. Joh. de Imola *in cons. 113. incip. in causa,*

quæ vertitur. num. 4. Quamvis in casu tunc sibi proposito certis rationibus aliud concludat. Paulus de Castr. expresse *in consil. 286. incip. Quoniam fundamentum. num. 3. in 1. parte. secundum ult. impress. Idem Paulus in consil. 195. incip. in puncto. num. 3. in 1. parte.* Alexand. *in consil. 68. incip. circa præmissam consultationem. in 3. col. in 4. vol. ubi* hanc opinionem dicit esse veriorem. Idem in L. Gallus. §. *& quid si tantum. in 9. col. vers. reperio etiam juxta prædicta. ff. de liber. & posthum.* ubi dicit, quod fuit sæpe requisitus, ut consultaret pro contraria parte, se tamen noluisse; cum putet, hanc sententiam veriorem, & juri magis consonam. Idem expresse refert Alexand. *in consil. 3. incip. circa præmissam consultationem. in 7. vol.* ubi addit, quod contrarium tenentes nitantur valde debilibus rationibus. Et dum in aliquibus videtur tenere contrarium: nunquam tamen hoc principaliter concludit, sed solum incidenter. Bart. Socinus *in consil. 288. incip. circa primam quæstionem. in 7. col. num. 26.* ubi refert, ita consuluisse totum collegium Paduæ; & quod idem sæpius consultum viderit per doctissimos viros; & quod ipse sæpius consuluerit, & semel judicaverit. Quare hoc indubitanter tenendum sit. Et ibi etiam hanc opinionem esse communem Decii *in consil. 19. incip. & pro tenui facultate mea consideratis omnibus. num. 5. in prima parte.* Corneus *in consil. 116. incip. difficultas. num. 2. in 2. vol.* ubi nititur ea ratione, quia legitima est portio ea, in qua successurus esset, quis ab intestato. Et quod ideo velint Dd. communiter, quod, qui excludatur à successione ab intestato, excludatur à legitima. Idem Corneus *in consil. 77. incip. licet multum urgeat. num. 1. in 2. vol.* ubi dicit, quod si statutum disponat, ut filia dotata non succedat, sed dote sit contenta, quod nec agere posset ad legitimam, & hanc esse communem sententiam. Idem *in consil. 150. incip. circa præsentem consultationem. num. 10. & 15. in 2. vol. ubi* dicit, quod efficaci ratione sit tenendum, quod quis exclusus à successione ab intestato, removeatur à legitima; & non entium nullæ sint causæ, & quod nemo in jure reperiatur, qui exclusus à successione succedat in legitima, & quod ita quotidie practicetur. Idem *in consil. 1. incip. de decisione hujus, num. 17. in 2. vol. ubi* dicit, communem esse sententiam, quod, si statuta excludant fœminam à successione ab intestato, excludatur etiam à legitima. Idem *in consil. 48. incip. de pluribus. num. 7. in 2. vol. ubi* dicit, quod hi de nihilo sunt successuri ab intestato, & ejus, quod nihil est, non detur quarta, tertia vel dimidia; & quod plures super hoc consuluerit. *Idem in consil. 57. incip. videtur prima facie. num. 5. in 2. vol. ubi dicit, quod hoc firmet Montan. in consil. 16. incip. viso themate. & Petr. de Ancharan. in consil. 429. incip. super casu nuper præsupposito. per totum. Idē in consil. 167. incip. In hac consultatione. nū. 3. vol. 2. ubi* dicit, quod etiam ita aliàs consuluerit, & quod non reperiatur in jure aliquis, qui ab intestato non succedit, cui debeatur legitima. Et meritò, cum legitima sit quarta pars ejus, quod quis est habiturus ab intestato. Idem *in consil. 150. incip. hanc quæstionem. num. 12. in 1. vol. ubi* dicit, excluso ab intestato à successione non debetur legitima, quia est quarta portio ejus. Et hoc servatur in omnibus, qui non admittuntur ad successionem ab intestato, ut in emancipatis & deportatis. Idem *in consil. 210. incip. in hac consultatione. num. 24. in 1. vol. ubi* dicit, quod communiter hoc teneatur, quod exclusi à successione ab intestato censeantur etiam exclusi à legitima. Quod tenendum videtur efficaci ratione, quia legitima est. Idem *in consil. 86. incip. consuluit. num. 4. vol. 1. ubi* dicit, quod statutum excludens fœminam à successione, excludat etiam à legitima. Idem *in consil. 123. incip. licet breve sit thema. num. 7. vol. 3. ubi* dicit, quod incogniti de jure civili excludantur à legitima, ut videre sit in deportatis. Nam quando statutum simpliciter prohibet, fœminas succedere ab intestato, censetur tollere legitimam. *Novissimè per Ludovic. Gozadin. in consil. 43. incip. videtur prima facie. num. 8. & seq.* Et quidem hæc ferè omnia etiam in ea legitima procedunt, quæ filiis debetur in bonis parentum, quæ efficacioribus & fortioribus argumentis eis debetur; quanto magis ergo procedunt in legitima, quam ex bonis filiorum parentes expectant, uti supra illa differentia pluribus probata fuit.

Ita ut ex his omnibus concludendum sit, quod pater vigore statuti transmissi, nec legitimam in bonis filii defuncti petere possit, sed quod per illud etiam à legitima videatur exclusus.

Quod tamen hactenus conclusum fuit, legitimam patri debitam posse in totum tolli, & quod in proposito nostri statuti adempta videatur, illud sanè intelligendum est, ne per hoc videamur patri adimere voluisse necessaria alimenta, si fortè non habeat, unde se alat. Nam alimenta quid aliud sunt, quam vel successio vel legitima; cum alimenta etiam in vita debeantur. Secus est in successione & legitima. Unde ex diversis † non fit bona illatio. *L. Papinianus exuli. ff. de minorib. cum aliis vulgaribus.* 73.
Et ita videtur sentire Abbas *in c. Rainutius. ext. de testam.* & per Albert. Brunum *in tract. statu-*

statutor. Quod extantibus masculis fœminæ non succedant. in primo arti. princ. in 3. quæst. & in 9. art. princ. in 2. quæst. per totum. Quo temperamento addito omnia ferè sublata erunt, quæ pro contraria parte de Jure naturali, & instinctu naturæ adducta fuerunt; cum jus naturale & charitas sanguinis hoc
74. modo non impediatur, quæ † alimenta tamen inopi patri & officio Judicis pro modo facultatum, & conditionis ejus volunt esse constituenda. L. si quis à liberis. *in princ. ff. de liberis agnosc.* ibi. Si modo cum opificem te esse dicas, & in ea valetudine es, ut operis sufficere nō possis &c. & *ibi*, utrobiq; Judex se interponat quorundam necessitatib9 facilius succursurus quorundā ægritudini &c. & *ibi.* singulorum desideria Judicem perpēdere oportet. Et *ibi*, competentes Judices ali te à patre jubebunt pro modo facultatum ejus &c.

Resolutio Rationum in secunda quæstione.

Et ita tenendo non obstant, quæ supra in contrarium fuerunt adducta. Et primò dum dictum fuit, quod hoc statutum sit odiosum & consequenter strictè intelligendum: brevius respondendum est secundum supra scripta, quod per illud non jubeantur patri adempta alimenta; & quod non tam sit odiosum, sed suo etiam favore innitatur, ut suprà deductum est. Imò etiamsi quam maximè esset odiosum: hic tamen non agitur de eo extendendo, vel ad casum, aut personam extraneam trahendo. Solum dicitur, illud secundum jus commune intelligendum esse, quo jure exclusus à successione nec legitimam habere debet. Et cum hoc argumentum procedat, vel loquatur in terminis satis latis, & ad plura latissimè inter se differentia negocia trahatur; rectè dicitur, quod illud cessare debeat in proposito, quo argumenta adducta in specie nostri statuti, & de auferenda legitima concludunt: cum in toto jure, quæ de spe-
75. cie proferuntur, ea † vincant, quæ de genere, & sic terminis latioribus prolata reperiuntur. *l. in toto. ff. de regul. Jur.* & illud potissimum habeatur, quod ad speciem directum. *c. studuisti. extra. de offic. legat.* Et si leges vel argumenta sint generalia, illæ, quæ minus sunt generales, pro specie habētur. *Bart. Alexand. & Jason. in l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de novi op. nunciat.* Et si etiam speciales sint illæ, tamen magis attenduntur eæ, quæ magis sunt speciales. Quia individua derogant speciei, ut notat Bald9 *in l. hac consultissima. Col. 1. C. qui testament. facere poss.* Et dicitur, quod illa qualitas, quæ paucioribus † competit, faciat dispositio- 76.
nem magis specialem; & illa, quæ pluribus potest competere, faciat dispositionem magis generalem. *Baldus in L. executorem. col. 6. C. de execut. rei judicat. Paulus de Castro in l. non est novum. in fin. ff. de LL. faciunt, quæ habentur per Angelum in con. 160. incip. pro decisione quæsitorum. col. 1. num. 4. Raphael Fulgos. consil. 215. in primo proposito, in princ.* Et ita respondetur ad hoc, quod dictum statutum nostrum esset correctorium juris communis, & consequenter non extendendum, & quod statuta in genere sint stricti juris.

Nec obstat, dum tertio loco dictum fuit, legitimam proprio jure deberi. Nam quomodocunq; illa debeatur, satis superq; deductum fuit, eam à jure succedendi ab intestato pendere, & regulari; quod cum in proposito pater nō habeat, nec legitimam petere posset. Ad textum vero in L. *si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testament.* Ubi pactum generale non extenditur ad legitimam, quamvis hoc posset fieri per pactum speciale: pariter respondetur, quod procedat, quando persona excluditur facto hominis, puta, renunciatione vel pacto, quæ erat successibilis, & in qua jam radicatum erat jus successionis, ita quod quoad successionem non habeatur pro mortua, nimirum, si ad illud tollendum & faciendā personam insuccessibilem requiritur specialis mentio. *argumento L. apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de injur. cum simil.* Secus in statuto, quod † à principio facit eam in- 77.
successibilem & inhabilitat, adeo, quod habetur pro mortua *Ut per Bart. in d. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legit.* Et sic dicitur fortior exclusio legis, quàm hominis. Hæc autem differentia probatur manifestè ex his, quæ ponit Bart. *in l. 1. §. Si pater. ff. de conjungend. cum emancipat. liber.* Ubi propriè in simili statuto vim facit, an ex facto legis vel hominis quis excludatur. Similiter *in l. 1. ff. de bonor. possess. cont. tabb.* facit differentiam quoad hoc, an obstet aliis & faciat partem in legitima. *Et per Bart. in l. pater filium. ff. de inofficios. testament.* Nam qui à lege, vel statuto excluditur, & efficitur insuccessibilis, habetur facilius pro mortuo, & pro non enti, quam qui pacto vel aliter. Diversissimam rationem ergo videtur habere casus statuti à casu d. §. *generaliter.* Nam qui à statuto excluditur à successione intestati, radicitus excluditur cum omni sua querela. Sed qui paciscitur vel renunciat, habet inde fundatum jus succedendi & legitimæ. Unde per talem renunciationem noluit lex

 incluſi

includi legitimam, sed specialiter debere renunciari. Vltra quod etiam dicitur, quod ille textus loquitur in legitima descendentium, à qua ad casum nostrum non procedit argumentum, ut supra deductum est. Et ita etiam respondetur ad alios casus in quarto argumento adducto, qui tamen omnes speciales sunt, & speciales rationes habent, ita ut in consequentiam trahi non debeant. L. quod verò. ff. d. LL. cum simil.

Salvo.

DE EADEM MATERIA, ALTERIUS CUIUSDAM CONSILIUM, APPENDICIS LOCO PRIORI ADJECTUM.

SUMMARIA.

78. *Legitima ascendentium, ut descendentium est aucta.*
79. *Statutum propter existentiam agnatorum, aut aliam probabilem causam potest legitimam tollere, secundum communem, & maximè ascendentium.*
80. *Legitima debetur parentibus Jure positivo, ideo tolli potest.*
81. *Beneficia in successione data liberis, non dantur parentibus.*
82. *Res parentum nostræ dicuntur, non contra.*
83. *Incluso aliquo, non censetur exclusum, quod alia via includitur.*
84. *Inclusio unius alterius exclusio, regulà sic limitatur.*
85. *Statutum non excludit legitimam generalibus verbis.*
86. *Statuta stricti Juris nec extendenda contra Jus commune.*
87. *Generalis sermo rem facit dubiam respectu voluntatis, unde ad extraordinaria vel specialiter cauta non extenditur.*
88. *Privatio Juris competentis non habet locum, nisi in casibus expressis.*
89. *Per tacitos intellectus non inducitur Jurium Correctio.*
90. *Antiqua dispositio nisi expressè corrigatur, cum nova concurrit.*
91. *Statutum non tollit legitimam, nisi de eo expressa sint mentio.*
92. *Dispositio testatoris alium includens tollit legitimam.*
93. *Statutum validius operatur, quàm Testatoris dispositio.*
94. *Ultimæ voluntates non recedunt à Jure Communi, sed bene statuta.*
95. *In universali successione simplex inclusio aliquorum alios excludit.*
96. *Conjugia quamvis non pœnis astringi, tamen præmiis possunt honestari.*
97. *Statutum favens matrimonio latè interpretandum.*
98. *Expressum dicitur, quod verborum generalitate continetur.*
99. *Principalis intentio, non eventus considerandus.*
100. *Statutum excludens fœminas respectu masculorum, est favorabile.*
101. *A communi non recedendum.*
102. *Communis excludit parentem à legitima per generale statutum.*
103. *Legitima cur non excludatur renunciatione, sicut statuto.*
104. *Statutum odiosum strictè, favorabile latè interpretandum.*
105. *Odium resultans in consequentiam actus favorabilis non obstat.*
106. *Legitima liberorum non tollitur generali statuto.*

STatuto A. cavetur, quod præmoriente uno ex Conjugib9 sine liberis, alter superstes defuncto succedat, in bonis ejusdem tam mobilibus, quàm immobilibus, & constante matrimonio acquisitis, Bona a. immobilia, ad propinquiores Conjugis prædefuncti revertantur: Mobilia verò & acquisita ad hæredes ultimò defuncti pleno jure pertineant. Stante dicto statuto de cujus viribus nulla est dubitatio, proponitur, quod Vidua quædam dives filium familias accepit in virum, & ad se reduxit vivente Socero, & seorsum habitante, qui quidem filius seu maritus prædecessit nullis relictis liberis: sed relictis aliquot bonis mobilibus, & etiam durante matrimonio quæsitis immobilibus. Nunc socer in dictis bonis à nuru possessis, legitimam sibi deberi postulat. Et sic tertiam partem dictorum bonorũ quæsitorum. Nam sicut

sicut aucta fuit legitima † liberorum usq; ad trientem *authent. novissimâ. C. de inofficios. Testament.* similiter & legitima ascendentium secundum magis communem opinionem, relatam per Alexandrum *in Consil.* 168. *Visis. Col. penult. in fin. vol. 7. Et in consil.* 140. *super testam. in fin. vol.* 1. Et ita in favorem soceri per dominos Judices primæ Instantiæ pronunciatum fuit, à qua sententia dicta nurus appellavit, & appellationem introduxit. Nunc quæritur de Jure partium, & de viribus primæ sententiæ, utrum debeat infirmari, vel confirmari?

DEi Redemptoris invocato suffragio. In præsenti caussa duo dubia potissimum excutienda videntur. Primùm utrum statutum possit parentes à legitima in bonis filiorum debita prorsus excludere. Secundùm præsupposito, quod possit, utrum in hoc casu statutum, de quo agitur, Intelligatur voluisse per inclusionem Conjugum etiam à legitima parentes excludi? Nam ad cujusq; actus vel dispositionis perfectionem potestas & voluntas necessariò requiruntur. *L. multû interest. C. si quis alter. vel sibi & c. cap. cum super. de officio delegat. cû vulgatis.*

QUÆSTIONIS I.
RATIONES DUBITANDI.

CIrca primum breviter & analyticè seu resolutivè procedendo, omissis ad partes (prout fieri solet) argumentis, propter nuncii celeritatem, verior & magis communis est doctorum sententia, statutum propter existentiam agnatorum, vel aliam
2. probabilem † causam posse filias & parentes à legitima prorsus excludere, & esse magis communê dicit Alexander. *in consil. 168. circa præmissam col. 1. vers. & constat. vol. 1.* Et quod legitima præsertim ascendentiû, per statutum omnino tolli possit, firmat idem Alexander & dicit magis communem, & in judicando sequendam *in cons. 168. circa princip. vol. 7.* Et licet in hoc articulo legitimæ inveniantur variæ Dd. sententiæ & opiniones: attamen si omnium vota & consilia diligenter inspiciuntur, pleriq; omnes in hoc inclinare videntur, ut liberorum legitimâ minui possit: sed non tolli. Paren-
3. tum verò legitima cum jure † positivo debeatur; statuto in totum tolli, & aboleri possit. Et hanc esse magis veram & communem opinionem testatur Rubeus Alexandrinus *in consil. 69. casus talis. circa fin. & Ripa. in titul. Juregentium & Civili in 2. respons. incipient. cum legitima parentibus jure positivo debeatur. in princ. & Parisius in consil. 23. Præsupposito col. 1. vol. 2.*

Et hanc differentiam inter liberos & parentes sine dubio Dd. omnes approbare
videntur. Nam beneficia † concessa li- 4.
beris regulariter ad parentes nô extenduntur, quando de successione tractatur, secundum Calderin. *in Cons. 41. An mater.* Et Jasonê *in auth. si qua mulier. col. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Et in authent. novissima. circa fin. C. de inofficios. testament. Et plene Socinus in L. cum avus. col. 4. de Condition. & demonstr.* Quin imò fortius voluit Alexander, quod etiã legitima jure naturæ debita per statutû omnino tolli possit. Et dicit esse magis communê *in Consil. 3. circa col. penul. versic. quin imo. vol.* 7. Hoc idem voluit Decius *in consil. 19. col. pen.* Et *ibi etiam* dicit esse communê opinionem, quod legitima debita filiis in totû tolli possit; & longè magis legitima ascendentium.

Verum quicquid sit de liberis, & legitima ipsis naturaliter debita, qui articulus nô est præsentis speculationis, certum est, Scribentes omnes in hoc frequentioribus calculis convenire, ut facilius parentû legitima tolli possit, quàm liberorum. Quandoquidem bona parentû magis sunt debita liberis; quam contrà. *L. nam etsi parentibus. de inoffic. testament. L. scripto. in fin. Unde liber. L. cum ratio. de bonis damnat.* Et ideo res pa-
rentum † nostrorû rectè & meritò nostræ 5.
dicuntur, non ita res filiorum. Textus est formalis in L. licet inter gesta §. *1. de verbor. signific.* & tradunt Scribentes in L. In suis. per illum textum. *de Liber. & posthum. & c.* Constat igitur ex prædictis, legitimã in bonis filiorum parentibus de jure positivo contra naturæ ordinem, & commune votum deberi: Et consequenter per statutum in totum tolli posse. Et in hoc non est difficultas.

Verum totius Consultationis nodus & cardo in hoc solum consistere videtur; utrum statutum, de quo agitur, voluerit & intenderit parentes à bonis filiorum in matrimonio præcedentium prorsus excludere, et bona in Conjugem superstitem integrè & sine ulla diminutione transferre? Et sic non est quæstio de potestate, sed de voluntate.

Circa quem articulum, quia reverà difficilis est, plenius insistemus. Et prima quidem fronte (ut Jurisconsulti verbis utar *in L. quingenta. de probation.*) multa in favorem soceri occurrebant, ut à legitima non intelligeretur exclusus; & consequenter, rectè secundum se pronunciatum.

Primò,

Primò, quoniam statutum non expressè parentes excludit, sed conjuges simpliciter includit, eos ad mutuam successionem vocando, nihil præterea de parentibus loquens. Quo casu parentes per simplicem Conjugum inclusionem non censentur ex mente & intentione statuti in totum exclusi.
6. Nam incluso, vel expresso † nominatim aliquo, non censetur exclusum, quod alio medio, vel alia via includitur. *gloss. & Salicetus in L. de crimine. C. qui accus. non poss. L. pacta quæ contra. & ibi gloss. & Dd. C. de pact. juncta L. juris gentium §. Prætor ait, eod. tit. ff.* pulchrè Decius *in consil. 110. Col. 2. in fin. vol. 1.* Et ita limitatur regula L. cum Prætor. *de Judic. Et cap. nonne bene, de præsumption.*
7. quod scilicet Inclusio † unius, alterius est exclusio, ut non procedat in his, quæ alia via & ratione includuntur. Cujusmodi sunt parentes, qui de jure communi & positivo, in bonis filiorum, saltem, quoad legitimam includuntur.

8. Secundò occurrebat, quia statutum † non censetur aliquem à legitima excludere velle, nisi expressam de legitima mentionē faciat. Quia quæ speciali nota digna sunt, nisi nominatim exprimantur, quodammodo neglecta videntur; Ideoq; in simplici & generali dispositione non comprehenduntur. *L. item apud. §. hoc edictum de injur. c. quamvis. cum ibi not. de præbend. in 6. pulchrè Decius in cons. 272. Superiori anno Col. 1.* Et ad hoc facit textus in L. si quando. *§. fin. C. de inoffic. testament.* ibi, filius agnoscens testamentum paternum, & hæredes scriptos simpliciter absolvens ab omni petitione, jus tamen legitimæ, vel supplementi remisisse non intelligitur; nisi etiam de legitima nominatim meminerit. Sic etiam de statuto dicendum videtur.

9. Tertiò, quia statutum † contra jus commune introductum, debet adeò strictè interpretari, ut quàm minus fieri possit, jus commune corrigat & offendat. *L. quod verò contra. de leg. d. L. si quando. C. de inofficios. testament. L. 2. C. de noxal. action. c. cum dilectus. de consuetud.* Et ubiq; notant Dd. quod jus commune in pluribus offendi non debet; præsertim, quia statuta sunt stricti juris, & ad casum verbis omissum, non porriguntur, sed casus ille juri communi relinquitur. *L. constitutionibus. ad Municipal. L. quicquid astringendæ. de verbor. obligat. L. si cum dotem. solut. matrimon. L. commodissimè de liberis & posthum. cum similibus.* sufficit ergo statutum sic interpretari, ut socer à successione tantum, non etiam à legitima excludatur, per suprà dicta.

Quartò, quia sumus hic in re dubia, propter generalitatem statutorum & dispositionis, quæ neminem expressè à dictis bonis excludit: sed ipsos conjuges duntaxat, simplici & generali quadam dispositione, ad mutuam successionem invitat. Simplex enim & generalis sermo † parit obscuritatem, & rem dubiam facit saltem respectu voluntatis. 10. *L. ita fidei in fin. de jur. fisci. L. legato generaliter. cum ibi notatis. de legat. 1.* Et ideo simplex & generale dictum ad extraordinaria, vel specialiter cauta, non refertur. L. sero. *§. medico. de annuis legat.* L. doli *clausula. ubi* communiter Dd. *de verb. oblig.* Igitur in dubio patrem, (qui de jure communi includitur, & fundatam habet intentionem) saltem à legitima excludere non debemus. Sufficit enim, si nurus in reliqua successione præferatur, non ut socer etiam à legitima excludatur *arg. text. in L. tutores. §. 1. de administr. tutor. Et* in L. tutori. *C. de negot. gestis,* ibi, satis abundeq; sufficit, si cui, vel in paucis consulatur; nec tam uni parti favendum est, ut alteri injustitia fiat. *L. assiduis. in fin. C. qui potior. in pignor. hab. L. impuberi. de administr. tutor. L. cum filius familias. de militar. testament. cum vulgatis.*

Quintò facit, privatio Juris regulariter † competentis locum non habet, nisi in casibus expressis. 11. *gloss. ordinar. in c. fin. in fin. de jur. patronat. bonus textus in auth. de non eligend. secund. nubent. §. cum igitur, versic. nec est lex aliquid tale dicens.* Dd. communiter *in L. illam. C. de collation.* Nam per tacitos, vel † subauditos intellectus juris communis correctio, vel mutatio induci non debet. 12. *L. præcipimus in fin. C. de appellat. gloss. ordinar. in c. cupientes, de electis & c. in 6.* Et antiqua dispositio, nisi expressè † & nominatim corrigatur, simul cum nova concurrit & observatur. 13. *glossa in c. de multa, in fin. gloss. magna. de præbend.* facit textus in L. sancimus *C. de testament. gloss. fin. in auth. de administrant. offic. in sacr. & textus in L. pen. § fin. C. de rebus Credit. & jurejurand.* Et ibi notat Baldus, quod in dubio lex nova legē veterem corrigere non censetur, sed supplere.

Sextò & ultimò, non eundo per mendicata suffragia, hanc partem, quod statutū simpliciter de successione contra jus commune disponens, legitimam tollere non † intelligatur, nisi de illa expressè mentio fiat, latissimè per multa fundamenta firmat Salicetus *in auth. novissima. Col. pen. & fin. C. de inofficios. testament.* 14. Et ibi dicit æquiorem opinionem, & pro ea Bononiæ pronunciatum fuisse *idem Salicetus in L. sancimq. in fin. C. de nupt. & in Consil. 453. viso, inter*

Consil.

Consil. Bald. vol. 1. Idem voluit Bald. in consil. 452. statuto civitatis vol. 1. Et in consil. 426. vol. 3. Et in consil. 391. vol. 4. latè Jason in d. authent. novissima ad fin. Et hæc sunt, quæ prima facie in hoc articulo difficultatem contra nurum facere videbantur, & sententiam in favorem soceri latam justificari.

Rationes Decidendi in I. Quæstione.

PRæmissis tamen non obstantibus, verbis & mente statuti diligenter inspectis, & omnibus maturè consideratis, contrariam opinionem omni veriorem arbitramur, nempe, quod Socer ab ipso statuto penitus excludatur; ita, ut nec legitimam in bonis, de quibus agitur, consequi possit, quod evidentissimis rationibus & authoritatibus demonstratur. Et primo, de hoc videtur casus in L. Papinianus. §. *sed nec impuberis de inofficios. testament.* Ubi testator
15. pupillo suo aliquem † extraneum simpliciter substituens, matrem à filii legitima prorsus excludit. Et sic simplex inclusio unius in bonis alicujus omnes alios etiam, alioquin de jure communi vocatos, prorsus excludit. Nec solum ab universali successione, sed etiam ab ipsa legitima. Quod si
16. dispositio Testatoris simpliciter † inclusiva legitimam tollit, quantò magis dispositio statuti, seu juris municipalis, quæ longè potentius & efficaciùs operatur, *ut per Dd. in L. de quibus. de legibus. Et in L. omnes populi, de Justit. & Jure. Et in c. fin. de consuetud. pulchrè Parisius consil. 85. olim. num. 3. vol. 2 & Ruinus in cons. 27. super puncto. num. 24. vol. 4.* Nam
17. ultimæ † voluntates à Jure communi regulantur. *L. nemo potest. de legat. 1. Barthol. & Dd. in L. heredes mei. §. cum ita. ad SC. Trebellian.* sed natura consuetudinis vel statuti est, à communi jure recedere, & ipsi derogare *d. L. de quibus. & l. deprecatio. ad L. Rhodiam. de jact. cum similibus.*

Secundò pro hac parte facit, quoniam in successionibus universalibus sola &
18. simplex inclusio aliquorum † semper omnimodam aliorum exclusionem operatur. *d. §. sed nec impuberis. Et est* doctrina Bartholi communiter approbata *in L. 2. §. videndum col. 2. ad SC. Tertull.* ubi concludit, quod statutum simpliciter vocans masculos, censetur fæminas in totum excludere. Et hoc fortius suadetur. Nam de Jure communi pater in totum filio succederet, exclusa nuru. *Auth. cessante. C. de legit. heredib. L. 1. C. unde vir & uxor.* Et tamen virtute præsentis statuti ab universa successione excluditur, & ipsa nurus admittitur. Nec quisquam hoc casu diceret, socerum cum nuru debere concurrere: Igitur necessariò fatendum est, statuentes voluisse in hoc casu juri communi derogare, & omnimodam successionem parentibus adimere, & in ipsos conjuges favore matrimonii transferre; non autem ipsos parentes simul admittere, vel legitimā eis relinquere. Cum enim parentes contemplatione ipsorum conjugum favorabili ratione excludantur; Utiq; tota successio solis conjugibus est applicanda quorum scilicet favore & contemplatione universa prædicti statuti dispositio emanavit, per ea, quæ tradit Bart. *in L. cum duo. §. si duo, per illum textum. de collation. bonor.* & habetur in L. si post legatum. §. *amittere. de his, quibus ut indign.* Et ponit etiam in terminis juris Bartolus *in d. L. 2. §. videndum vers. praterea quando aliquis. ad SC. Tertull.*

Tertiò, si statuti mens & ratio pensè consideretur, nemo negabit, socerum etiam à legitima in bonis, de quibus agitur, excludendum. Nam statuentes non alia ratione moti sunt, nisi favore Matrimonii, ut Conjugia facilius & frequentius contrahantur, quod Reipublicæ expedit. *L. 1. cum similib. solut. matrimon.* Licet enim † matrimonia nullis pœnis induci possint, vel coarctari. *L. Titia. in princ. de verb. obligat. L. 2. C. de inutil. stipul. c. gemma. de sponsal.* possunt tamen spe præmiorum incitari. *L. Titio centum. §. 1. de condit. & demonstration.* Et ideo statuentes mutuam successionem conjugibus integrè & pleno jure dederunt, præsertim in bonis mobilibꝰ, nec non in bonis constante matrimonio quæsitis (ut infra dicetur;) ut ad conjugia libentius invitentur, & mutuam operam, & industriam in rebus acquirendis diligenter exponant, postquam talia bona sunt ad superstitem perventura. *argumento textus in l. fin. ibi,* ne diligentiam suam sibi damnosam intelligant. *C. de alluvion. & palud. &c.* 19.
Unde tale statutum † matrimonio favens, & in Conjugalis societatis ratione fundatum debet latè & favorabiliter interpretari, ut vult notabilis textus in L. hoc modo. *in fin. de condition. & de monstration.* 20.

Quartò considerandum est, quod hic agitur de bonis (ut prædictum est) constante matrimonio quæsitis, quæ propterea Conjugi superstiti in solidū & pleno jure relinquuntur; quoniam & de communi pecunia & communi opera atq; industria censētur acquisita, & quasi mutua donatione in

in eventum mortis collata videntur. *L. quod autem.* §. *si vir & uxor. de donat. inter vir. & uxor.* Et hoc verisimiliter à statuentibus cogitatum fuit, dum expressam differentiã constituerunt, inter bona immobilia ante matrimonium ad alterum conjugum spectantia, & bona constante matrimonio quæsita, ut scilicet immobilia antiqua post mortem ultimi conjugis ad proximiores prædefuncti revertantur, & sic ad lineam vel familiam, unde fluxerunt. §. *sancitum. Inst. per quas person. nob. acquir.* Bona verò in Conjugio quæsita ad superstitem in solidum & pleno jure pertineant, quasi in conjugali societate communi pecunia & labore quæsita.

Et eò magis, quod in facto præsupponitur, nurum jam viduam & benè divitem, filiumfamilias, nulla, vel admodum parva bona habentem, ad se recepisse, & vivente socero onera conjugalia ut plurimum de suo sustinuisse. Vnde si maritus durante conjugio aliqua bona quæsivit, utiq; verisimile est, ipsum de bonis & pecunia uxoris acquisivisse; quia aliàs ex nihilo nihil fit, ut in simili probat textus in L. Quintus Mutius. *de donation. inter Vir. & Uxor.* Et licet dominium rerum dotalium transeat in maritum. *L. doce. C. de rei vendicat.* tamen tale dominium dicitur anomalum & revocabile, & potius ex quadam legum subtilitate, quàm naturali veritate translatum, qua veritate inspecta dictæ res dotales semper in ipsius uxoris dominio permansisse censentur. Ita formaliter inquit textus in L. in rebus. *30. in pr. C. de jure. dot.* Et propterea inciviliter facere videtur socer, qui de dictis bonis in conjugio ex unius substantia verisimiliter quæsitis, legitimam petit; cum ea omnia statutum justis rationibus conjugi superstiti plenè & in solidum assignaverit.

Et hanc fuisse mentem statuentium (consideratis omnibus circumstantiis, & qualitatibus) nemo bona fide inficiari potest. Debet igitur pro claro & expresso id haberi, perinde ac si verbis statuti nominatim & formaliter exprimeretur, argumento eorum, quæ notantur per glossam & Dd. *in L. tale pactum. in fin. de pact. Et in L. Titius* §. *Lucius, de liber. & posthum. &c. L. his solis.* ibi, satis tacitè cautum putamus. *C. de revocand. donation.* Nam † expressum dicitur, 21.
quod verborum generalitate comprehenditur. *L. Lucius. de vulgar. & pupill. substitut. Bart. in L. 1. col. 2. & in L. centurio. Col. 1. ff. eod.* Et pro expresso habetur, quod tacitè subintelligi potest. *L. fidei commissa.* §. *si filio. de legat. 3.*

Quintò considerandum est, quod statutum, de quo agitur, principali favore conjugum (quibus consulere voluit) introductum fuit, nullum caput exclusivum & odiosum principaliter continens. Ideoq; debet in totum latè & favorabiliter interpretari, ad utilitatem ipsorum conjugum vocatorum. Nec consideratur, quod parentes & alii in consequentiam penitus excludantur; quandoquidem principalis † statuti intentio spectanda est, non effectus secutivè resultans. 22. *L. 1. de autorit. tutor. L. si quis nec causam. si cert. petatur. L. qui exceptionem, de except.* Ita declaravit Baldus & alii, in L. maximum vitium. *C. de liber præterit. & in L. venia. C. de in jus vocand. & in L. Sancimus. C. de nupt.* Ubi communiter concludunt, quod statutum excludens fœminas, & vocans masculos quoad caput inclusivum † masculorum favorabile, & latiùs interpretandum censeatur; 23. quò verò ad caput exclusivum fœminarum aliqualiter odiosum dicatur. Verùm cum principalis intentio statuentium fuerit præferre masculos, favore agnationis conservandæ, totum statutum inspecta principali intentione favorabile judicatur, & latè pro masculis interpretandum, secundum magis communem opinionem relatam per Curtium Juniorem *in cons. 5. col. 17. vers. absoluto capite. & cons. 9. Decius in cons. 283. & cons. 296. num. 4. Latè Parisius cons. 85. olim. num. 27. usq. ad num. 30. vol. 2.* Et prædicta communis decisio longè magis in casu isto procedit, ubi statutum solum caput inclusivum favorabili ratione concepit, quo casu dicitur omnino favorabile, et in utilitatem ipsorum conjugum latiùs interpretandum, per supra dicta, & per textum *in d. L. hoc modo. in fin. de condition. & demonstration.*

Sexto & ultimo, ne amplius per argumenta vagemur, pro hac parte, (quod statutum aliqua favorabili ratione simpliciter vocans aliquos ad successionem contra jus commune, parentes in totum etiam à legitima excludere censeatur, dato, quod de legitima nihil expresserit) stat magis communis Dd. sententia, à qua in judicando † 24.
nullatenus est recedendum. *L. 1. vers. & sanè* crebrior apud veteres opinio est. *de offic. Quæstor.* & pro hac opinione latè consuluit Parisius *in cons. 23. præsupposito. num. 24. vol. 2. Et ibi allegat. L. cum prætor. de judic. & Bart. in d. §. videndum. Et Bald. & alios in L. illam. C. de collation. Et Paul. de Castro in cons. 213. aliàs 164. noviter revocatur. Et consil. 358. aliàs 339. Quia supra. Et Socin. cons. 81. Si in causa. col. 2. vol. 4. & Corneum. cons. 222. quanquam. col. iij. vol. 3.* Et plenè Albert.

bert. Brunus *in suo tractatu, statut. exclud. femin. in 6. art. principalis. vers. secundò quæro.* Hanc eandem opinionem, quod di-
25. spositio aliqua † excludens quem à successione, simpliciter etiam à legitima eum excludere censeatur, nisi eam expressè reservet, firmat Guilielm. Benedicti solennis doct. in repetitione c. Raynutius, *de testament. in verb. & Uxorem nomine Adelasiam. num. 45. & 46. ubi* multa congerit, & quam plurimos citat. In hanc sententiam etiam Romanus *cons. 32. in decisione ultimi dubii.* Panormitanus *consil. 75. col. 1. ubi* clarè loquitur, & efficaciter probat, tale statutum Matrem excludere etiam à legitima, quamvis de legitima mentionem non faciat. Et Jason clarius *in L. si quando. §. fin. in fin. C. de inoffic. testament. ubi plures allegat.* Et Raphael Cumanus *consil. 188. spectabilis miles. ubi* hoc clarè concludit. Et Alexand. *consil. 68. circa col. 2. vol. 4. ubi* concludit, matrem excludi à legitima. Et se nunquam voluisse contrarium consulere, licet à multis rogatus. Quia hæc est communis opinio, pro qua sæpe consuluit Paulus de Castro. Et legendo eam tenuit *in L. Titio centum §. Titio genero, de condit. & demonstrat.* Eandem opinionem confirmat Fabianus de monte *sancti Sabini, in repetition. dict. Auth. novissimè in 15. quæst. in fin. de inofficios. testament.*

Ex quibus omnibus patet, hanc esse magis communem & receptam opinionem, à qua in consulendo & judicando recedere nefas esset; & præsertim in casu isto, in quo agitur de bonis in conjugio & domo ipsius viduæ, acquisitis, in quibus socer nulla ratione jus aliquod prætendere potest. Et ita in favorem nurus indubiè concludimus & tenemus, non obstantibus his, quæ pro socero superius adducta fuerunt.

REFUTATIO RATIONUM DUBITANDI.

Ad quæ (tametsi ex præcedentibus satis superq; responsum videatur.) veruntamen singulatim, & specialius respondendo, non obstat Primùm dicta Regula, Quod inclusio unius non excludit alterum alia via, vel ratione comprehensum. Nam illa regula non procedit, ubi de universali successione tractatur. Quia per alicujus inclusionem, sive ab homine, sive à statuto fiat, semper sequitur totalis aliorum exclusio *d. §. Sed nec impuberis.* Et est magis communis Dd. opinio, ut supra ostendimus. Et hoc evidenter patet, cum nemo dicat, socerum cum ipsa nuru, in tali successione debere concurrere, sed legitimam tantum petere, quæ similiter ei nulla ratione debetur, per supra dicta.

Secundò non obstat textus in L. si quando. *§. fin. C. de inoffic. testament.* ubi legitima filii remissa non videtur, nisi expressa mentio fiat. Quia respondetur quod ille textus casui nostro non obstet, ex quo illic agitur de filio jura sua remittente, qui propterea legitimam remittere non censetur; cum ejus remissio † in aliis ju- 26.
ribus testamentariis verificetur, Legitima autē ex testamento nō debeatur. Ideoq; ad eam renunciatio in dubio non porrigitur, argumento L. si domus, de servitut. *Urban. prædior.* & quæ de remissione strictissimè intelligenda tradunt Dd. *in L. naturaliter §. nihil commune, de acquir. possess.* Ubi communiter concludunt, quod remissio vel renunciatio est strictè intelligenda, & ad jus diversum, vel separatum non porrigitur. Cæterum hic agitur de universali successione à statuto (favorabili ratione) delata, quæ omnia jura & bona comprehendit, exclusis omnino parentibus & aliis, qui de jure communi aliquod jus prætendere possent. Nam favorabilis statuti provisio, longè plenius interpretanda est, quàm ipsius renunciantis remissio, quæ à sola ejus intentione dependet. *d. L. hoc modo, de condit. & demonstrat. junct. d. l. naturaliter. §. nihil commune. & d. L. si domus.* Et ita non obstante illo textu *in d. L. si quando. §. fin.* concludit ibi Jason contra legitimam; & ita tenent magis communiter Dd. ut patet ex suprà allegatis.

Tertiò non obstat, quod statuta sunt stricti juris, & strictè interpretanda, ita, ut quàm minus jus commune lædatur. Quia respondetur, illud procedere in statutis principaliter odiosis, & in odium aliquorum principaliter introductis, ut dicitur de S C. Macedoniano. *L. 1. eod. tit. ad SC.* Talia enim † statuta & dispositiones merè o- 27.
diosæ, sunt quam strictissimè interpretandæ, ut minus, quàm fieri possit, operentur, ut communiter tradunt Dd. *in. L. 2. per illum text. C. de noxalib. action.* secus in statutis merè favorabilibus, quæ in favorem tantum, & non in odium principaliter edita sunt. Tunc enim fit lata & favorabilis interpretatio in favorem illorum, qui-

quibus per talia statuta consulitur. *d. L. hoc modo, & docet Bart. in d. L. 2. §. videndum. ad SC. Tertullian. & Baldus in L. qui exceptione, per illum textum de exception.* Et ita in SC. Vellejano videmus, quod latiùs & favorabilius interpretatur, quàm Macedonianum. Quia unum in odium, alterum in favorem principaliter inductum fuit. Et faciunt ea, quæ supra in quinto fundamento pro Nuru deduximus.

Quartò non obstat, quod hic simus in dubio, & in dubio socer à sua legitima excludi non debeat. Quia respondetur, quod imò non sumus in dubio, sed in casu claro statuti favorabilis omnem successionem, & omnia bona favore matrimonii deferentis. Et licet statutum non per terminos universales, sed indefinitè loqueretur, idem esset. Quia indefinita legis vel statuti æquipollet universali, sicut etiam Testatoris, *Bart. & Dd. in L. si pluribus, per illum textum. de legat. 2. L. jura non in singulas. de LL.* Nam clarissima est Juris decisio, quod in successionibus universalibus per inclusionem unius, cæteri omnes penitus excluduntur; quia dispositionis vigor, tenor & sensus hoc important. *d. §. sed nec impuberis.* & latissimè supra per communes decisiones ostendimus.

Quintò non obstat, quod privatio juris locum non habet, nisi in casibus expressis. Quia respondetur, illud procedere, quando privatio in odium aut pœnam principaliter induceretur; quia tunc ad non expressa non porrigitur, *per jura ibi allegata.* secus ubi ex favorabili dispositione, contemplatione & commodo aliquorum inducta, alii in consequentiam excluduntur, quia talis consecutiva privatio tacitè ab expressis resultat, ut est casus in d. §. sed nec impuberis. *C. de inoffic. testament.* Et odium † resultans in conse- 28.
quentiam actus favorabilis non consideratur *L. cum ex oratione §. fin. & L. sed & milites. §. scribit. de excusat. tutor. L. legitimos §. de legib. tutor. notat Bald. in L. quod favore de Legib.* Cum igitur mens statuti fuerit, bona conjugis prædefuncti favore matrimonii, præsertim ea, quæ durante conjugali societate quæsita fuerunt, ad conjugem superstitem pleno jure, & in solidum pervenire; non fit socero injuria, si in consequentiam à dictis bonis penitus excludatur, per supra dicta. Nam de potestate statuti non dubitatur.

Ultimò non obstat opinio tenentium, legitimam non intelligi sublatam, nisi de ea expressa mentio fiat. Quia respondetur, quod omnes præfati Dd. si diligenter inspiciantur, simpliciter loquuntur in legitima liberorum seu descendentium; puta vel filiæ exclusæ à statuto vel alterius descendentis. Quo casu fatendum est, de tali legitima aliter, quàm de legitima ascendentium judicari: quia longè favorabilior est, & naturali Jure
† debetur, nec in totum tolli potest, se- 29.
cundum crebriorem sententiam, ut plenè supra in primo articulo demonstratum est. Et de tali legitima liberorum loquuntur etiam jura per eos allegata in d. L. si quando. §. *final. in d. L. Sancimus. in Auth. si qua mulier. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. & in Auth. hoc amplius. C. de fidei comiss. & in L. quisquis. C. de crimin. læsæ Majest. & in L. si arrogator, de adoption. & in L. 1. §.* si impubere. *de collation. bonor.* Ubi liberi exclusi à successione, non excluduntur à petitione legitimæ. Nos autem sumus in legitima parentum, quæ positivo Jure debetur, & in totum tolli potest; nec est adeo favorabilis. Et ideo etiam sine ulla expressione per simplicem translationem bonorum vel successionis sublata censetur, ut magis communiter concludunt Dd. in locis supra in ultimo fundamento pro nuru allegatis. A qua opinione, uti veriori, & magis communi recedendum non esse arbitramur. Et ita de Jure tenemus, Salvo saniori Judicio.



CONSIL.

Consilium CCCXXIX. De Bonis Feudalibus et Allodialibus, et de Rationibus Tutelae, Reddendis.

SUMMARIA.

1. *Quicquid non probatur esse feudum, haberi debet pro allodio.*
2. *Servus nemo esse præsumitur.*
3. *Feudum servitus quædam propter servitia, quæ inde debentur.*
4. *Dominia omnem Jurisdictionem habentia libera præsumuntur.*
5. *Libertatis qualitatem in feudum mutatam esse probari debet.*
6. *Mutatio & accidens nunquam præsumitur.*
7. *Origo ad veritatem multum operatur.*
8. *Res quæ ab antiquo fuit hereditaria, præsumitur adhuc esse talis.*
9. *Nomina vel asseverationes non mutant qualitatem rerum.*
10. *Destinatio aut usus possessoris non potest immutare naturam rerum.*
11. *An remedium l. f. C. de edict. D. Hadrian. tollend. detur ab intestato?*
12. *Successio feudalis media est & de extremis participat.*
13. *Justè possidet, qui è sententia Judicis possidet.*
14. *Præsumptio generalis per magis speciales tollitur.*
15. *Ubi major pars bonorum est feudalis, præsumitur & reliquum esse feudale.*
16. *De adhærentiis idem judicatur, quod de iis, quibus cohærent.*
17. *Quando res est antiqua & uniformiter possessa, præsumitur ejusdem qualitatis.*
18. *Mobilium vilior est possessio.*
19. *Immobilia ex immobilibus & sui similibus censentur.*
20. *Acta probant inter easdem partes etiam in alio judicio.*
21. *Sententia etiam interlocutoria transit post decendium in rem judicatam.*
22. *Exceptio litis pendentiæ tantum operatur, quantum exceptio rei judicatæ.*
23. *Litis contestatio perpetuat actionem & durat ad 40. annos.*
24. *Præsumptio eliditur per apparentem in contrarium veritatem.*
25. *Præsumptio specialis pro firmiore habetur.*
26. *Instrumenta sunt probatio probata & non probanda.*
27. *Literæ antiquæ etiam in verbis enunciativis probant.*
28. *Antiqua scriptura quæ?*
29. *Factum præsumitur, quod est consuetum.*
30. *Contrahentes præsumuntur, se velle conformare Juri communi.*
31. *Pro possessoribus sufficit præsumptiva probatio ad servitutem rei probandam.*
32. *Argumentum à consuetudine regionis valet.*
33. *A qualitate servitiorum præstitorum probatur rem esse feudalem.*
34. *Liberi præsumuntur scire qualitatem & valorem paternorum bonorum.*
35. *Remittere jus liquidum, est donare.*
36. *Ex possessione uniformi 30. annorum res fit feudalis.*
37. *Exceptio præscriptionis est litis finitæ.*
38. *Feudum præscriptione quæsitum ordinariam ejus sortitur naturam.*
39. *Usus & possessio magis facit appertinentias quàm homagium.*
40. *Qualis nunc rei præsens reperitur status, talis & antea semper intelligitur fuisse.*
41. *Qualitas possessionis feudalis, qualis in parentibus fuit, præsumitur in filiis.*
42. *De possessione præterita & priori præsumitur in præsentem.*
43. *Sequentes investituræ congruere debent primæ.*
44. *Majus & minus ejusdem juris ac qualitatis intelligitur esse.*
45. *Piscina feudo infossa, pro feudo haberi debet.*
46. *Generalis locutio comprehendit omnia, ad quæ salva recti sermonis proprietate extendi potest.*
47. *Unitas in investitura omnium rerum præsumitur.*
48. *Quæ Actor libello inserit, intelligitur confiteri.*
49. *Confessio relevat adversarium ab onere probandi.*
50. *Confessio inter genera probationū refertur.*
51. *Donatio in mulieribus nunquam præsumitur.*
52. *Finita instantia perire simul acta quomodo intelligendum?*
53. *Vasalli quodnam jus subeant respectu agrorum?*
54. *Inædificatum feudo est & manet feudum.*
55. *Appertinentiæ atq; accessiones sequuntur naturam ejus, cui adjiciuntur.*
56. *nec alterię qualitatis aut juris cēseri queūt.*

57. *Habens intentionem fundatam in toto, habet & in partibus.*
58. *Quæsita potiori parte totum in feudum acquiritur.*
59. *Præscriptio per se sufficiens est titulus &c.*
60. *Præscriptio æquiparatur veritati.*
61. *Surrogatum retinet naturam ejus, cui surrogatur.*
62. *Tempora prædecessorum cum possessione successorum conjunguntur, ut usucapio compleatur.*
63. *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
64. *Divisio tutoribus permissa.*
65. *item Alienatio per modum transactionis.*
66. *Restitutionis beneficium quando petendum?*
67. *Qui habet consensum superioris, non opus habet decreto inferioris.*
68. *Alienatio in familia facta intra annum debet impugnari.*
69. *Actor post effluxum probationis terminum non auditur.*
70. *Terminus probatorius de Jure Saxonico exclusivus.*
71. *Actor nova actione reum convenire nequit, nisi se priori extricaverit.*
72. *Separatorum separata ratio.*
73. *Ex unione feudali & usurpatione 30. annorum probatur feudum.*
74. *L. obligationum. 44. §. placet. D. de O. & A. regula cessat in præscriptione.*
75. *Possessio diutina feudum præsumi facit. Quæ?*
76. *Possessor in sua possessione defendendus.*
77. *An l. f. C. de edict. D. Hadrian. tollend. saltem ex officio Judicis liberis succurratur?*
78. *Absq. causæ cognitione plenâ, nemo suâ possessione spoliari debet.*
79. *In materia immissionis possessor non possidenti præfertur.*
80. *Filia in possessionem non mittitur, quando agnati habent in promptu probationes.*
81. *Commoda successionis qui percipit, onus tuendi subire debet.*
82. *Cessatio tutoris est dolitâ, cujus nomine etiam heredes tenentur.*
83. *Antequam nascatur actio, non currit ejus præscriptio.*
84. *Unusquisq. tutorum insolidum ex cessatione tenetur.*
85. *Rebus etiam mobilibus hereditatis non præscribitur prius, quàm ipsi actioni petitionis.*
86. *Petitio hereditatis paternæ liberis 90. annis præscribitur.*
87. *Idem de Jure Saxonico.*
88. *An quoad feudum, patris factum filio noceat, licet ejus heredi?*
89. *Pro decreto Principum præsumitur; modo factum fuerit cum causæ cognitione. n. 126.*
90. *Confessio præsertim in Actis facta est optima probatio.*
91. *Ordinatio Principis satis quem excusat.*
92. *Relatum inest referenti. & n. 127.*
93. *Tacita hypotheca locum non habet in feudalibus.*
94. *An in materia taciti pignoris eadem virtus taciti quàm expressi?*
95. *In generali obligatione non censentur obligata feudalia.*
96. *Pupillorum favor ad aliorum injuriam detorqueri nequit.*
97. *Dominus feudi in pignus non censetur consentire absq. expresso consensu.*
98. *Conventio & dispositio ad incognita non porrigitur.*
99. *Privilegiatus in specie excludit privilegiatum in genere.*
100. *Per commune affirmare vel negare nihil veritati decedit.*
101. *Minoris potius habenda ratio, quam mulieris circa dotem.*
102. *Differentia agnationis & cognationis de Jure Saxonico in successione non attenditur.*
103. *Tutela proximioribus tantum defertur.*
104. *Alieno onere alius gravari non debet.*
105. *Tutela quia facti probanda est.*
106. *Legitimus alio dato tutore, non tenetur.*
107. *Si non datur præsuppositum cessat dispositum.*
108. *Non Entis nullæ sunt qualitates.*
109. *Legitimus tutor administrare non potest ante decretum.*
110. *Ratihabitio necessariò ad principium actus retrotrahitur.*
111. *Expressum in statuto quod non est, manet in dispositione Juris communis.*
112. *Quod non mutatur, cur stare prohibeatur?*
113. *Statuta secundum jus commune intelligenda.*
114. *Solennitates & cautiones tutorum an à parentibus requirantur?*
115. *Communis opinio etiam erronea jus quoad officia personarum facit.*
116. *Tutor esse nequit, qui cum pupillis lites habet.*
117. *Causa propria, unde quis utilitatem sperare potest.*
118. *Collaterales de Jure Saxonico in feudo succedunt non juxta proximitatem sanguinis sed virtute simultaneæ investituræ.*

119. Non

119. *Non probat hoc esse, quod ab eo contingit abesse.*
120. *Nominatio tutoris pro fidejussione est.*
121. *Dolus & lata culpa difficulter probari possunt.*
122. *Onus tutelæ feudum non sequitur.*
123. *Separatorum separata est ratio.*
124. *Unius inclusio est alterius exclusio.*
125. *Authoritas Magistratus excusat, & omnem fraudis suspicionem excludere debet.*
126. *Rescripta Principum nemini jus defensionis præcludunt.*
127. *Ratio dicti quando non est idonea, totum confunditur dictum.*
128. *Relato deficiente deficit & referens erroneum.*

Der Fall / so zu berathschlagen / verhelt sich kürtzlich folgender gestalt.

D. Von S. ist Anno 49. Martini verstorben / der hinder jhm keine Leibeslehens Erben / sondern 2. Töchter gelassen / die ein statlich erbe an bahrschafft vnd anderer fahrnüß / dergleichẽ das Forberg D. mit zweyen Bawergütern vnd vier hufen landes bekommen / die S. Lehens Erben aber die Lehengüter / inhalt der Lehenbrieffe zu jhren Händen vnd gebrauch genommen.

I. QUÆSTIO.

Von denselbigen Lehengütern begehren die Landerben vnd ziehen vor Erbe vnd Väterlich allodial Gut an / Erstlich das Forberg S. Zum andern den P. Teich / Vors dritte vngefehrlich 10. acker Wiesewachs / Am vierdten / das Forberg D.

Vff den ersten Punct des Forbergs S.

Halten es die von S. aus denen vrsachen Lehen vñ nicht Erbe zusein. Erstlich das Herr T. von S. seel. im 1406. Jahr etliche nutzungen der Capellen vor dem Schlosse zu L. vbergeben / in welcher vbergabe zubefinden / daß er dasselbige in Lehen besessen vnd zu lehen gehabt / auch in derselbigen vbergabe dz Kirchlehen / hofedienst vnd den lehenhoff ausgezogen vnd zuvorn behalten / Vors ander hat auch ein alter Juncker von S. daruff gewohnet / der vermutlich nicht vf em bawergut / sondern Lehen gesessen / Zum dritten ist es E. von S. Mutter Leibgut gewesen / welches deñ vnter denen von Adel vff Lehen vnd nit Erbgüter gemeiniglich gewidmet wird / Am vierdten frohnet man zun Erbgütern nicht / Nun hat aber dasselbige Forberg von des Dorffs einwohnern seine sonderliche dienste vñ frohne zu dem Ackerbaw / wiesewachs vnd gebeudẽ / vnd seind dieselbigen Leute gegen L. nichts zu dienen schuldig / Inmassen die andern Dorffschafften / Es haben es auch / vors fünffte E. von S. schwestern nach absterben jhres Vaters / d' wol vor 60. jahren gestorben / niemals vor Erbe angefochten / so wol auch den jtzigen besitzern von S. gedachts E. Lehensvolgern schwestern nach jres vatern tode / der vngefehrlich vor 18. jahren verschieden / niemals vor Erbe angezogen.

II.

Vff den andern Punct den P. Teich belangende /

Ist derselbe den mehrern theil vff eine wüste marck G. welche Lehen ist / erbawet / vngefehr der dritte theil vff der einwohner zu P. vnd H. von P. marck / doch seind die P. von der G. marck vergnüget biß vngefehrlich vff 60. acker / die sein H. P. vor 3. oder 4. acker gegeben worden / damit der baw seinen fortgang bekomen / Inmassen der eine Zeuge mit B. signirt, aussagt / Vnd ist solcher Teich vngefehrlich vor 80. Jahren von E. von S. Vater erbawet / vnd vor derselben zeit in den alten Lehenbrieffen nicht Teiche / sondern Teichsteten zubefinden / hernach-

mals aber do E. von S. Vater / der denselben Teich erbawet / verstorben / wird dz wort Teich vnd Teichstete von Fürsten zu Fürsten in die Lehenbrieffe gesetzt vnd also zu Lehen gemacht. So ist auch derselbige teich von E. von S. schwestern / do jhr Vater vor etzlich 50. Jahren tödtlich abgangen / niemalß vor Erbe angezogen worden / Es setzen auch Klägere selber in den actis, daß der Teich zu Lehen gemacht sey.

III. Punct.

ZVm dritten das wiesewachs vngefehrlich 10. acker anlangende / die vber die brücken liegen sollē / wird darauf berichtet / daß in den Lehenbrieffen das holtz vber der Brücken denen von S. geliehen / vnd wird in den Lehenbrieffen weder acker noch Wiesen gemeldet / Weil aber nunmehr dz holtz vber der brücken den meisten theil außgerottet / zu acker vnd wiesen gemacht / So wird ohne zweifel dasselbige den Leuten als Laßgut vmb einen Zinß ausgethan / vñ do sie den zinß zu rechter zeit nicht gegeben / die wiesen von der Herrschafft wieder genommen sein worden / doch sol hierinnen ferner bericht vffgesucht werden.

IV.

Das Forberg D. betreffende.

IST dasselbige den Erben als erbgut eingereumet / vnd in jhren gebrauch gelassen / Weil es aber zwey Bawergüter gewesen / haben die Lehenserben zinse vnd fröhne gefodert / aber nicht erlangen können / biß sie dasselbige Forberg kauffweise von den Landerben groß Vater vnd Vormünden vor 17. jahren an sich gebracht vnd bezahlet / Do nun dasselbige mit Churf. consens nicht verkauffet / vnd den LandErben noch einmal bezahlet werden / vnd zu Rechte also versehen sein solte / wird es vff der Rechtsverstendigen raht vnd bedencken gestalt / vnd wollen die von S. sich der billigkeit nach weisen lassen.

II. Quæstio.

HJerüber zum andern ist zubesorgen / dz E. von S. Landerben vnd Töchtere oder von jhrentwegen nunmehr jhre eheliche oder Kriegische Vormündere von den Lehensvolgern als nehest verwandten schwertmagen vnd legitimis tutoribus rechenschafft des erbe vnd gepflogener oder verlassener Vormundschafft zu fordern willens / wird darauf auch ein rathsames bedencken begehret / welcher gestalt sie dagegen sich schützen vnd deren forderung loßwirckē oder entbrechen möchten.

Ratio Dubitandi

in 1. 2. 3. 4. articulo

I. Quæstionis.

WAs nū die erste forderung belanget / scheinet dieselbige vor den Töchtern gnugsam ergründet zu sein / Erstlich aus gemeiner vermutung der recht / das die von jhrem Vater verlassene güter vor erbe vñ nicht lehen zuachtē / biß die Lehensvolger das wiederspiel ausführē / textus est in terminis pro filiabus in c. 1. §. inter filiam. *ubi gloss. verb. interim. & Dd. Si de feud. defunct. fuer. content. c. nimis. ubi Canonist. de jurejurand.* & hoc communiter teneri tradit Socinus junior *consil. 75. illustrissime. num. 25. vol. 1. cons. 115. in facto. n. 31. vol. 2. cons. 1. num. 24. & 39. consil. 91. num. 4. vol. 4.* Nam quicquid non probatur † 1.
esse feudum, judicari & haberi debet pro allodio. *Decius consil. 468. num. 6. Alexand. consil. 129. ponderatis. num. 1. vol. 1. per c. unic. de allod. Afflict. c. 1. §. ult. num. 68. Ex quib. caus. feud. amitt.* ex notoria juris præsumptione, quæ stat pro hæredibus patris, quod allodium potius reliquerit quam feudum; & res in dubio censeri debeat allodialis non feudalis. *Jason. l. si priusquam. num. 41. de operis nov. nunciat. Alciat. reg. 2. præsumpt. 3. cum ibi adductis. Alexand. consil. 55. perspectis. num. 20. vol. 5.* Ita pulchrè infert Decius *consil. 468. num. 6. cons. 424. proponitur. num. 7. & 8.* Sicut n. nemo † præsumitur esse servus aut 2.
homo vel vasallus alteri obnoxius, donec probetur. *Bald. l. libertas. n. 1. de stat. homin;* sic

sic arguendo à personis ad res. *l. qui furere. ubi Bald. notat de statu homin. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. de legat. 1. Everard. loc. legal. à person. ad res.* ita quælibet etiam res præsumitur libera, donec contra probetur servitiis obnoxia. *l. si ædibus. 9. l. altius. ubi Bald. & Dd. C. de servit.* magis etiam quam homo. Quoniam homo nasci in servitute potest, res non item. *Ferrar. in form. confess. action. verb. plenum. num. 2. & 3.* & consequenter præsumitur allodialis potius quam feudalis, & sic servituti obnoxia, ut ex hac ratione infert Afflict. *c. 1. §. ult. num. 68. Ex quibus caus. feud. amitt. & decis. 277. num. 7. Decius consil. 468. num. 7. Jason d. l. si priusquam. num. 41. Schurff. consil. 69. præsens. num. 1. centur. 1. Felin. c. quæ Ecclesiarum. num. 69. de*
3. *constitut.* Nam feudum † quædam servitus propter servitia, quæ indè debentur. *gloss. l. si cujus. §. si ususfructus. verb. oportere. de usufruct. Bald. l. libert. in princ. de statu homin.*

Itaque bona relicta præsumuntur allodia, donec feudalia probentur. *Præpositus & Dd. d. c. 1. §. inter filiã. si de feud. defunct. & c. Decius, Afflict. Jason, & Alciatus præallegat. loc.* Et contra asserentem feudum semper est præsumptio, quæ res sit libera & allodialis, donec contra probetur. *c. 1. ubi Isern. notat. num. 7. de controvers. inter mascul. &*
4. *fœmin.* etiam in dominiis & territoriis † annexam jurisdictionem habentibus. *Alciat. d. regul. 2. præsumpt. 3. num. 2. Innocent. Baldus & Dd. c. ult. de caus. possess. & propr. & c. nimis. de jurejurand. clem. pastoralis. §. pen. vers. eo modo. de sent. & re judic. Speculator. §. nunc. vero aliqua. num. 80. de locat.* Imò licet prædium aliquod recognoscatur & aliundè pendeat; non tamen indè probatur esse feudum, cum possit esse emphyteuticum, censuale &c. atque ita allodiale potius, quam feudale. *Bald. l. liberti. num. 36. C. de oper. libert. Jason. in prælud. feud. num. 66. & 67.*

Vors Andere/ so gestehen die Lehensvolgere selbst/ daß D. ein Bawrgutt gewesen/ vnd anfenglich haben auch die andere Güter dieselbige Natur vnd eigenschafft auß natürlicher Freyheit vnd gemeinen Römischen Rechten gehabt/ darumb nicht vermuetlich/ daß sie jhre Natur vnd Eigenschafft verlohren vnd in Lehen verendert oder verwandelt/ biß daß solches die Mitbelehnten erweisen vnd darthun. Res enim naturâ sunt liberæ. *Bald. d. l. libertas. de stat. homin. Ferrar. de confess. action. verb. plenum. num. 2.* & consequenter allodiales non feudales. *d. c. unic. de allod. Jason. l. si priusquam. num. 40. de oper. nov. nunciat. Alciat. reg. 2. præsumpt. 1. num. 2.* Itaque probari de-
5. bet hæc naturalis † qualitas in feudum quod sit mutata. *Jason. num. 43. & Alciat. præallegat. loco. Bald. c. cum omnes. num. 21. de constitut. Schurff. consil. 69. in princ. cent. 1. gloss. & Dd. c. 1. §. 1. verb. interim. si de feud. defunct. & c. l. circa. ubi gloss. verb. ingenuum. de probat. l. liberis. §. fin. de liberal. caus.* quando mutatio † nunquam præsumatur, ut quiddam accidens, donec demonstretur. *l. cum. 22. l. 3. de probat. Alciatus d. regul. 2. præsumpt. in princ. per gloss. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. Qui satisd. cogant. l. sancimus. C. de testament.* Nam mutare qualitatem rei est non naturale sed accidens contrarium. *l. 4. de just. & jure. Alciat. d. reg. 2. præsumpt. in princ. Jason. d. l. si priusquam. num. 40. 41. 42. 43. de oper. nov. nunciat.* Accidentia autem non præsumuntur, sed probanda sunt. *Jason. num. 15. d. §. qui pro rei qualitate. Alciat. regul. 2. præsumpt. 1. 2. cum seq.* 6.

Itaque principium est attendendum. *l. 1. & 2. de orig. jur.* & origo ad veritatem † multum operatur. *Bald. l. falsus. num. 1. C. de furt.* & antiqua possessio præsumitur habere justitiam permanentem. *Cynus l. si solennibus. in fin. C. de fid. instrument.* etiam in feudali materia. *Bald. c. 1. §. cum autem. num. 4. & 5. de controv. investitur. Castrens. consil. 176. videtur. num. 4. vol. 1.* Itaque quæ res ab antiquo † fuit hæreditaria, præsumitur adhuc esse talis, donec probetur esse feudalis facta; etiamsi possessor & testes dicant esse feudum. *Afflict. decis. Neapolitan. 277. antestes. num. 5. 6. Alexand. consil. 55. perspectis. num. 20. 21. vol. 5.* Non enim nomina vel asseverationes † mutant qualitatem rerum. *l. 4. ubi Dd. de legat. 1. l. non nudis. C. de probat.* sed feuda tantum constituuntur per investituram. *c. 1. quibus mod. feud. constit. c. 1. §. ult. de feud. cognition.* aut acquiruntur præscriptione. *c. 1. §. si quis per 30. annos. si de feud. defunct.* vel successione feudali. *c. 1. de success. feud. & de grad. success. c. 1. in princ. de consuetud. rect. feud.* quorum nihil præsumitur, nisi doceatur, cum sint facti. *Alexand. consil. 70. in causa. num. 1. vol. 3. Boer. decis. 245.* ne quidem ex temporis diuturnitate. *Oldrad. consil. 296.* Quoniam ut tempus non est modus inducendæ obligationis. *l. obligationum. §. placet. de obligat. & act.* sic nec modus mutandi rerum qualitates. *Oldrad. d. consil. 296. de jur. num. 3. Jason. l. sciendum. num. 17. 19. de verb. obligat.* nec quisquam sibi causam possessionis mutare potest. *l. qui bona. 19. §. 1. de acquirend. possess.* Ideoque nec destinatio † aut usus possessionis immutare potest rerum naturam aut qualitatem. *l. ceteræ. §. sed si separavit. de legat. 1. l. cum in fundo. §. si fundus. de jur. deliberand. Tiraquell. de retract. proxim. §. 1. gloss. 7. num. 105. gloss. 8. num. 25.* neque prima-

7. (margin, beside "multum operatur")
8. (margin, beside "antiquo † fuit")
9. (margin, beside "severationes †")
10. (margin, beside "destinatio †")

primævus rei status in præjudicium alterius immutandus. *Bald. l. ult. num. 3. C. de suis & legit. Prapos. c. 1. num. 2. An agnat. vel fil. per c. 1. §. præterea. Quibus mod. feud. amitt. Decius consil. 445. num. 23. Curtius de feud. p. 2. quæst. 2. num. 42.*

In possessorio autem Retinendae secundum eum, qui probat antiquiorem possessionem, obtinet is, qui probat titulum, seu possessionem justiore titulo coloratam, seu justiorem causam, ut per multa Jason. *l. naturaliter. §. nihil commune. num. 39. de acquir. poss. Montan. tract. fin. regund. cap. 67. num. 4. Paris. d. consil. 112. volum. 1. Lud. Gozadin. consil. 86. num. 6.* quod maximè sequendum, ubi sunt in jurisdictionibus probandis probationes intricatae *Bald. consil. 420. verba. num. 8. volum. 1.*

Ideo ad obtinendum requiritur, quod quis priorem & magis coloratam habeat possessionem, justificatam meliore & clariore titulo *Everard. consil. 124. praeclarissime. colum. 1. num. 40. per c. in literis. de restit. spoliator. clem. unic. de possess. & propriet.*
25. Et † quia ex conjecturis non praesumitur quis possidere, ubi contra eum praesumptio est *Gratus. consil. 40. num. 29. volum. 2.* ideò quando est recens possessio, cogitur actor titulum probare, quia actor est, & non habet pro se titulum *Innocent. c. quia cunctis. verb. cum plures. versic. nec obstat. de concess. praebend. decis. Rot. 1. de restit. spoliator. num. 2. & num. 3.* quia ex tali recenti possessione non praesumitur bona fides, nec justus titulus. Item si longo tempore possedit in casu, quo est praesumptio contra eum, ut cum alius est possessor, vel cum alio litigat, ibi possessio antiqua & titulata est verisimilior, & praefertur *Paris. consil. 112. num. 78. volum. 1.*

Darumb das Gr. Anwald nun sich viel rühmet solcher Artickel / so durch den 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. vnd 17. Zeugen erwiesen / ist jhm leichtlich gewesen also in genere zu allegieren / aber es wolte jhme schwerlich fürfallen solches in specie & singulariter singula examinando darzuthun / Derwegen er als der vorsichtige solches vnterlassen / Atqui non sufficit allegare aliquid esse probatum, quod est facti, sed debet idem ad oculum demonstrari, quia facta non praesumuntur sed probantur *l. asseveratio. C. de non numerat. pecun. l. sive possidetis. C. de probation.* nec sufficit dicere, partes hoc vel illud probasse, sed est demonstrandum, per quae, & quibus dictis probarit, quoniam, ut loquitur Baldus, testis † tantum probat, quantum dicit, & non plus, quia per testes non intelligitur probatum, nisi quatenus in dictis invenitur *Bald. in rubric. de controvers. invest. num. 5. per not. in c. veniens. de renunciat.* 26.

Dagegen aber hat Chur: vnd Fürstl. Anwald per partes & speciatim in seiner Exception außgeführet / das erwehnte Zeugen solchen Artickel mit dem geringsten nicht bejahet noch bescheinet haben / Vnd weil dawieder Gräfflicher Anwald nichts fürgebracht / noch mit dem geringsten etwas dawieder gesetzet / viel weniger solches abgelehnet / als lesset es fürs halben auch Chur: vnd Fürstl. Anwald dabey bleiben vnd wil sich zu seiner exception gezogen haben.

Praesertim † cum non sit verisimile 27.
Actores quoq; tanquam inferiores, habere jus collectandi, ubi superior habet. Quod
† autem non est verisimile habet imaginem 28.
falsitatis *Dd. in l. quid sit falsum. 23. ff. ad L. Corn. de fals.* nec est verisimile quod impossibile. Impossibile † verò est, penes duos 29.
esse idem jus, etiam in incorporalibus, & hoc argumento utitur Gratus *consil. 41. num. 2. volum. 3.* Everardus *consil. 136. praeclarissime. col. 6. num. 20.* & est ratio, quia fictio non cadit super impossibile *Barthol. l. si is qui pro emptore. de usucap.* sed impossibile est, secun-

secundum veritatem duos in solidum eandem rem possidere *l. si ut certo. §. si duobus. ff. commodat.* unde dicunt Panormitanus & 30. Dd. quod licet † alio respectu transferatur possessio in petitoriis, tamen hoc fallit, quando alius est in possessione. Deinde à consuetis: quia non solent habere inferiores jus collectandi, cum sit jus regale: non consueta autem non sunt verisimilia. Tertiò, quia non est juris, quod habeant, ideo præsumptio contra jus non facienda: nec est verisimile quod est contra jus: imò præsumptio ei adversatur.

Denn der Erste Zeuge Frid. von W. ob er wol bey diesem Artickel außgesaget / das die Grafen ohne unterscheid ihre Unterthanen besteweret / so weiß er doch nicht wenn / wie lange / Item welche Unterthanen / ob nicht die allein so vom Reich oder Kron Böhem zu Lehen rühren / sondern auch von Hause zu N. darin allein 31. der jetzige streit ist / Non † igitur sufficit, quando litigatur de certa specie, testatio de genere, quod in aliis speciebus, quam litigiosis, potest verificari: & testibus in specie deponentibus magis creditur quam in genere *Æmyl. consil. 81. num. 1.* impossibilia verò deponentibus non creditur *Grat. consil. 136. num. 17. volum. 1.*

Præsertim cum hic rei sint in universali jure & possessione omnes subditos suos collectandi. Ratione autem incertitudinis, etiamsi alias qui probat partem se possedisse præsumatur totum posidere, tamen hoc non obtinet, quando alius posideret reliquas partes *Balb. in l. celsus. parte 4. num. 2. de usucap. per not. l. quod uno. §. final.* 32. *de acquir. possess.* vel quando † est in possessione universalis jurisdictionis *Jason l. 3. num. 2. de jurisdict.* Et quamvis à possessione partis ad totum præsumatur, quando unum est totum, hic tamen illa præsumptio non procedit, cum sint distincta dominia, nec unus Comitatus: nam & ipsi Comites in suis titulis hos distinguunt. Ex quo apparet distincta quoq; esse dominia *Calefac. de jurisdict. fac. decis. Rot. 2. num. 3. de præscript. decis. 14. de restit. spoliat.*

Deinde nullam testis ille adducit ra- 33. tionem scientiæ & causam, ex † qua possessio venit probanda, ut dictum est ex *l. stipulatio. §. hoc quoq;. ubi gloss. verb. stipuletur. Bald. l. 4. in fin. l. cum res. num. 1. C. de probat.* & est communis doctrina *Castrens. Imol. & Dd. l. Titia. de solution. Balb. d. l. Celsus. parte* 34. *4. num. 1. 2. 3. cum seq.* adeo † quidem, ut etiamsi non requiratur testis de causa scientiæ, tamen in probanda possessione eam reddere debeat, nec sufficiat dicere se scire, quia deponit super intelligibili, quod percipi debet per sensum exteriorem, maximè quod ad patientiam attinet: Ita pulcrè Andreas Barbatius *ad Bald. rubric. de controvers. invest. num. 7. verb. cum de ætate versic. adde si testis dicit. cum ibi adductis.* & in terminis, quod in materia collectandi non probet testis per generale verbum scire, credere, nisi reddat causam scientiæ per sensum corporis Barthol. Alexander *consil. 68. & viso. num. 22. volum. 2.* Idq; hic potissimum obtinet, ubi testis ullum profert actum, nisi von der Tranckstewer / eumq; incerti loci temporis & qualitatis. Unde non extenditur de una specie ad alteram *Paris. consil. 25. volum. 1.* & quia actus iste continui temporis est, non potest ad alias collectandi species graviores & universales extendi. Deinde potest factum hoc esse ex causa utilitatis publicæ, & in locis ab Imperio vel regno Bohemiæ descendentibus, & sic non probat hoc esse. Et tandem ut † 35. consuetudo nō probatur per unum actum, late Roch. Curr. *in c. final. in 7. requisit. conclus. 1. & 2.* nisi sit successivus, ut Idem deducit *paulo post:* ita † nec possessio Bar- 36. tholus *l. 1. §. hoc interdicto. num. 1. de iter. act. priv. ubi* addit: hoc maximè verum esse, quando non constat de domini patientia, & est communis doctrina *in c. cum ecclesia Sutrin. 1. de caus. possess. & proprietat. Guid. Pap. singular. 236. incip. Nota quod trinus actus pacificus inducit possessionem.* Imo dicit Innocentius *in c. licet ex quadam. ad verb. duobus.* & Anchoranus *in c. 2. de capell. monach.* quod ne per duos quidem actus diversos probatur possessio juris, jurisdictionis. Ac licet alibi quibuscunq; personis unus actus sufficeret, tamen in feudalibus ad minimum tres requiruntur *§. si vero vasallus. ubi Dd. Quid sit investit. Roman. consil. 311. cujus casus. n. 7.* quod † verum est in istis 37. requisitis, ubi alius superior est in universali possessione ejusdem juris, quia per unum actum contrarium patientia superioris probata nulla potest acquiri possessio *Dec. consil. 271. in casu.* præsertim in ejusmodi quæ non habent causam continuam & successivam aut etiam isto casu, ubi possessionis continuatio est probanda *Barthol. d. l. Celsus. & ibi Balb. parte 4. n. 3. & idem Barthol. in l. ob carmen. §. final. ubi Dd. de testib.* quæ † omnino probanda est hoc casu, ubi 38. agitur de gravissimo præjudicio, non modo dominorum superiorum, sed etiam ipsorum subditorum, ne duplici onere graventur, & status eorum libertatis immutetur in duplicem servitutem, *per not. Barthol. l. litibus. num. 2. de agric. & censit.* nam tunc & in talibus ne per possessionem quidem to

annorum aliquid juris paratur, nedum per unum actum *Barthol. l. 1. §. deniq. num. 7. de aqua pluv. arcend. & l. cum de in rem verſo. num. 7. & 8. de uſur. Bald. l. ultim. num. 3. C. ne de ſtat. defunc. & c. ſi diligenti. num. 10. de præſcript.*

Deinde intellige de tempore *Bal. l. final. num. 34. C. de edict. div. Adrian. tollend.*
39. nihil de patientia: Nam quod poſſeſsio †
non abſtulit, non aufert præſcriptio *Zas.*
40. *conſil. 15. orta. num. 57. volum. 2.* Et † ſi prætendat factum, non ſequitur tamen, quod facere potuerint, quia poſsibile eſt hoc de facto fuiſſe actum, non de jure, ut dicit Everardus *Conſil. 107. venerabilis. col. 3. num.*
41. *10.* Teſtis † verò dictum debet concludere neceſſariò *Æmyl. conſil. 128. in cauſa. num. 3. 4.* nam probatio non concludens, non eſt probatio, *ut ibi per eum. Paris. conſil. 56. num. 21. volum. 2.* ſed teſtes in ſuo dicto debent neceſſario concludere *Paris. conſil. 54. num. 25. 50. volum. 4.* & ubi neceſſario non concludit, interpretatio fit contra producentem.

42. Neq; † plus cenſetur præſcriptum quam poſſeſſum, nec plus conſuetudine introductum, quam uſitatum *c. cum olim. de præſcript. c. dilecto. de offic. Archid. l. 1. §. ſi quis. ubi Barthol. de itin. act. privat. decis. Rotæ 2. de præſcript. fuit dubitatum num. 2. per c. cum in tua. de decim.* maximè (ut ibi dicitur) quando præſcribens non habuit aſsiſtentiam juris communis *per c. ad decimas. de reſt. ſpol. in 6.* Quin & hoc caſu per revocationem Ducum N. rediit ad priſtinam naturam, proindeq; habetur ac ſi in rerum natura non fuiſſet *Everard. conſil. 136 præclariſsime, col. 5. num. 20. & 30. per c. ab exordio. 35. diſtinct. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. in fin. de pact.*

43. Per † publicum quoq; proclama acquiritur poſſeſsio *Montan. cap. 78. num. 4.*
44. Ratio † verò teſtis hic eſt eadem cum dicto, ideo nihil probat, veluti ſi dicat: ſcio quia ſcio, debet enim cauſa ſcientiæ eſſe ſeparata à dicto *Bald. l. final. de offic. procurat. Cæſar. Socin. conſil. 98. in fin. volum. 4. Monta. cap. 56.*
45. *num. 14.* & probatio † non debet concludere per poſsibile, ſed per neceſſe, *Schurff. conſil. 52. quamvis. num. 7. 8. centur. 2.*

Ferner thut nichts / das der erſte Zeuge bey dem 10. Artickel ſaget / er wiſſe nicht anders / denn das die Reichſtewer dem Reich richtig gemacht. Nam ſupra probatum, quod teſtis
46. † per dictum: ſe ſcire, nihil hic probet. Deinde nullam affert cauſam ſcientiæ. Tertiò tantum in genere de collectis Imperio redditis deponit, cum hoc præſumptivè factum ſit de iis feudis, quæ immediatè ab Imperio dependent. Non igitur probat hoc eſſe. Accedit quod is conteſtem
non habeat. Nam teſtis † unicus, etiam 47.
deponens de facto proprio, non probat *Bocr. conſil. 227. num. 17.* ſed probatio fieri debet per duos teſtes, ſcilicet idem probantes *Innocent. c. licet ex quadam. de probat.* Sic
† poſſeſsio vel quaſi non probatur teſtibus 48.
ſingularibus *Æmyl. conſil. 81. num. 11.* etiamſi mille eſſent, *Paris. conſil. 122. ſi aliquid. num. 14. 15. vol. 1. & conſil. 67. querela. num. 77. volum. 3.* nec faciunt ſemiplenam probationem *Grat. conſil. 75. num. 8. vol. 1. conſil. 135. num. 46 vol. 1.* nec probant aut conjunguntur *Æmyl. conſil. 20. num. 4. conſil. 81. num. 9. conſil. 23. num. 6. 7. conſil. 128. num. 20. Paris. conſil. 152. num. 18. volum. 4. conſil. 24. num. 24. volum. 1.* ac divisi & ſingulares non probant *Gozadin. conſil. 11. num. 2.*

Quamvis autem collectarum † ſolu- 49.
tio probetur per libros *Barthol. l. 1. num. 9. C. de apoch. public. Bald. l. 3. C. de jur. emphiteut. Dd. l. decem. de verb. obligation. Grat. conſil. 333. num. 61. Montan. de finib. regund. c. 64.* Hoc tamen verum quoad ſubditos, ſcilicet quod illi ſolverint, nec ſequitur inde aliquod jus Dnn. Comitibus quæſitum, quia collectati ſunt ut inferretur in ærarium Du-
cale. Nam quod † tale cataſtrum vel ta- 50.
les libri nihil probent in præjudicium tertii, non conſentientis, tradit Romanus *conſil. 275. quoad primum. num. 10.* Montan. *fin. regundor. cap. 64. per tex. in l. ſi pater. ubi* Baldus *C. de act. empt. per illum text.* & alia multa, quæ allegat, dicens, hanc eſſe communem, ex Paris. *conſil. 104. in fine. vol. 1.* quare actor ſe fundando in illo dicto, totum debuiſſet allegare, quia incivile eſt, niſi toto textu perſpecto unâ aliquâ particulâ ejus propoſitâ, judicare vel reſpondere. *l. incivile. ff. de legib.*

Et † eodem modo ſe res habet in li- 51.
bris gabellariorum &c. & aliorum habentium de publico officium, quibus vult credi, per Franciſcum Ripam. *num. 128.* Jaſonem. *n. 132. in l. admonendi de jurejurand.* Bertachinum *de gabell. part. 4. in princ. n. 1.* Sed debebat ex his addere, quod Bertachinus ibidem ſubjicit ex Baldo: probare tantum, cum fiunt à perſonis publicis, ad hoc generaliter deputatis, cum poteſtate ſcribendi & conficiendi inſtrumenta abſq; notario: item quando pro publicis, vigore conſuetudinis, habentur, & tam judices quam aliæ perſonæ
iis velut publicis utuntur, quæ † quidē con- 52.
ſuetudo probanda ſit, ut idem firmat *ibi n. 2. verſic. adverte tamen quod debet talis conſuetudo probari:* & melius Salicetus *in l. exemplo n. 1. verſic.* circa hoc ultimum ſcias, quod oportebit

portebit quod probetur quod de consuetudine civitatis fides ei adhibetur &c. *C. de probat.* & tum probare tantum contra subditos
53. & ad † quos pertinent, tam in territorio quam extra territorium, non vero probare contra eos, ad quos non pertinent, & qui illis officialibus non sunt subjecti, id quod firmat Baldus *d. l. exemplo num. 1. versic. distinguere.* quod aut curia utitur tali scriptura contra homines sui territorii, aut contra alios, & illi non est standum &c.

Ut enim statutum sumit vires à potestate constituentis, & illi commensuratur *Everard. consil. 136. præclarissime. col. 4. n. 30. Salicet. in d. l. exemplo. n. 1.* ita scripturæ ejusmodi inter subditos tantum & subjectos faciunt fidem, iisdemq; non omnes indifferenter utuntur, quia non ad omnes spectant. Quod verò illa Baldi & Saliceti *in d. l. exemplo.* generalia verba: intra vel extra territorium &c. accipienda sint tantum de subditis extra vel intra territorium existentibus, probat Cravetta *de antiquit. tempor. parte 1. § quarto limitatur. n. 82. cum ibi allegat.* Item quod verba Jasonis & aliorum *in d. l. admonendi.* qui dicunt, tales subnotationes officialium probare contra tertium: intelligenda sint de eo, qui vel subditus est, vel cum quo res gesta, non contra alium, probat ibidem Cravetta *num. 71.* ex Alexandro *consil. 36. lib. 5.* & Imola *consil. 96. in fin.* cum ne publicum quidem instrumentum notarii probet contra tertium, (inquit) minus
54. tale privatum. & *num. 78. & 79.* dicit: ne † quidem contra forensem, qui superiorem collectam universitati vel domino solvit, tales scripturas officialium & receptorum universitatis probare satis, cum nec pro ea possunt esse idonei testes, cum ubi caput suspectum est, etiam suspecti sint officiales, qui caput sequuntur, & idem de eis quod de capite debet judicari *per l. 1. ubi Bald. in princip. C. Si rector provin. cum aliis multis per eum adductis.* Multo ergo minus fidem facere possunt ejusmodi scripturæ officialium Comitis contra superiorem, & ad jus superiori detrahendum, contra regulam: quod instrumentum publicum, nedum privatum scriptum, tertio nocere non debeat. Item quod ne fisco quidem in propria causa ex suis subnotationibus & scripturis credatur *d. l. exemplo. ubi* Salic. *num. 2.* notat, quod ne Regis quidem aut Cæsaris in sua causa instrumentis sit standum, nisi debita solennitate publica sint confecta, & si ad hoc ipsum speciale ponat in summa potestate, facile apparet in inferioribus esse contrarium, qui utuntur jure privatorum, ut reliquæ civitates, agnoscentes superiorem, præsertim contra ipsius superiorem. Ergo ut privatorum instrumentis & scripturis pro se non creditur, sed contra se. *l. instrumenta. l. rationes. cum ibi notat. C. de probat. l. Publia. §. final. deposit.* sic & hic. Unde & Baldus ac Salicetus *in d. l. exemplo.* & Jason *repetit. d. l. admonendi. num. 137.* tradunt, ejusmodi registris & rationibus civitatum, non credi pro eis, sed tantum contra eos, nisi in archivum publicum sint redacta, & pro publicis habeantur.

Deinde antea sæpe dictum est, per instrumenta & scripturas non probari possessionem, de quâ hic unâ litigatur, præsertim ubi alius superior est in possessione universali.

Et ut maximè hæ rationes & scripturæ probarent, nihil tamen hoc efficerent casu, quia, etsi per eas pateret, quod subditi Comitum collectam dederint & solverint Rationali Comitum, non tamen apparet quò postea retulerint, & an non in ærarium & rationes Ducum N. ea delata sint, sicut aliquoties factum probatur.

In † materia enim interdictorum ea, quæ non probant possessionem nihil faciunt ad propositum *Everard. consil. 136. præclarissimè. col. 2. num. 20.* Et posito quod aliquid ibi dispositum, tamen cum possessio facti sit, & facta pro infectis haberi nequeant, facto & usu contrario esset derogatum ut *ibidem* Everar. *num. 3.* 55.

An Imperii rationalibus illatæ collectæ sint, non tantum de dominiis immediatè ab imperio dependentibus, quod præsumendum est, & de quibus nulla hic vertitur quæstio: verum etiam de dominiis subjectis domui N. de quorum collectis hic tantum quæritur: & si de his interdum etiam aliquid imperio solutum, utrum hoc nomine Ducum N. an Comitum factum? utrum jussu Ducum N.? utrum illis scientibus & patientibus, an potius ignorantibus? magna adhuc dubitatio est.

Cum autem ejusmodi solennitates extrinsecæ non præsumantur, præsertim consensus eorum, quorum scire intererat: & alioqui ignorantia præsumatur, ubi non probatur scientia, & de his nihil tali instrumento cautum, liquet per ea nihil probari; cum non probet hoc esse, quod ab hoc contingat abesse, præsertim cum sint instrumenta recentia, & nedum intra 100. sed etiam 60. annos facta, ut pro antiquis haberi non possint: & ideo nihil etiam contra tertium, præsertim superiorem, & quoad extrinseca illa requisita, probent:

per quæ etiam responsum est satis ad qui-
tantias privatas, quas dicunt in archivum
Comitum repositas, & facere fidem *au-
then. ad hoc C. de fid. instr. c. ad audientiam.
de præscript. Jas. l. admonendi. num. 97. de
jurejurand.* Nam utantur illis contra eos,
quorum sunt quitantiæ, aut quibus cum
actum; non contra alium, superiorem
præsertim, de cujus scientia & patientia
nihil est probatum.

56. Pari † ratione solvitur quod affer-
tur, quod libri thesaurariorum plenè pro-
bent *l. 2. ubi Bald. C. de conven. fisc. deb. Ale-
xand. consil. 177. in causa. lib. 6. Socin. consil.
215. lib. 2. Ripa. l. admonendi. num. 130.* nam
etsi d. l. 2. hoc diceret generaliter, tamen
huc non esset trahenda, cum loquatur de
rationali fisci, & summi Principis, cujus
jure officiales Comitis inferioris contra
suum superiorem uti non deberent: Dein-
de nihil aliud probat ibi tex. & Bald. quam
quod cautio officialis, super solutione e-
missa, probet contra ipsum, non vero se-
quitur, quod pro eo, aut contra tertium,
de cujus re non est actum, ut ante demon-
stratum est. Alexander verò *d. cons. 177. in
causa. lib. 6.* nihil habet, quod faciat ad
rhombum, nisi quod *num. 5.* dicit: per an-
tiqua instrumenta probari confines: id au-
tem nihil huc facit, ubi non de antiquis, sed
recentibus, & quidem officialium, pro suo
domino scripturis privatis, agitur, in præ-
judicium superioris, in universali hoc ju-
re collectandi existentis. Ita etiam Socinus
Consil. 215. lib. 2. nihil ad præsentem mate-
riam tradit, cum in eo disputet, de materia
l. si unquam. *C. de revocand. donat.* & Ripa
tantum in generalibus terminis loquitur,
secundum declarationem supradictam, ut
probet contra officialem, non pro eo aut
ejus Domino, nisi quoad subditos, vel quo-
rum res gesta esset, in præjudicium tertii,
præsertim superioris & ignorantis. Idq; re-
57. spondetur ad hoc, quod apochæ † stetur, ubi
est talis consuetudo *c. cum dilectus. de con-
suet. Jas. l. admonendi. num. 95. Ripa ibi num.
127. Zas. consil. 15. in causa. num. 1. & consil. 19.
num. 24. volum. 2.* nam intellige, secun-
dum jus commune, prout consuetudines
& statuta intelligenda sunt, scilicet ut pro-
bent contra scribentem *l. Publia. §. final. de-
posit.* non vero contra tertium, præsertim
superiorem & ignorantem, de cujus jure
58. agitur. Sic quod sigillum † principis pro-
bet *Barthol. Alexand. l. qua dotis. 33. ff. solut.
matrim. Dec. c. textio. de probat. post Felin. &
c. 2. de fidejuss. impuber. l. admonendi. num. 177.
post Castr. Jas. l. pacta novissima. 16. C. de
pact. Felin. c. post cessionem. num. 8. de proba-
tion.* maximè contra sigillantem, non ter-
tium *Cravet. de antiquitat. tempor. part. 1. §.
quæritur. num. 44.* & quod recognita † scri- 59.
ptura & confessata comparetur publico in-
strumento *l. nec in arbitris. post. princ. C. de
arbit. Zas. consil. 6. cum nob lis. num. 8. vol. 1.*
& quod instrumentum sit probatio proba-
ta. *Bald. l. 1. post princip. C. quand. fi. c. l. 1. ubi
Jas. num. 10. de oper. nov. nunc. Dec. consil.
423. num. 3. cons. 474. num. 3. cons. 682.
num. 3. Tiraq. de retract. consanguinit. §. 2. gloss.
1. num. 20. 21. Cravet. consil. 10. num. 7. Socin.
Junior. consil. 178. num. 2. consil. penult. num.
14. lib. 2. consil. 127. num. 7. lib. 3. Grammat. de-
cis. 45. num. 9. & decis. 193. num. 2. 3. & alibi
sæpius. Zas. l. de quibus. num. 46. de legib. Ja-
cob. Menocb. de primo possess. num. 195.*

Nam hæ tantum generales sunt theses, & theoricæ juris, quas nemo negat, ut accumulatione tot allegationum non fuerit opus in tali majore: probanda potius subsumptio & hypothesis, ac minor erat demonstranda, scilicet quod in illis sigillatis instrumentis Duces N. jus suum collectandi Comitibus concessissent, vel concedere voluissent, idq; absq; debita juris solennitate, & in suum præjudicium ac successorum suorum. Verum hoc, in quo fundamentum rei vertitur, sicco pede transit Advocatus adversæ partis, contentus absq; demonstratione dixisse sufficienter illis instrumentis possessionem hujus juris collectandi Comitum satis esse probatam: quod primum negatur ex eo, quia talibus instrumentis permissionis seu concessionis, dato quod facta esset, non probatur possessio, ut ante dictum est, maximè nostro casu, ubi superior est in universali possessione continua ejusdem juris.

Præterea in d. transactione anni 1489.
tantum enunciativè & conditionaliter ver-
ba posita sunt: collectandi &c. quæ nullum
jus concedunt. Transactiones enim stricti
sunt juris, ut & instrumenta, quare verba † 60.
earum strictè interpretanda *Socin. consil. 165.
visis. n. 8. vol. 2.* Concessionem autem ali-
quam verba hic non exprimunt, ergo nec
aliunde inducere debemus, præsertim con-
tra intentionem domini, qui tunc, ut supe-
rior, ratione superioritatis & officii trans-
actioni Comitum ut arbiter præfuit, de re-
bus eorum litigiosis, non super jure hoc
collectandi, de quo nulla erat quæstio, tran-
sigentibus: quare transactio extendi non
debet ad ea, de quibus non fuit actum: ma-
ximè in præjudicium domini superioris, cui
officium suum damnosum esse non debet,
& qui suo juri non intelligitur ibi renunci-
asse, aut renunciare voluisse *l. cum quadam.
26. C. de administ. tutor.*

Sicut

Sicut ipse postea hoc argumento utitur, quod subscribens ut testis sibi in nullo præjudicat *l. Caius. de pignorat. actio. cum similib.* multo magis authorizans, ut directus dominus inter vasallos, non videtur de suo jure cedere velle, maximè cum renunciatio & cesio sui juris sit facti, hæc autem verba hoc non important, neq; enim quicquam disponunt, sed tantum contingentia facti conditionaliter narrant, ut casu, quo collecta indiceretur, ea converteretur ad
61. usus regionis & dominiorum: quæ † quidem verba nihil disponunt, multo minus concesionem & jus inducunt *l. verba. ubi Bald. Salic. Jas. & Dd. C. de testament. l. scriptura. C. famil. hercisund. Jas. l. ex his verbis. C. de militar. testament. Barthol. Alex.* & scribentes communiter *in l. ex hac scriptura. de donation.* quod maximè procedit in materia stricta *Jas. in d. l. his verbis.* & quando verba enunciativa conditionaliter proferuntur, ut hic *l. ex facto. de hered. instit. l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. Si quis omiss. caus. testam. l. filiusfam. §. cum quis. de legat. 1. Alex. cons. 24. vol. 3. Socin. cons. 116. volum. 3. Guid. Pap. decis. 599.* eoq; non præsumitur, nisi expresè con-
62. stet de ea actum, tantumq; † solummodo videtur cessum vel renunciatum, quantum verba important, & proinde secundum jus commune intelligi debent, ut alia contractus verba, scilicet quando fieret collectio, prout de jure fieri potest & debet, cum consensu subditorum & superioris: nam alias inferri posset, quod etiam per talem transactionem exclusus esset consensus subditorum, quod fuerit absurdisimum. Itaq; talia verba sic intelligi debent, ut fieret collecta, scilicet eo modo, quo fieri potest, in casibus licitis, cum consensu superioris & subditorum *l. si quando. in princip. ubi gloss. C. de inoffic. testam. l. generali. 14. C. de sacrosanct. Eccles. Dd. in l. 1. ubi Jas. num. 20. C. eod. tit. & idem in l. præses. C. de transact.*
63. Verba † enim intelligi debent secundum effectum juris, prout actus de jure impleri potest, maximè verba concepta sub conditione & modo: intelliguntur enim eo modo, quo de jure impleri conditio potest *l. mulier. 20. §. si quis. de condit. instit. l. si purè. l. Thais. §. libertatem. l. si pater. de fidei-*
64. *commiss. libert.* & verba † ambigua juxta naturam actus intelligenda sunt *l. si uno. locat. ubi Barthol. l. 4. de usur. c. constitutus. de religios. domib.* & deservire potius debent naturæ contractus, quam natura verbis *l. cum precario. de precar. Bald. in l. 2. C. commod.*
65. *Barth. l. ubi. de donat. caus. mor.* Multo † minus videri potest aut debet dominus, de solennitate juris recesisse, aut suum jus concedere voluisse iis verbis, in quibus tantum de juribus & rebus vasallorum est tractatum, sed potius ad jus se retulisse *Jas. l. ult. num. 7. C. de Jur. emphyt. Bald. in l. libertï. num. 33. C. de oper. libertor. Jacobin. tract. feudal. verb. ita etiam quod. num. 2.*

Pro eodem etiam facit, quod hîc de hac ipsa conditione collectandi nihil actũ est, nisi domino consentiente, & hoc ipsum ità decernente: non igitur putandum, quod voluerit inposterum imponi collectas, & duplici onere suos subditos gravari, absq; suo scitu & permissu.

Deinde plus est in conclusione argumenti, quam in præmisis. Præmissæ enim tantum conditionalem casum ponunt: si fiat, si imponendæ sunt collectæ &c. conclusio infert ex eo jus concessum. Quod etsi esset, tamen limitatè concessum esset, videlicet, ut in rem dominorum collecta verteretur. Limitata enim causa limitatum producit effectum: & hæc ipsa causa finalis putanda, quia expressa, quemadmodum & aliàs modus adjectus pro finali causa habetur: talem autem hanc collectam non esse certisimum est, utpote quæ non ad utilitatem territorii, sed ad dissolvendum æs alienum, luxu & magnificentia Comitum contractum, aliosq; abusus est imposita. Deinde hoc ipsum, utrum imponatur & convertatur ad utilitatem domini nec ne, causæ cognitionem requirit, ut in simili quæritur, utrum pertineat actus ad utilitatem pupilli vel minoris. Hæc autem causæ cognitio ad neminem pertinet quam superiorem, qui sub tali conditione jus hoc collectandi posuerunt: ergo inconvincibiliter sequitur, non modo non actum, ut eorum consensus & cognitio requireretur, sed multo magis contrarium.

Porro altera transactio de anno 1541. facta nihil facit ad rhombum, quia tantum ibi agitur de collectis imponendis dominio X. quod est feudum coronæ Bohemiæ, & dominio S. quod est feudum Imperii, de quibus hic nulla est controversia, & in quarum collectarum usurpatione nulla tractatio aut inhibitio est facta.

Quod subjiciunt, possesionem † probari non solum per testes *Joann. Campeg. tract. de testib. reg. 311.* sed etiam per alia documenta *Socin. consil. 205. num. 5. in fin. lib. 2.* cum omne exercitium posidendi rectè per instrumentum probetur *l. Titia. de solution.* ut sunt instrumenta solutionum locationum &c. Igneus. *l. necessarios. §. non alia verb. novisimè. num. 130. ad S. C. Syllanian.* & Zoanettus *l. final. num. 433. C. de edict. divi Adr. tollend. ubi* dicit, possesionem probari 66.

 Instru-

instrumento : non indistinctè verum est.
Nam Castri possessio non probatur instru-
mento *Barthol. l. prædio. de acquir. possess. Al-
beric. in l. in exercendis. C. de fid. instrument.
Paris. consil. 145. n. 8. & 9. volum. 4.* Sic & In-
67. vestitura † non dat possessionem *Paris. con-
sil. 13. volum. 1.* sed causam possidendi. Hinc
68. possessio † in juribus feudalibus non admit-
titur sine titulo, & ut defectus tituli in his
obstat agenti recuperandæ *Joann. Andr. in
addit. Specul. de restit. spoliat. per Archidiac. in
c. in literis. eod.* ita multo fortius habet obsta-
re talis defectus & exceptio in interdicto re-
69. tinendæ, quia hic investitura † dat justam
possessionem, imo potius justam causam
possidendi, ita Everardus *consil. 175. secun-
dum. col. 2. num. 50.* & quod defectus domi-
nii obstet, *ibidem col. 3. num. 40. & 50.*

70. Possidens quoq; † sine titulo non est
legitimus contradictor *Villalob. verb. posses-
sio. n. 186.* & præsumitur injustus *Paris. con-
71. sil. 111. n. 34. consil. 1.* Nam dominium † &
titulus in feudalibus maximè consideratur
72. *Paris. consil. 98. n. 16. volumin. 2.* Actus † ve-
rò investituræ dicitur possessionis acquisi-
tivus *Alexand. consil. 88. quoniam. n. 6. vol. 5.*
73. Quando † aliquid non potest fieri, nisi ob
certam causam, tunc illius causæ cognitio
requiritur *l. cum in. §. in causa. §. si prætor. ff.
de transact. §. eadem. Instit. quib. ex caus. ma-
numiss. Jas. n. 60. Purpur. in l. 1. de offic. ejus
cui mandat. est jurisdict. Alciat. præsumpt. reg.
74. 3. præsumpt. 9. n. 27.* Cæterum † de hac
causa non poterant cognoscere Comites,
ut de propria, sed superior. Ergo per trans-
actionem non modo non exclusus fuit ejus
consensus, sed multo magis retentus, & de
tali causa collectandi justa Comes non de-
bet cognoscere sed superior *Paris. consil. 25.
75. primo. num. 43. 122. vol. 1.* & princeps † non
intelligitur concedere, nisi servata causæ
cognitione *Felin. c. quæ ecclesiarum. num. 31.
de constit.*

76. Possessio † particularis non infert
possessionem universitatis *Paris. consil. 111.
num. 63. volum. 1.* Sed inquiunt, possessio-
77. nem † collectarum probari descriptione
in æstimo facta, ut tradit Castrensis *l. scrinia-
rios. num. 4. C. de testament. milit.* scilicet in
præjudicium subditorum, qui collectati
sunt, ut ante diximus. Nec Castrensis eo
loci quicquam dicit de jure collectandi, vel
etiam possessionis, ut falsò & malè eum eò
detorquet Actorum Procurator : sed ait
præsumi pro matricula æstimi, ita ut si in
eo res reperiatur æstimata ut mea, præsu-
matur quoq; esse mea, donec contrarium
probetur : quanquam hoc ipsum disputa-
bile, & à multis limitetur, ut obtineat re-
spectu ejus, qui in æstimum inscribit, non
vero locum habeat contra tertium, ut supra
diximus. Sed ut ut sit, nihil ibi de possessio-
ne, vel jure collectandi : eoq; est argumen-
tum ad ballistam, & falsa allegatio. Ex † 78.
collectione fructuum (addunt item colle-
ctarum) probatur possessio vel quasi. Hic
confundunt collectas cum fructibus, quo-
rum nullam hæ rationem habent, cum sint
onera extraordinaria, quæ non obveniunt
quotannis, ut pensiones civiles *l. si navis.
62. de rei vendic.* sed extra ordinem impo-
nuntur, ex causa necessitatis, & variè, ut
pro uniformibus haberi non possint, unde
ex solutione collectarum non probatur
possessio contra tertium. Deinde pote-
rant recipere de S. ut in ærarium Ducum
N. inferrent : quare à dissimilibus non va-
let argumentum. Et ideo temerè confun-
ditur perceptio fructuum, cum impositio-
ne collectarum, & est fallacia compositio-
nis: nam Dd. nihil de collectis, sed tantum
de fructibus agunt, in locis allegatis ut Bar-
tholus *l. 2. versic. nota. C. de acquir. possess. l.
Titia. de solut.* Baldus post Glossam *l. 3. C. fin.
regundor.* Decius *consil. 663. in causa. num. 3.*
Deinde qui † collectas percipit aut fructus, 79.
non continuo est in possessione juris colle-
ctandi, potest enim alieno nomine perci-
pere, vel ut colonus, vel precariò, jure fa-
miliaritatis *l. qui jure fam. de acquir. possess.*
quos omnes constat non possidere : &
quamvis in dubio quisq; potius suo, quàm
alieno nomine percipere præsumatur, ta-
men hoc fallit, ubi alius apparet possessor &
dominus, ut superior universalis, qui habet
præsumptionem pro se, & intentionem
fundatam, in re qualibet territorii, jacente
in ejus diœcesi vel dominio: quare cum præ-
sumptio hic sit liquidissima probatio, trans-
fert onus probandi in partem adversam *l.
sive possidetis. C. de probationib.* & proinde
actores probare tenebantur, eas collectas,
quarum illa instrumenta mentionem fa-
ciunt, impositas fuisse nomine d. Comi-
tum, cum scientia superioris domini & pa-
tientia (quam non præsumi, sed proban-
dam esse diximus) & in territoriis domui
N. subjectis: quæ cum omnia desint, defi-
cit fundamentum illius illationis, ut hic
non repetam, talia instrumenta contra ter-
tium, præcipuè dominum superiorem,
idem jus habentem, nihil probare.

Ut autem argumentatus est Adversa-
rius, ita conclusit, ponendo duas conclu-
siones, quæ cum per se falsæ sunt, tum præ-
sertim hac in materia. Nam primo dicit,
quod in † possessorio judicio sufficiant pro- 80.
batio-

bationes quæ semiplenè & præsumptivè concludunt *Barthol. l. 2. §. final. C. ubi in rem act. & l. 1. C. quor. bonor. August. Bero. consil. 9. viso. num. 4. vol. 2. & consil. 43. cum nullæ. num. 46. volum. 3.* Sed hîc rursum malitiosè confundit cum præsumptione semiplenam probationem, cum aliud sit præsumptivè concludere, aliud semiplenè. Sed ea quæ diversa sunt, distinguenda etiam sunt. Semiplenam igitur probationem, etsi quidam in possessorio sufficere arbitrati sunt *Dec. consil. 663. in causa. num. 1.* ex doctrina Bartholi *in l. 1. num. 10. C. quor. bonor.* qui tamen hoc non dicit, *& consil. 56. in causa. num. 1. consil. 252. agitur. num. 2.* tamen verior est & communior contraria opinio, scilicet, quod hic plena probatio requiratur, ut in aliis, juxta regulam: Semiplena probatio nulla probatio est, vox unius vox nullius *l. jurisjurandi. C. de testib.* Et ita tenent Glossa *l. 1. verb. filium. C. quor. bonor.* cum qua communiter ibi transeunt Dd. ut dicit Alexander *consil. 139.* dicens, hanc esse communem, à qua non sit recedendum. *circa num. 16. vol. 6.* & accedit Decius in lecturis, quibus magis creditur quam consiliis *in l. 2. num. 2. C. de Carbonian. edict. & c. causam quæ. col. 2. de judic.* & hanc partem veriorem esse confirmat Molinæus *in addit. ad Dec. consil. 56. & 663.* præsertim hoc casu, ubi Domini Rei habent præsumptionem juris pro se universalem, deinde titulum, tertio antiquiorem possessionem.

Præsumptivè probationem concludere etsi sufficit interdum secundum communem, tamen hoc accipiendum juxta terminos probationis, & data paritate terminorum, scilicet cum præsumptio implet locum plenæ probationis, de quo casu Dd. loquuntur. Surrogatum enim in vicem probationis, ergo naturam ejus, cui surrogatur, retinere debet: & hæc præsumptio hic ab actoribus erat probanda, & talis, quæ prægnantior esset præsumptione quam pro se domini Rei habent. Præsumptio n. præsumptionem elidit, ponderosior scil. debiliorem, & hic tantò major ab agentibus ostendi debebat, quod etiam in possessorio, licet quoad ordinationem causæ judicium sit duplex, & utraque pars actoris partibus fungatur, tamen in decisoriis teneatur regula: quod actore non probante, aut non melius reo probante, reus absolvatur.

Altera conclusio, quæ superioris est ratio, quod licet de re magna agatur, tamen
81. causa † possessorii sit modici præjudicii; cum in petitorio retractari possit *Dec. consil. 56. in causa. consil. 252. agitur. num. 2. consil. 663. in causa. num. 2.* dato quod res sit magni valoris *Barthol. consil. 143. num. 2. volum. 2.* non minus negatur esse vera, & si esset, tamen hoc casu non esset, cum constet hanc causam & per se etiam, quoad possessorium, longè majorem esse, quam si de privati cujusquam dominio vel fundo ageretur: & etiamsi posset corrigi in petitorio, tamen esset isto casu gravissimi præjudicii, quia statim impositas collectas, sublata Principum reorum prohibitione, exigerent realiter Actores, & eos irrecuperabili damno & gravamine afficerent, non modo cum summo eorum præjudicio, qui exhaurirentur usque ad ossa, ut duplici onere gravarentur, sed etiam Dominorum Reorum, quorum interest subditos suos vasallos habere locupletes, non inanes, quo tempore necessitatis ab iis debitum subsidium accipere possint, & providere ideò superior potest, ac adeo debet, ne vasallus suis subditis abutatur, eosdemque deterioret vel deglubat, cum domini superioris detrimento; quare & pro suo interesse intervenire potest, & ratione ejus causa ipsius propria putatur *l. 7. §. in propriâ. 11. ff. quand. appelland. & intra quæ tempor.*

Alteram partem actionis volunt probare per confessionem & positiones Reorum, quia quisque † confiteri videtur quod 82.
in positionibus posuit *Barthol. l. 2. §. quod observari. C. de jurament. propt. calumn. c. cum in positionibus. de jurejurand. in 6. Dec. c. quoniam contra. num. 28. de probation. & consil. 252. num. 1.* Nec † melior est probatio in 83.
mundo, quam propria confessio *c. quoniam per confessionem. de privileg.* Joannes de Amicis *consil. 8. num. 65. & consil. 16. num. 16. ubi* dicit: stari magis confessioni partis principalis, quam mille testibus contrarium deponentibus.

Jam dicit eos in positionibus confiteri turbationes, item probare hoc literas & testes. Sed aliud est turbare aliquem, aliud defendere suum, prohibendo alium, ne jus suum usurpet. Non † sufficienter pro- 84.
batur possessio probatâ turbatione; sed probandum, quod turbasset is, qui non possidet, nec jus habet, ut eleganter Parisius *consil. 112. si originem. num. 10. volum. 1.* Itaque quod addit: turbare † dicitur, qui se judicio 85.
(sive juri) opponit per Lapum *allegat. 65. & seq. & 72.* nihil huc facit: sumitur enim ibi verbum turbationis *latissimè. Barthol. in l. si prius. de oper. nov. nunciat.* & negandum est, dictos Comites possidere *Bald. l. 1. in secunda opposit. C. uti possidet. Barthol. l. 1. §. hujus. eod. tit. Decis. Neapol. 394. Paul. Paris. consil. 126. nullitas. num. 8. & 9. lib. 4.* unde ipsi potius turbant Dnn. Reos: nam qui non

potest re liberè frui dicitur turbari *l. vim facit. de vi armat.* ideò quando vasalli non possunt liberè uti jurisdictione sibi concessa, dicuntur turbari *Curt. Jun. consil. 2. circa. num. 2.*

In exceptione tantum arripit Actor, quæ putat convelli aut carpi posse, reliqua tacet, ut aliàs semper: sed Rei repetunt integram suam Exceptionem, & accipiunt pro confesso, quod ne verbo convincere potest exceptionis rationem contra prætactas transactiones.

86. Sed quod † subditis in causa domini non possit prohiberi testimonium dicere. Joannem Cephalum *consil. 75. cum illustrissimus. num. 47. 48.* allegant adversarii, & quod subditus pro suo Comite sit testis idoneus Speculatorem *tit. de stat. mon. §. 1. versic. 12.* Verum Speculator ibi nihil dicit. Joannes quoque Andr. & Imola *in c. in literis. de testib.* non dicunt, quod plenam fidem faciant, sed quod admittantur in testes. Et tamen addit Imola *num. 3.* nisi aliud ex circumstantiis appareat, & maximè quando non subest præsumptio, quod Comes inferat violentiam testi, nisi testificetur suo modo *Aretin. in d. c. in literis. Ruin. consil. 92. in hac causa. num. 4. volum. 4. Alexand. consil. 88. quoniam. num. 16. volum. 5.* Deinde addit quidem rationem Actor, quia alias sequeretur absurdum, Dnn. Principales propterea causæ periculum expectare debere, cum alios testes habere non possint, *Hyp. de Marsil. singul. 5. Aufr. de reprobat. test. versic. domestici. Montan. tr. fin. regund. c. 58. num. 4.* Sed sciendum hoc casu est, quod hoc procedere potest in actibus qui communiter geruntur, aliis exclusis, non autem debet obtinere in actibus, qui attento communi concursu palam se exhibent, ita quod de eo verisimiliter possint & alii haberi, licet non habeantur actu: nam tunc tales testes ad plenam fidem non recipiuntur, aliàs semper talibus testibus producentes uterentur, & dicerent se alios habere non posse, *Aufred. decis. 4. versic. sed ubi actus.* Speculator §. *1. num. 22. ubi* duo requirit, scilicet ut in defectu aliorum, & pro universitate admittatur, aliàs verò non pro, sed contra universitatem. Deinde non sumus hic in simpliciter subditis, & qui nulla alia quam subjectionis ratione sunt conjuncti, de quibus Dd. *præallegat. locis* loquuntur, sed in offi-

87. cialibus, qui † sunt conjuncti Comitibus, propter expensas & salaria, qui multo minus idonei *Aufred. præallegat. loc. per not. Zabarell. in l. nisi jurante. de offic. delegat.* hi non sunt subditi tantum, sed & mercenarii, accipientes salarium, qui omninò repelluntur à testimonii dictione pro eo, cui serviunt *Speculat. §. 1. num. 12. 13. Roman. consil. 420. in proposita. num. 1. & 3.* & de tali ministro, qui non habet salarium à domino, ut testis esse posit, loquitur diserte Hyppolytus *d. singulari 5.* ostendens, contrarium esse in eo, qui salarium accipit, quod est de mente Speculatoris *de test. §. 1. num. 13. versic.* strictè accipitur pro eo qui salarium accipit *Roman. d. consil. 420. num. 1. & 3.* quia negari non potest, eos habere affectionem ad suum dominum: nam communiter habere consueverunt, ideò præsumere debemus, & ideò non sunt omni exceptione majores: & ista exceptio potest opponi ut dicit Cæpolla, in genere testibus universitatis, *tract. de servit. rustic. prædior. cap. 9. de jure pascend. num. 11.* & hanc partem, recitatis aliis opinionibus, veriorem dicit, & in practica servandam Montanus *cap. 58. num. 12. 13. 14.* ut non modo pro contraria parte non faciat, sed contra eam, quæ illum tamen allegat *num. 4. ubi* recitat solum aliorum opiniones, omittit vero decisionem, in qua postea acquiescit: Quanto autem magis illud verum in officialibus, salarium habentibus, qui omninò sunt suspecti, velut caput ipsum, ut rectè Cravetta *præallegat. loc.*

Deinde allegant Adversarii familiares † & domesticos Episcoporum & Comitum. Pro Episcopis dicunt est sanctitas verbi & professionis, ac proinde etiam pro eorum domesticis: regulariter enim plus fidei merentur religiosi, quam laici *gloss. in c. monachus. verb. exterminari. 70. distinct. Montan. fin. regundor. cap. 57. num. 7.* Deinde facilius admittuntur Ecclesiasticæ personæ, quia res universitatis vel superiorum politicorum minus ad eos pertinent *tot. tit. Ne cleric. secular. negoc.* & minus afficiuntur modo quia minus juris in talibus habent, & jus quod habent ad hæredem non transmittunt *c. in præsenti. de offic. ordinar. in 6.* & hanc rationem ponunt Cæpolla *de servitut. rusticor. prædior. c. 9. de servit. juris pascend. num. 1.* Montanus *tr. fin. regundor. c. 5. num. 2.* 88.

Etsi autem absolutè inter personas Ecclesiasticas & Laicas, quad testimonium in causa universitatis dicendum, non faciat Cæpolla *præallegat. loc.* tamen fatetur, Ecclesiasticis magis credi, & eos facilius admitti, ob rationes prædictas: & apertius discrimen inter tales faciunt Antonius de Butr. Zabarella & alii *in c. cum in vitus. de testib.* & idem Cæpolla testatur: quare non debent Comites hæc confundere. Familiaris verò si honestæ personæ sunt, facere fidem, docent Baldus *l. 2. C. de testib.* Albericus *tract. de testib.* Portius & Blancus §. *pater. In-*

89. *ter. Inſtit. de teſtament.* ſcilicet † in teſtamento, ubi non reprobatur domeſticum teſtimonium, de qua re hic non agimus, & eſt communis teſte Croto *tract. de teſtib. parte 4. num. 22.* præſertim cum habeant vel ſimiliter majorem notitiam negotii, de quo agitur, quam alii, *ut idem ibi num. 24.* Talis autem veriſimilitudo hic nulla. Ergo agit de rebus domeſticis, ut in *l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repud.* At non ſumus hic in tali materia, ſed de re publica, & quæ publicè videri ſolet. Ergo datâ in contrarium terminorum paritate, non per domeſticos ſed publicos teſtes debet probari.

90. Deinde teſtes † digniores præferuntur etiam pauciores *Gozad. conſil. 13. num. 59.* Adſunt autem ſex teſtes nobiles: pro quibus magis præſumitur *gloſſ. c. illud. 40. diſtinct. Jaſ. l. ſi pecuniam. §. ſed ſi accepit. in fin. de condict. ob cauſ. poſſ. Joan. Andr. ubi & Angel.* & plus creditur teſtibus nobilibus, quam pluribus civibus aut ruſticis *Bald. l. teſtium. in fin. C. de teſtib.* Calcan. *conſil. 9.* Ruin. *conſil. 158. viſis. num. 26. lib. 5.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. num. 33.* Cravet. *conſil. 6. plura. num. 28.* Sed contra tenet Baldus *conſil. 120. verba. num. 1. volum. 1. ubi* dicit, quantò † ſunt

91. ſimpliciores teſtes & ruſtici, tantò ſunt credibiliores, quia non deponunt niſi de poſſeſſionis facto, tanquam oculis ſuis aſtante.

92. Quod etiam attinet ad teſtem N. illi non credendum, quia † verſatur in ſimili cauſa, & habet, vel habuit, vel habiturus eſt *Everard. conſil. 14. venerabilis. col. 2. verſic. ſecundo declara.* & ſic ejus depoſitioni non eſt ſtandum *per not. l. quoniam liberi. C. de teſtib. c. perſonas. eodem tit.* poſtea quoque habentes ſimiles lites non ſunt idonei, ratione affectionis *gloſſ. c. Raynutius. verb. cum ſint ejus ſocii. de offic. delegat. per not. in c. perſonas. de teſtib. c. cauſam. de judic. Imol. conſil. 102. in cauſa. num. 9. Montan. fin. regund. c. 58. num. 13. Rom. ſingul. 360. viſo. volo probare. num. 2. cum ibi allegat.* & deponit in propriam exo-

93. nerationem: ergo † non probat *Everard. conſil. 72. veriss. num. 1. Paris. conſil. 15. num.*

94. *29. vol. 2.* Sed, inquit Adverſarius, nemo † præſumitur immemor ſalutis æternæ. Sed non ideò minus licet contra teſtium perſonas & dicta excipere, quia poſſunt errore, ignorantia, trepidatione aliter, quam res eſt, dicere, etiamſi nolunt pejerare. Deinde præſumptio generalis tollitur per ſpecialem. *Panorm tan. c. de cætero. num. 2. de teſtib.* Ipſi produxerunt teſtes, nedum vaſallos, ſed & Conſiliarios: quid intereſt inter Conſiliarios & alios officiales, æque ob-

95. ſtrictos? Non † debet autem in alio culpari, in quo ipſe culpandus venit *l. 2. §. idem ait. Ne quid in loc. public. c. pro illorum. de præbend. c. cum eccleſiaſticè. de except. text. l. in arenam. ad fin. C. de inoffic. teſtament. Alexand. in terminis. conſil. 78. lib. 2. Cravet. conſil. 123. num. 9.* Veriſimilia deponunt, adjuvantur ab aliis, deponunt de iis, quibus Conſiliarii tantum ſolent adhiberi, ut in recipiendis honorariis, in quibus probant, ut domeſtici, in his quæ coram ipſis fieri ſolent *l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repud.*

Teſtis † alter per verbum Videtur probat *Everard. conſil. 188. venerabilis. Angel. Caſtrens. l. 1. de juſt. & jur. Barthol. l. 1. de vent. inſpic. Caſtrens. conſil. 280. viſo proceſſu.* Sed ibi loquitur Bartholus de iis, quæ tantum ſunt intellectus, in quibus ſufficit ſic deponi. Salvat, quod teſtis primus deponens de ſua credulitate non ſit audiendus *Barthol. l. 2. §. item Labeo. num. 5. de aq. pluv. Alexand. conſil. 15. num. 5. vol. 1. Æmil. conſil. 136. num. 8.* dicit communem Villalob. *verb. teſtis. num. 97.* Vivius *verb. teſtis deponens. num. 1.* Deponens ſe aliter non ſcire, deponit de ſcientia non credulitate. Imò teſtis qui dicit ſe credere, niſi afferat rationem ſcientiæ per ſenſum corporeum nihil probat *Bald. l. ſive poſſidetis. num. 6. C. de probat.* ita etiam dicens ſe ſcire, quia certus ſit *l. qui hereditatem. de acquir. heredit.* nam dicere † ſcire absque 97. redditione idonea rationis per ſenſum corporeum, eſt dicere ſine ratione, & nihil probat, quia nihil ultra dictum habetur *Bald. l. ſolam. num. 2. C. de teſtib.* ſic deponens de judicio ſuo non probat *Æmyl. conſil. 128. num. 14. Paris. conſil. 152. num. 15. vol. 4. verb. de ſuo videri. ibidem. num. 21. conſil. 104. num. 37. 38. volum. 1. conſil. 67. num. 66. vol. 3.*

Fallit autem hoc in materia quæ difficulter certo cognoſci poteſt, (in tali non ſumus) ut quod aliquis fecit ad defenſionem *Barthol. conſil. Raynutius. Alex. conſil. 76. num. 5. lib. 1.*

Sed teſtimonium credulitatis, cum juſta cauſa ſcientiæ, (quæ hic nulla) probat *Alex. conſil. 109. viſis. num. 7. lib. 1. Hypp. ſingul. 19. & rubric. de probat. num. 13. 14.*

Verum illud obtinet in iis, quæ non poſſunt ſciri de veritate, ut declarat Bartholus *d. §. item Labeo.* quanquam nec tunc quidem allegatio ſcientiæ rem probat, niſi ſit juncta ſenſui, & munita ratione ſeu præſumptione *Bald. num. 24. in l. teſtium. C. de probat.* Idem eſt in materia rectitudinaliter non agnoſcibili *Gozad. conſil. 13. num. 37. & 51.* tunc enim teſtes non probant de credulitate vel ſcientia deponentes, niſi addant rationem concludentem ſenſum corporeum *Gozad. conſil. 94. num. 33.* & non interrogatus,

rogatus, nisi rationem & scientiæ causam per sensum corporeum reddat ei non creditur Villalobus *verb. testis. num. 99.* communem dicens & *Curt. Jun. consil. 50. num. 1. Vivius. verb. testis deponens in his quæ percipiuntur per sensum Paris. consil. 107. num. 61. 67. volum. 1.*

98. Secus † autem est in probandis juribus incorporalibus, ut est dominium, possessio &c. quæ tantum intellectu comprehenduntur, nec sunt objectum sensus, sed intellectus, & tantum verificantur per discursum rationis, sumptum ex actibus objectis, sensu tamen corporeo, unde in his nisi testis dicat se scire ex actu aliquo sensus, ut quia vidit emere, possidere &c. nihil probat *Bartbol. l. solam. num. 3. 4. C. de testib.* & *ibi* optimè Baldus *num. 1.* ac Dd. *in c. cum causam. 1, num. 12. & 13. ex de testib. & in l. data. num. 28. C. de his qui accusare*, dicens, quod in his etiam non interrogatus testis debeat rationes reddere, consistentes de facto, non in jure: ad idem Everard. *consil. 136. præclarissimè col. 5.* per communem doctrinam Imol. Joan. Andr. Panor. *in c. cum causam. ubi gloss. de testib.* & in terminis, quod testis, qui debeat probare possessionem, non probet deponendo per opinionem, sed solummodo quando deponit per visum, aut nisi opinioni subjungat rationem de visu, firmat Baldus *in l. ultim. num. 34. C. de edict. divi Hadrian. tollend. per l. 1. in princ. de vent. inspicien. &c. & in c. cum causam. 1. num. 12. de te-*

99. *stib.* multò magis rogatus † de causa scientiæ, nec reddens idoneam rationem, non probat *Æmyl. consil. 4. num. 15. Paris. consil. 138. num. 18. volum. 4.* id enim ratione dicti ferè ostendunt *Æmyl. consil. 128. num. 19.* &

100. ratio † debet congruere cum dicto *Paris. consil. 107. num. 68. volum. 1.* alioqui nuda ejus opinio vel testatio non est testimo-

101. nium, sed judicium rationis mentalis: ad † testem autem non pertinet judicare, sed

102. sentire, ut loquitur ibi Baldus, & quod † testis, si super possessione rogatur, non probet, si dicat, se scire, quia deponit super intelligibili, quod percipi debet per sensum exteriorem, ut supra ostendimus ex Andr. Barb. *ad Bald. rubric. de controversf. invest. num. 7. verb. cum de ætate. versic. addet si testis deducit.* & idem esse in materia collectarum, quod testis non probet per generale verbum: scire, nisi reddat causam scientiæ per visum corporeum Alexand. *consil. 68. & viso. num. 22. volum. 2.*

Quod addit Procurator, testem sufficientem reddere rationem dicti sui, ex eo, quod arbitretur Duces N. scivisse, quia publicè non occultè collecta die Francfictiwet fuerit imposita, & ideò probet adjiciendo concludentem rationem dicti sui *Bartbol. l. qui tamen. §. si arbiter. de arbit.* nihil nobis obstat: nam deciditur ibi contrarium potius, quia dicit Bartholus, testem non probare per verbum: novi, aut intellectum, nisi unitum sensu corporeo, & quia addit: videtur mihi, quia vidi illum jam 10. annis possidere: & idem voluit Baldus & reliqui *d. l. testem.* Cyn. Bald. Salic. *l. testamentum. C. de testib.* Bald. *l. conventiculam. C. de episcop. & cleric.* Joann. Andr. *ad Speculat. de teste. §. 1. verb. item quod deposuit.* Ant. But. *c. quoties. de testib.* Alexand. *d. consil. 73.* Crot. *de testib. part. 7. num. 124. versic. 1. fallit.*

Deinde ratio quoque non est concludens, nam † non est ratio de sensu corporeo, sed de descriptione intellectus, quod ad judicem pertinet, non testem Bart. *d. §. si arbiter.* Baldus *l. testium. num. 23. ubi* dicit: 103.
quod si dicat testis, non nisi publicè dicitur, hic sufficere, propterea quod præsumatur audivisse ipsum, quod publicè dicitur: sed quod per hoc testis probet actum aliquem, præsertim autem in alieno, scire, quia publicè aliquid factum dici nequit, hoc enim est intellectus & ratiocinationis, non sensus corporei, neque concludit necessariò, quia facta etiam prudentissimos fallunt *l. 2. de jur. & fact. ignor.* & quod publicè fit, non sequitur omnes, præsertim extra civitatem, scire oportere. Nam † audiens extra civita- 104.
tem, non præsumitur scire quod fit vel dicitur publicè in civitate *Bartbol. l. is potest. num. 17. 18. de acquirend. bered.* & si dicatur, quod vicinus præsumatur scire facta vicini, respondetur quod hoc obtineat in vicinis ejusdem civitatis, ubi domus sunt contiguæ, secus in vicinis respectu provinciarum, quia existens † in una provincia vel ci- 105.
vitate non præsumitur scire quod fit in alia, nisi probetur in illa vicinia de tali facto publicam famam fuisse, ut rectè *ibidem* Bartholus *num. 18.* Ejusmodi famam cum his testis non modo non probet, sed ne quidem alleget, facilè apparet ejus conjecturam non modo pro veritate à lege non haberi id quod requiritur ut faciat fidem *Bald. c. 1. §. conventiculas. num. 8. de pac. jur. firm. per l. Lucius. de condit. & demonst.* sed omninò contra testis præsumptionem esse, & consequenter nihil probare, sed standum potius regulæ: quod clam † videatur factum, quod 106.
fit non requisito superiore, de cujus præjudicio agitur, & qui contradicere potest de jure vel de facto *l. clam possidere. ubi Jas. num. 6. & 7. de acquirend. possessio. l. prohibitorum. §. clam. quod vi aut clam. Opiz. in repet. l. si quis arbitratu. num. 56. de verbor. obligat. Ham. rep. l. post*

l. post contractum. num. 161. de donation. & quod possessio clandestina respectu agentis nihil operetur, vel juris inducat *Paris. consil. 111. num 36. volum. 1.* nec possessio decem annorum facit cessare clandestinitatem, ubi est mente, neque pars animo deseruit possidere *Paris. consil. 112. num. 75. 76. 77. volum. 1.*

Potuit quidem ibi publicè fieri, non tamen ideo verisimile est pervenisse ad notitiam Ducum alibi existentium, & occupatorum diversis negotiis, quod etiam in facto proprio ignorantia præsumitur, nedum
107. in alieno, & publicè † collectæ indici dicuntur, wenn man Landtäge darüber helt / vocatis & conjunctis omnibus, quorum interest *Jacob. de Sayssell. in tract. de jure apochæ. num. 38. cum ibi allegat.*

108. Objicitur: Testis † deponens super notorio facti permanentis, sine alia ratione probat *Socin. regul. 518. fallent. 1.* Respondeo autem, tale factum hic non est: Deinde & regula allegata nusquam est, nisi voluit allegare regul. 402. *ubi* Socinus planè contrarium dicit, nempè *num. 1.* quod testis de his, quæ tantum percipiuntur intellectu, ut sunt jura incorporea, tantum probet per causam sensus corporei: ac *num. 5.* quod testis dicens se scire, absque alia causa sensus, nihil probet, dato quod non sit super causa scientiæ interrogatus, quia scire potest referri non modo ad veritatem sensus corporei, sed ad vehementem opinionem, quæ non probat vel etiam testi adversatur, nisi consona sit veritati *gloss. final. l. si quis extraneus. §. sciendum. de acquir. hered. ubi Bald. Hyppolit. rubric. de probat. num. 187. 256. 257.*

109. Possessio † etsi probata esset tamen ut prosit debet carere omni vitio *Paris. consil. 117. num. 35. vol. 1. & consil. 95. num. 18. vo-*
110. *lum. 4.* Etsi † quoque haberent investituram, non tamen probassent possessionem, quæ possessio ab aliis occupata non transfertur per investituram *consil. 157. num. 162.*
111. *volum. 1.* Non † probarunt etiam se possedisse tempore litis contestatæ, quod rectè Parisius exigit in possessorio Retinendæ *consil. 13. num. 81. vol. 1. & 112. num. 70. vol. 1.*
113. Quin debet † possidere bona fide, qui in hac re vult obtinere *Paris. consil. 112. si originem. num. 67. volum. 1. consil. 95. num. 19. vol. 4.* & debet habere causam coloratam *ibidem num. 21.*

Mala fides autem in incorporalibus præsumitur, si bona fides non fuerit proba-
114. ta: De † una enim specie non infertur ad alteram *Panormitan. c. quod translationem. num. 5. de offic. legat.*

Sed dicat hic, & definiat qualis requiratur veritas? Ea † procul dubio, quæ in te- 114.
stimoniis dicitur, & quæ percipitur sensu corporeo; nam sensus non decipitur circa proprium objectum ut dicit Baldus *in l. solam. num. 1. C. de testib.* non autem quæ consistit in opinione, quamvis indubitata, quia
opinio † fallit & fallitur, & vim facit verita- 115.
ti, ut colligitur ex dictis Baldi *d. l. solam. l. testium. d. c. cum causam. per totum. & l. ult. C. de edict. divi Hadrian tollend.* Socin. pulchrè *d. regul. 402. num. 5.* & optimè Alexander *consil. 91. in causa. num. 4. volum. 6. ubi* dicit, quod veritas habeatur ex his, quæ visu percipiuntur, non autem per relationem testis, maximè deponentis de credulitate, nam qui de credulitate deponit, non dicitur verus testis, quia non deponit de veritate, sed de credulitate.

Singularitas † verò objecta inde refu- 116.
tari videtur, quia sufficiat quod concordent in substantialibus, quæ faciunt ad finem causæ, licet in aliis differrent *Bald. l. 1. C. de testib. Caccialup. l. admonendi. num. 112. de jurejurand.* & quando agitur non de uno facto specifico, sed jure universali, quod comprehendit sub se plura individua, ut est jus decimandi, collectandi, quod non sit inconveniens probari per testes singulares: vel si concordant in principali, *Paris. consil. 50. num. 14. Cons. 84. num. 35. volum. 3. consil. 152. num. 17. volum. 4. Grat. consil. 136. num. 21. vol. 1.* vel quando tendunt ad unum finem *l. qui sententiam. ubi Oldrad. C. de sentent. Barbat. consil. 25. Curt. tractat. de testib. cap. 12. Jas. l. 2. col. penult. C. de bonor. poss. secund. tabul. &*
consil. 42. vol. 1. consil. 61. eod. quod sufficiat † 117.
esse concordes in facto principali, licet discordarent in circumstantiis *gloss. c. dudum verb. substantia. de convers. conjug. & c. cum Ecclesia Sutrina. de causa possession. & propriet. Joann. Andr. c. nihil obstat. de verbor. significat. Alexand. consil. 24. in fin. lib. 2. consil. 156. lib. 5. Cravet. consil. 267. dominicus. num. 5. & 6.*

Sed hæc omnia nihil ad rhombum, quia tempus est fundamentum hujus articuli & probationis, cum non possit videri possedisse, qui non longo tempore possedit, & possit quis uno die possedisse. Qui igitur se fundat in tempore (ut hic articulus)
fundamentum hoc debet probare. Nam † 118.
quando aliquid formaliter probandum, non sufficit quod effectu concordent testes, *Jas. l. bonorum. num. 18. C. de bonor. possess.*
contra tabul. sed † omnes qualitates quæ sub- 119.
jectum alterare possint, ut tempus, probandæ sunt, alioqui minima in iis testium discrepantia habet imaginem contrarietatis, per Baldum *num. 37. 38. l. de quibus. de legib.* refert

refert Jason *d. l. bonorum. num. 17. C. de bonor.*
120. *possess. secund. tab.* & nisi † de eodem tempo-
re possessionis probent testes, sunt singula-
res, nec probant *Bald. d. l. ult. C. de edict. divi
Hadrian.*

Quare quod ad probandam posses-
sionem testes singulares sufficiant, eodem
121. modo est intelligendum, quando † scilicet
de eodem tempore deponunt, ut unus
quod 30. annis, alter quod decem jam pro-
ximis possederit, nam probatur sic decen-
nalis possessio, quia conveniunt in tempore
*Paris. consil. 107. Philipp. Port. conclus. 34. Crot.
de testib. 7. part. num. 139. & 140. Campegius
eod. tract. regul. 340. August. Bero. consil. 9. vi-
so. num. 10.*

Nonus testis non dicit geschen/ sondern
habe nicht anders gehört noch erfahren. Quod
122. verò testis † de auditu probet in judicio me-
ri possessorii firmare conatur Adversæ par-
tis Procurator *per decis. Rot. Roman. 12. 13. 16.
in novis. August. Bero. consil. 43. cum nonnulli.
volum. 3.* sed nulla decisio Rotæ hoc probat:
multo minus Berous. *Decis. 10. in antiquis,
sub rubric. de testib.* ponitur tantum genera-
liter: Nota quod in possessione sufficit te-
stimonium de auditu, à parte quæ tenet &
possidet rem spoliatam, de qua agitur *per
not. c. licet. 2. de testib. fac. c. cum sit. de concess.
præbend.* Jam dicta intelligenda secundum
ea quæ allegantur. *d. c. licet.* nihil probat,
123. sed admittit † testes de auditu in casu singu-
lari, videlicet probanda antiqua consan-
guinitate, nec tamen tunc aliter vult eos fi-
dem facere, nisi jurati deponant, se vidisse
personas se pro cõsanguineis habuisse & tra-
ctasse. *d. antem. c. cum sit.* nihil facit: quia nul-
lum est in titulo *de concess. præbend. sed c. cum
nostris. ubi* tantum dicitur: possessionem ha-
bere plurimum facti, & non valere literas
impetratas super beneficio, tacita alterius
colorata de facto possessione.

Cur autem testimonium de auditu
admittatur in probanda consanguinitate,
ratio est, quod non æquè præjudicialis sit a-
liis: non autem fidem facit in probando
dominio vel alio jure, eò quod alii sit præ-
judicialis. Et quod etiam tunc probet, nisi
multis concurrentibus, per plura ostendit
Cravetta *de temp. antiq. part. 1. §. viso. num. 7.*
124. *8. 9. 10. cum seq.* In † antiquis quidem testi-
monium de auditu etiam auditi auditus
probat *c. licet. de testam. Alexand. consil. 187.
lib. 2. Aretin. consil. 37. sequenda. in 2. dubio. So-
cin. consil. 205. lib. 2. Jas. consil. 128. lib. 1. consil.
15. lib. 3. consil. 166. lib. 4.* Hic verò non de-
posuerunt de facto antiquo. Sed nec verum
est testimonio auditus hic credi in his factis
antiquis, præsertim quando agitur de gravi
præjudicio, ut hic Cravetta *de antiq. tempor.
parte 1. §. viso. de fama. num. 3. cum sequent.
Felin. in c. præterea. in princip. de testib.*

Regeritur, quod non † vitietur dictum 125.
testis, si dicat se scire id quod deponit, non
per certam scientiam, sed per auditum & fa-
mam *Dom. c. de capitulis. distinct. 5. Anton. de
But. c. unic. de sentent. & c. fin. de juramen t. ca-
lumn.* ex Hyppolito *rubric. de probat. num.
189.*

Sed Hyppolitus *ibi* nihil dicit, sed
num. 95. hoc potius, quod testimonium de
auditu admittatur in antiquis. Loquitur
autem in factis antiquis, item iis quæ non
possint per sensum corporoum compre-
hendi, sed testimonium regitur tantum in-
tellectu ut consanguinitas & similia.

Dicta † verò testium non calumnian- 126.
da, sed commodè interpretanda *Bald. c. per-
sonas. de testib. Angel. l. ex militari. de test. mi-
lit. Curt. de testib. conclus. 60.* imò judex re-
pellere debet advocatos hoc facientes *Alex.
consil. 109. visis. num. 12. volum. 1. Specular. de
test. §. jam de interrogat. in fin. Joann. de Anan.
in c. de cætero. de homicid. Alexand. consil. 93. in
fin. volum. 1.*

Instat iterum Adversarius: Ignoran-
tia † non potest allegari in notoriè se offe- 127.
rentibus *Paris. consil. 23. num. 219. lib. 1.* Sed ob-
tinet hoc in iis, quæ revera notoria sunt, ei
præsertim cujus interest, licet ignorantiam
prætendat, ut in casu à Parisio adducto, in
nuptiis nimirum Ducum, publicè in vici-
nia celebratis, quas † vicinus princeps vel 128.
nobilis non præsumebatur ignorare: maxi-
mè qui literis seu scripturis, & investituris
& appellationibus scientiam declarasset.
Non procedit autem hoc in aliis factis, quæ
sic in oculos non incurrunt, ut ejusmodi
nuptiarum notitiam à reliquis distinguit
Salicetus *l. ea quidem. num. 73. C. de accusa-
tion.* Certè si Duces N. ut vicini scire potue-
rint, scire præsumentur *c. quanto. c. quosdam.
de præsumpt. Barthol. & Dd. l. is potest. de ac-
quir. heredit. Ancbor. consil. 196. Paris. d. con-
sil. 23. num. 218.* siquidem probata esset vici-
niæ fama *Barthol. d. l. is potest. num. 17. de ac-
quir. heredit.* Sed hic illud obstat, quod in-
telligatur vicinus, qui non multum distat à
civitate *Marant. num. 30.* & scire præsumi-
tur, quando modico intervallo distat, quia
modica distantia non curatur *Marant. num.
30.* Deinde propter multiplicitatem nego-
tiorum Principum, etiam in facto proprio,
præsumitur eorum ignorantia *Maran. l. 1.
in princip. num. 291. de acquirend. her. Bar-
thol. l. quod jussit. de re jud. & in authen. sed
cum testamento. C. ad L. Falcid. Bald. l. 2. quæst.
6. C. de rescind. vendit.* item quando tractant
de da-

de damno vitando *Marant. num. 292.* Accedit, quod brocardicum istud sit intelligendum de iis actibus, qui verisimiliter sciri solent per vicinos, ut quando sumus in actibus successivis; secus in momentaneis, quæ non præsumitur scire vicinus: ut & in actibus qui geri solent in occulto (ut hic) *Marant. num. 299.*

Nec facessit negotium, quod Duces
129. habuerunt in vicinia suos officiales, quos † satis videtur scivisse *Barthol. l. 1. §. denique. de aqua pluv. arcend. & l. si publicanus. §. final. de pact. Card. Imol. Panormitan. c. cum contingat. de for. compet. Aretin. consil. 154. Alexand. consil. 6. lib. 1. Balb. de præscript. part. 2. 5. partis princip. q. 3. num. 8. Alexand. d. consil. 6. lib. 1.* Nam Alexander loquitur *ibi*, ut &
130. Balb. *præallegat. loc.* de † præscriptione pedagiorum, quæ colliguntur illo loco, ubi est Imperator, vel habet suum judicium, ut ignorare non possit, & si cui jura Cæsaris & curia in illo loco sunt commissa, ut ille potestatem habeat jus pedagii usurpare. Cæterum hic Duces N. illis locis, ubi Comites collectarunt, nullum habuerunt judicem: ergo non valet argumentum.

Instat ulterius Procurator, cum fuerint collectæ notoriæ, præsumuntur verisimiliter ad omnium notitiam, præsertim quorum interfuit, pervenisse *Bald. l. cum fratre. C. ad Syllan. & in rubric. C. de probat. Innocent. in c. sicut. de cohabit. cleric. & mul. Bero. consil. 190. nulla. num. 4. volum. 3.*

131. Verum quod † ita se conspectui hominum exhibet, ut absque tergiversatione velari non possit, hanc admittit dispositionem *c. ult. c. nostra. ubi gloss. verb. nunc. cum c. seq. de cohab. cleric.* Hic autem ex falso præsupposito falsum infertur: probandum est fuisse notorium, cum hoc negetur, etsi fuisset in illo loco, non tamen sequitur in vicino, nisi ibi probetur communis fama fuisse *Barthol. d. l. is potest.* Notorium quidem aliquibus dicitur, quod fit à Principe vel coram eo *Bald. l. omnium. C. de testament. Abb. c. in literis. de restit. spoliat. Bero. consil. 147. visis. num. 11. volum. 3.* Sed hoc loco verius notorium est firmissima & indubitata certitudo rei, de qua quæritur, indubiam faciens fidem; item quod se exhibet vulgo, quod negari vel impugnari non potest *Bald. l. ea quidem. 7. num. 18. C. de accusat. & inscript.* & quod notorium uniformiter se exhibet *Bald. ibi num. 34.* Quod verò attinet ad *d. l. omnium. C. de testament.* & Baldi assertionem loquitur textus in summo Principe, & quod fit coram eo solenniter *d. l. omnium.* & addit Baldus *num. 1.* quod notorium dicitur factum coram Principe, dummodò possit probari per duos testes, qui debent reddere duplicem rationem: scilicet actus cui interfuerunt, & notorietatis: nisi enim probetur substantia & veritas, non potest probari ejus qualitas seu notorietas. Panormitanus nihil dicit adducto loco. Nam multa † dicuntur notoria quæ non sunt, ut dicit 132.
textus, & ideò quando negatur tale, esset probandum *gloss. c. consuluit. 14. ubi Dd. de appellat.* Baldus *d. l. ea quidem. num. 44. ubi* dicit, esse notorium de quo constat omnibus: sed si negetur ab altera parte, esse probandum.

Deinde notorium locale seu uno in loco, non est notorium alibi *Bal. l. ea quidem. num. 17. C. de accus.* Quare ubi constat de notorietate in aliquo loco, non nocet testes nihil deponere de scientia hujus vel illius, cum in † notoriis non requiratur alia 133.
certioratio *Castrens. Alexan. l. sed etsi pupillus. §. 1. de instit. Dd. c. 1. de postulat. prælat. c. in tua. extr. qui matrim. accusar. Bero. consil. 171. circa. num. 4. vol. 1.*

Pergit Adversarius: Consuetudo † 134.
immemorialis satis est probata, quia testes dicunt se non recordari contrarium *l. si arbiter. de probatio. Roch. c. final. num. 368. de consuet.* Sed contrarium est verum: nam alia probatio requiritur, si memoria in contrarium, tam vetus quam nova, quæ potest etiam instrumentis probari. In † antiquis 135.
enim nulla melior probatio quam per documenta, & libros antiquos, quò recurrendum est, tanquam ad stipites veritatis, qui in æternum permanent *Cravett. consil. 54. num. 15. Cassan. consil. 15. Felin. c. cum causam. num. 6. de probatio. Paris. consil. 104. num. 46. volum. 1. Mont. fin. regund. c. 66. num. 5. 6.* Doceat primò hoc antiquum esse. Nam antiquum dicitur, quod excedit metam centum annorum *Alexand. consil. 6. viso. num. 12. volum. 1.*

Scripturæ † ergo cum testibus conjun- 136.
gendæ *l. 3. §. ejusdem. de testib. Bald. c. cum causam. de probat. & rubric. de controvers. invest. Curt. de testib. conclus. 12.*

Hinc autem non efficitur, quod Adversarius vult, Scripturas & probationes, etiam imperfectas, jungi hoc casu debere. Nam quando testes sunt singulares vel deponunt de diversis actibus aut diversis eorum qualitatibus, puta loco tempore &c. conjunguntur quidem in † antiquis *Paris.* 137.
consil. 57. num. 17. & 36. vol. 1. ut & in delictis quæ secretè fiunt, ut proditionis, conspirationis, item iis quæ non cadunt in sensum corporeum *Anton. c. veniens. 1. de testib. in fin. Alexand. consil. 24. animadversis. in fin. vol. 2. Mont. fin. regundor. c. 53. num. 5. 6.* ut & in tali materia, in qua non est facilis probatio

batio *Alexand. ib. num. 45. 49. cum sequent.* quemadmodum & in materia defendendæ innocentiæ, & ad absolvendum in criminalibus reum: quo in genere etiam testes non integri & idonei admittuntur & junguntur ut probat idem *num. 45.* Horum tamen neutrum in nostro casu locum habet. Et quod officialium Scripturis hoc casu non sit credendum, supra ostensum est.

138. Possessio † etiam præsumitur continuata de authore in successorem *Bartbol. l. Pomponius. §. final. de acquir. possessio. Angel. §. diutina. Instit. de usucap. Ant. Natta consil. 439. num. 9. Abb. c. accedentibus. de privileg.* Sed doceant prius Adversarii, se eam antea

139. habuisse. Nam amissio † possessionis est accidens, cujus mutatio non præsumitur *c. semel malus. de reg. jur. in 6. c. si fortè. de electio. eod. lib. c. final. de prescript. Natta consil. 235. num. 19.* Deinde si maximè habuissent, isto tamen casu multipliciter fuit interrupta, & si qua fuit, tantum naturalis & facti fuit, quæ non sufficit ad jus inducendum.

140. Objicit porro: Non † opus esse, conventu provinciali cum populo alioqui notificari possit collectarum impositio. *Bartbol. l. 2. C. de indict. lib. 10.* Bertachinus *de gabell. in prælud. num. 12. ubi* addit, quod forma posita in *d. l. 2.* hodiè non servetur. Verùm illa *l. 2.* nihil dicit de conventibus hujusmodi, ideò hæc forma usitata non sub-

141. lata: præsertim cum juris sit, ut quod † omnes tangit ab omnibus probetur *l. ult. ff. commun. præd. c. quod omnes. de R. J. in 6.* & in omni impendio universitatis omnes de universitate sint ad certum locum citandi, ut communi consensu peragatur, & in collectis imponendis hoc servandum Jacob. Angelus *de jur. collect. num. 38.* & Rebuffus *d. l. 2.* ac alii ostendunt, minimum opus esse in his actionibus percontationibus ad populum factis: & quamvis hoc non esset de jure, tamen constat de notoria Germaniæ consuetudine: & quod in Regno Franciæ idem servetur, ut in collectando socientur Prælati, Barones & Villæ notabiles, probat Faber *§. ultim. num. 9. versic. sed quando vult facere collectas. Instit. de pœn. temer. litigant.*

Objicitur: Cum tam multis notum fuerit, debet dici notorium, quod omnibus potuit esse notum, quia notorium id dicitur quod à decem testibus deponitur. *Cornæ. consil. 330. capio. num. 20. volum. 1. Bald. l. si vero. §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogant. Specul. de not. crim. §. jam de notorio. versic. quidam. Bald. l. ea quidem. colum. 2. C. de accusat. & in authen. quod locum. circa fin. C. de collatio. Abb. c. vestra. de cohabit. cleric. & mulier. Natta consil. 138. magnifici. num. 21. Montan. fin. regund. cap 54. (est 56.) num. 12.*

Respondetur: Probatio † non debet 142. concludere per possibile sed per necesse *Schurff. consil. 52. quamvis. num. 7. & 8.* Cum ergò testes non deponant de certà omnium notitià & tempore continuato, necessariò non concludunt.

Ob. Sufficit † præsumptiva proba- 143. tio *Crot. de test. parte 7. num. 108.* & quamvis offuscetur aliquatenus à Reo, non tamen desinit esse perfecta, & ad victoriam sufficiens *Bartbol. l. admonendi 12. col. ff. de jurejur. Panormitan. c. in præsentia. col. 1. de probat. & in c. per tuas. de condit. apposit. Crot. d. tractat. de testib. part. 7. num. 107. & 110. 111.*

Resp. Non sufficit: sed ideò debebat actor melius probare, possessionem vel antiquiorem, vel justiorem.

Ob. Literis † civitatum sigillo mu- 144. nitis creditur *Dd. c. post cessionem. ubi Dec. de probatio.* & epistola quæ habet authenticum sigillum plenè probat *Jas. repet. l. admonendi. num. 139. 144. Bartbol. l. Lucius. de fidejussorib.* Ergò & literis S.

Resp. Creditur, sed non pro domino, nec contra tertium, præsertim superiorem. Deinde instrumenti & contractus illius verba contrarium innuunt. In † con- 145. tractibus autem non solum verba, sed & syllabæ, si possibile foret, operari debent *Bald. rub. C. de contrahend. empt. quæst. 9. Zas. consil. 13. num. 50. vol. 2.* & verba contractus habentur pro textu, eisq; credendum magis, quam glossæ *Oldrad. consil. 258. Innocent. col. 22. Bald. consil. 343. examinanda. lib. 1.* Et ubi verba sunt clara, cessare debent cavillationes Advocatorum *Bald. consil. 174. casus. Cravett. consil. 273. Nobilis. num. 7. & 8.*

Notorium † asserenti creditur, etiam 146. non jurato *c. tua nos. ubi gloss. de cohabitat. clericor. Roman. l. admonendi. de jurejurand. Anton. in c. final. de consuet. ubi* dicit: si agatur de consuetudine probanda à populo inducta, creditur testibus non juratis per not. *Innoc. in c. 1. de post. prælat. Anton. in c. cum in tua. de desponsat. impub. Crot. de testib. parte 7. num. 9.* & valet depositio etiam parte non citata, præsertim in stylo probando *Ant. de But. c. final. col. penult. de consuet. Crot. d. tract. parte 7. num. 30.* scilicet quia stylus pertinet non ad jus partis, sed ordinationem judicii: & ideò judex supplet, ut reliqua ejus generis *l. unic. cum ibi notat. C. ut quæ desunt advocat.* & ideò potest se judex informare de stylo absque partium citatione *Bartbol. l. de quibus. num. 22. de legib.*

Resp.

Resp. Sed quid hoc ad rhombum. Notorium potest esse, quod Comites sint Comites Imperii, & fortè quod collectare possint in iis comitatibus, quod tamen in aliis negatur. Et si est factum notorium judici, ut judici, in quo testis unus requiratur, de quo loquitur Innocentius *d.c.1. num. 7.* & Dd. in casibus specialibus, qui non sunt trahendi ad consequentias, sed standum regulæ: quód testi injurato non credatur *l. jurisjurandi. l. solam. C. de testib.* quare cum habeant Rei regulam pro se, doceat Actor in hoc casu, ubi agitur de probanda possessione, quæ in facto magis quam jure consistit, testes injuratos admitti, aut judicem quod facto deest supplere hic posse, alioqui nos opponimus, quod casus non exceptus maneat sub regula, & confirmet regulam exceptio supradicta in casibus non exceptis *per not. Dd. & aliorum. l. 1. de regul. jur.*

147. Ob. Notario † credendum in iis, quæ ad suum officium pertinent *c. quoniam. ubi gloss. de probat. l. si librarius. ubi Barthol. de reg. jur. Aug. Bero. consil. 129. in causa. num. 9. volum. 2.* & cum hic fuerit nomine officialis cautum, si præsumitur pro Notario *c. ad audientiam. de præscript. Dec. l. si librarius. num. 3. de reg. jur. & consil. 15.* quantò magis pro Secretario trium Impp.

Resp. Nihil adfertur, quod ad rem faciat. Nam creditur quidem Notario & Judici contra partes, non verò contra tertium, præsertim superiorem. Deinde cum hoc casu Secretarii annotatio nihil probet, nec sciatur, de quibus dominiis hæc collecta reddita, non probat hic esse, neque necessariò nec præsumptivè concludit.

148. Ob. Chronica testantur, esse Actores Comites Imperii, quibus standum *Gemin. c. quamvis. in fin. de pact. in 6. Hypp. rubric. de probat. num. 213.*

Resp. Quis negat respectivè, respectu nimirum certorum dominiorum, de
149. quibus non est lis: nam non † recognoscentes superiorem, aut quatenus non recognoscunt alium, quam Imperium, sunt sanè illustres vel spectabiles, sed quoad dominia dependentia ab inferiore sunt loco Præsidis. Præses autem non potest collectare *l. 2. C. de superindict.* & respectu dominiorum, quæ in ditione Ducali jacent, non habentur pro illustribus, sed clarissimis: nec eatenus Ducibus æquiparantur, quod alias de Comitibus Provincialibus, Landgrafen tradit Goden. *consil. 2. de juris.* hæc enim dominia non sunt regalia, quæ tenent à Ducibus, unde iis comparari non possunt: nec novum est, plures qualitates
† in unum concurrere, pro diversitate fundorum, qui regulatur & habetur secundum illum fundum, de quo litigatur *Everard. loc. de tanquam. Barthol. l. si convenerit. §. si nuda. de pignorat. actio. Anchor. consil. 114. Angel. consil. 114. 247. Felin. c. translata. de constitut. Jas. l. si eadem. in princ. de offic. assess. Ripa lib. 1. respons. de leg. c. 1. Alexan. consil. 151. lib. 2. Cravet. de antiq. tempor. parte 4. §. 1. num. 56.* Sic civitas † subjecta certis pactis 151.
in reliquis debet manere libera *Dec. consil. 363. num. 8. consil. 464. num. 11. Bulgarin. repet. rubric. sol. matrim. num. 28.* ideo civitas vel Comes dans aliquid principi in signum superioritatis non dicitur subjectus *Bald. l. etiam, in fin. C. de jur. dot. Restaurus in tract. de imper. quæstio. 109. num. 9. Socin. l. si ex toto. num. 9. & 10. de legat. 1.* Nec juvat Actores, quod majores ipsorum fuerunt Impp. cum illa † sit dignitas personalis, quæ non 152.
transit ad successores, Electione enim non successione habetur Imperium *c. venerabilis. 34. ubi Dd. de elect. Barthol. l. non ambigitur. ff. de legib.* & constat etiam Comitem, ut fatentur Rei, cessisse Imperium alii electo, nempe Carolo IV.

Ob. Habentes † regalia possunt imponere collectas, ut quibus omnimoda jurisdictio concessa *Schurff. consil. 59. num. 1. centur. 1. Thomat. Purp. repet. l. placet. num. 30. C. de SS. Eccles.* & quod etiam communitates imponant, tradit Philipp. Port. *consil. 203. Boss. de princip. num. 66.* Præterea hi Comites † sunt Principes in suis terris, 154.
& omnia possunt quæ Imperator in Imperio, *Castrens. consil. 34. super. parte 2. Alexand. consil. 2. visis. num. 25, 26. volum. 1. consil. 1. num. 29. 30. 31. volum. 5.* quæ Castrensis opinio communiter recepta est, ut per Socin. *consil. 66. visa. volum. 3.* Curt. Senior. *consil. 44.* Jas. *consil. 101. ubi* de Duce Mediolani, *num. 2. volum. 4.* Bertrand. *consil. 156. illud. num. 4. volum. 3.* Decius multa allegans *consil. 403. quamvis. num. 2. 6. 7. col. 2.* Curtius Junior *consil. 61. habita. num. 9.* qui dicit, de hoc esse communem *Matth. Afflict. c. 1. verb. & bona. num. 21. 44.*

Resp. Prædicti Auctores loquuntur de non recognoscente superiorem, aut immediatè solum Cæsarem, & ejus regalia etiam habent, ut potestatem legitimandi cum velint, quales sunt Duces Mediolanenses, de quibus Castrens. *d. consil. super.* in quos translata est omnis potestas Imperialis ut dicit Alexan. de iisdem loquens *d. consil. 2.*

Idem dici potest in Capitaneis Imperii, qui immediatè tenent sua territoria

ab Imperio. Henningus Goden *consil. 1. de aurifod. pro evidentia. num. 8. ubi* dicit, neminem eorum regalia habere, nisi ex speciali concessione.

155. Villa † quidem & castrum potest collectam imponere *l. 1. §. quibus. ubi Barth. quod cujus.univ. & in l. 4. §. si actor. de re judicat. & Angel. ibi Alexand. consil. 52. visis. num. 3. volum. 5.* etiamsi sint subjectæ inferiori à principe *Thom. Purp. l. placet. num. 31. C. de SS. Eccles. Schürff. d. consil. 59. num. 1. Pet. Ubal. in tract. de collect. in princ. num. 1.* Sed saltem ob civitatis necessitatem, non aliam ob causam & tunc requiritur Principis consensus, quod extenditur ad quodvis castrum
156. vel oppidum. Unde non videtur de † reservatis Principis esse jus collectandi *Alexand. consil. 68. viso. num. 13. 14. lib. 2. & d. consil. 52. visis. num. 5. 6. lib. 5.* quia sufficit consuetudo 10. annorum, quod non esset, si reservatum esset principis *Jas. d. l. de quibus. num. 47. de leg. Paris. consil. 25. primo. num.*
157. *93. lib. 1.* maximè cum Princeps † præsumatur scire & pati *l. 3. C. de ædific. priv.* quod maximum fundamentum vocat Thomat. *de collect. §. sanè. num. 32. ubi* dicit, actum hunc interdictum inferiori, & tacitum consensum præsumi ex eo, quod Princeps vel ejus jurisdictioni sit præsens, vel præsente tamen præfecto seu jus dicente collecta imponatur. Quin & indictio debet notificari superiori & per ipsum confirmari *l. placet. C. de excus. tut.* ut latè disputat *ibi* Thomat. *fol. 480. 481. 482. cum sequent.* & tandem concludit, quod sit non quidem quoad directum jus, sed quoad jus suum exactio collectarum concessa Universitati, si scilicet faciat in utilitatem Principis: quia censeretur tacitè admissa per Principem: aliàs verò quod non possit, nisi consulto superiore, etiam ob munus Principi dandum, cum dictum jus collectandi adhæreat ossibus superioris: quod maximè vult procedere, quando non urget necessitas, sed fit pro dono dando Principi, nam tunc indistinctè consuli debet supe-
158. rior, eò quod in † concessione generali non veniunt regalia *c. per transactionem. de offic. delegat. Claud. Sysell. in spec. feud. rubric. qui feud. dar. Felin. c. quæ in ecclesiarum. num. 32. de constit.* Et licet quando aliqua sunt data, & generalis concessio subjecta, tunc omnia, etiam non expressa, venire videantur Sysell. *præallegat. loc. per regulam l. stipulationes commodissimè. de verbor. obligatio. Socin. consil. 188. & consil. 251. lib. 2.* maximè quando tam ampla sunt verba, ut ad specificata restringi non possint salva ratione recti sermonis *l. emptor. §. Lucius. de pact. Bald. l. sub prætextu specierum. & l. si de certa. C. de transact. Alexand. consil. 46. & consil. 117. lib. 1.* Tamen hoc loco salvâ ratione recti sermonis concessionis hujus verba non possunt includere collectas, quæ juris extraordinarii sunt, eò quod non sint verba universalia, quæ omnia comprehendunt, quæ excogitari possunt *Corn. consil. 209. num. 6. & consil. 245. num. 9. & 10. Claud. Sysell. præalleg. loc. limita. 6.* præsertim cum accesserit usus, qui † concessionem est in- 159.
terpretatus *Roman. consil. 271. & consil. 262. ubi not.* Claudius verò Sysell. *præallegat. loc.* loquitur de pedagio, quod non est ejus ordinis, nec de usu generali sed longi temporis præscriptione, ex scientia & patientia Principis, & dicit, generalem concessionem ad pedagia extendi, si aliqua regalia expressa, & quædam excepta: quando enim non est de exceptis, tum intelligitur comprehensum generalitate, quæ comprehendit casus similes & ejusdem naturæ.

Ob. Cudere † monetam est regale 160.
cohærens ossibus Principis *Loss. c. filii. si de feud. fuerit controvers. Camerar. c. imperialem. de probib. feud. alien. per Frideric.* Cum ergò Comites de hoc jure investiti sint, apparet illos talia habere jura, quæ collectis similia sunt, ut de illis quoque non sit dubitandum *Felin. c. quæ in ecclesiarum. num. 33. extr. de constitut.*

Resp. Felinus potius contra illos est: nam dicit: quando † Princeps concedit ali- 161.
quid de reservatis sibi, intelligi illa ita concessa, ut iis utatur servata debita causæ cognitione & solennitate. Si igitur dicant hic Adversæ partis Patroni, concessas collectas, intelligendum erit, servata debita solennitate, scilicet ut prius notificetur Principi *Thomat. d. §. final.* Deinde subdit Felinus, quod ne quidem Ducibus & Comitibus immediatè ab Imperio dependentibus intelligantur hæc concedi, nisi tribus casibus, primò, si de plenitudine potestatis Imperator concesserit omnia, quæ ipse in Imperio facere potest: secundò, si majora aliqua regalia expresserit, quam de quibus agitur: tertiò, si de facto non recognoscat alium superiorem: quæ hic non concurrunt, & si concurrerent, obtinerent in feudis, quæ ab Imperio Comites tenent, & in quibus habent jus cudendæ monetæ, & etiam collectandi, quod hic non negatur neque disputatur. Ergo nihil huc faciunt ista. Et quamvis de hoc expresse sint

investiti,

investiti, hoc tamen prodest ipsis tantum in territoriis Imperii, non in dominiis N. Deinde benè valeret hoc argumentum, si etiam expresse de jure collectandi essent investiti, quod cum non inveniatur ruit argumentum. Regulare equidem est, ut cui castrum conceditur, ut etiam commoditas & quæ inde percipiuntur concessa videatur *Felin. in d. c. quæ in Ecclesiarum. num. 32. vers. hanc declarationem.* Sed sermo ibi est, de commoditatibus quæ ordinariè & quotannis ex castro percipiuntur, agit enim de commoditate, quæ percipitur ex piscatione fluminis, & auro quod tunc colligitur. Deinde potissimè se fundat ibi in præscriptione immemoriali, de qua ibi constabat, & quæ hic nulla subest, sicut hæc non est commoditas utilis dominii, alioqui quilibet vasallus posset rusticos suos collectare, sed domini directi ossibus adhærens Thomat. *d. loc.* vel extraordinarium ejusmodi munus *Castrens. consil. 353. volum. 1.* quod non infert regalia, nisi multis concurrentibus *Rom. d. consil. 201.* Nec juvat, quod consuetudo † collectandi in una specie in omnibus aliis idem jus acquirat *Pet. à*
162. *bell. pertica. Cyn. Salicet. l. 1. C. de emancip. liber. Alexand. consil. 124. super. lib. 4. Corn.* & alii quos citat Paris. *consil. 25. num. 58.* Id enim non procedit in dominiis à Dominis diversis dependentibus. Deinde etiam non in regalibus & reservatis summo Principi
163. Jas. *d. l. 3.* Præterea † requiritur tempus immemoriale ad probandam talem consuetudinem, nec sufficiunt decem anni, aut unicus actus nisi sit successivi temporis. *Blanc. in tit. quib. mod. feud. amitt. Paris. d. consil. 25. num. 87. 88. Curt. de consuetud. in 8. requisit.*

164. Petitorium † equidem non debet tractari ante possessorium *l. ordinarii. C. de rei vendicat. l. incerti. ubi Dd. C. de interdict.* Articuli autem Reorum plurimum petitorii
165. habere videntur, ut † debuerint rejici, vel certè super iis nihil cognoscendum, sed judex ex officio cognoscere debet, an tales sint articuli, qui relevent partem producentem, & si nihil hujusmodi invenerit, super iis non debet testes recipere *Barthol. in princ. Alexand. & alii in l. si duo. §. idem Julianus. num. 3. de jurejuran.* unde Romanus *consil. 249.* dicit, quod interrogatio non est admittenda, quæ nihil relevat. Dicere autem petitorium nihil relevare in possessorio absurdum est, cum in hoc judicio coloret possessionem, & obtineat qui proprietatem probat ut supra dictum. Alias testes † 166.
super articulis, qui non debuerunt admitti, producti & examinati eo casu non probant *Barthol. d. §. idem Julianus. num. 10.* non enim debet ad probandum admitti, quod probatum non relevat *l. ad probationem. ubi Barthol. l. neq. natales. C. de probat. gloss. c. si post præstitam. verb. rationabili. in princ. de confess. in 6.* Superfluitas † enim in actis reprobatur & resecatur *l. ult. C. de precib. Imperat. off. §. sanè. in proœm. decret. Specul. de* 167.
position. §. septimo videndum. num. 2. Hîc verò excusat multò magis Dnn. Reos, quod ad colorandum possessorium hoc fiat *Barthol. l. final. in fin. C. qui legit. pers. Specul. de test. §. nunc videndum. num. 7. versic. sed pone. & ibi Bald. versic. ad colorandum.* quia possessorium deductum fuit principaliter, & quamvis hoc negetur ab adversâ parte, apparet tamen, quod huc omnia tendant, nec de hoc magnoperè disputandum, cum rei possint uti pluribus exceptionibus, & jam tantum tendant ad excludendam actionem, quæ est possessoria, Ergo non debet dici petitorium principale esse, nam principaliter omnes articuli sunt possessorii, color † autem petitorii, isque accessorium ad 168.
rem, quod esse majus suo principali fuerit absurdum *l. justissimè. §. 1. de ædil. edict. §. fidejussor. in fin. Inst. de fidejuss.* Nec convenit hoc accessorium principalis judicii naturam alterare. *clement. 1. in fin. de præbend. Panormitan. c. cum nostris. col. pen. de concess. præben. Dec. consil. 305. juridicum.* & semper debet inspici quod principaliter actum est *l. rogasti. ubi Alexan. si cert. petat.* Præterea potest petitorium & possessorium simul deduci, & sufficit probari alterutrum super quo sententia ferenda. Ita & hîc pronunciandum censeo. Salvo &c.

Consilium CCCXLVI.

AN DOMINUS FEUDI SCATURigines salinas aliàs pereuntes invito Vasallo in suum & suorum usum convertere possit.

Summaria.

1. *Vicinitatis Jus exigit, ut quod tibi non nocet, mihi prodest, id impedire non debeas. Declaratur num. 15. 29.*
2. *Utilitas publica privatæ anteferenda.*
3. *Privato jus suum auferri potest, propter utilitatem publicam.*
4. *Formulà fidelitatis Vasallus ad promovendum Domini commodum tenetur.*
5. *Dominus in feudo habet proprietatem & dominium directum: Vasallus verò utile & usumfructum.*
6. *Proprietarius usufructuarium cogere potest, ut rectè colat.*
7. *Res inculta deterioratur.*
8. *ad Proprietarium pertinet, quod ex usu rei Usufructuario non quæritur.*
9. *Dominus novas fodinas in fundo feudali, ut & Vasallus, quærere potest.*
10. *Salinarum & Fodinarum idem jus.*
11. *Aqua undecunq; profluens fit occupantis.*
12. *pro Derelicto quod habetur occupanti acquiritur.*
13. *Utilitas feudi ad Vasallum pertinet, non ad Dominum.*
14. *Benefacere vel Commodare alteri nemo cogitur, etsi suâ non intersit.*
16. *Subditi justè petunt, ne Dominus illis novitatem inducat.*
17. *Concedere usum rei suæ nemo tenetur.*
18. *Vasalli utilitatem feudi adversus Dominum defendere possunt.*
19. *Domini rebus constitutis contenti esse debent.*
20. *Dominus usurpans quid in subditorum bonis eos turbare videtur.*
21. *Subditi contra turbationem & novitatem interdictis possessoriis se defendere possunt.*
22. *in Communione invitus nemo manere cogitur.*
23. *Superiorem & Potentiorem admittere in usurpationem sui juris periculosum.*
24. *Potentioribus pares esse non possumus.*
25. *Potentiores latenter omne jus ad se trahunt.*
26. *Solitis standum in aquis & salinis.*
27. *Probibentis conditio melior in re communi.*
28. *Dominus intromittere se non debet in jus inferioris.*
30. *in Fidelitate generali persona loquentis excipitur.*
31. *Vasallus plus habet juris in feudo quàm Usufructuarius.*
32. *Re in parte utens, totam retinet & usurpat.*
33. *Fodinas & Salinas quærere ad Vasallum pertinet & usufructuarium, non dominum.*
34. *Fodinæ & Salinæ in fructu sunt.*

IN diesem fall ist desto schwerer etwas gewiß zuschliessen / das man nicht wissen kan / was für vrsachen vnd gründe die Graffen vnd jhre Saltzsieder vorzuwenden haben / ideò non auditâ parte alterâ nihil potest constanter & solidè de re judicari.

Vor Ihr F. Gn. können etzliche argument angezogen werden / als Erstlich / daß diß den Graffen vnd jhren Leuten nicht schädlich / J. F. Gn. aber vnd derselbigen Lande vnd Vnterthanen nützlich vnd
vorträglich seyn kan / Est † autem hoc jus vici- 1.
nitatis, ut quod tibi non nocet, mihi prodest, illud impedire non debeas, *l. 2. §. quanquam. de aq. pluv. arcend.* quoniam obstat tibi exceptio: tua non interest. *Bart. & Dd. l. posthumus. §. si quis ex his. de inoff. testam. Blanc. tract. de compromiss. q. 4. tit. de except. imped. p. 4. ex actionis defec. num. 10. §. tua non interest.*

Zum Andern dienet darzu der gemeine nutz vnd wolfarth des Landes vnd
Vnterthanen / Publica † autem utilitas pri- 2.
vatæ anteferenda. *auth. res quæ. C. com. de legat.*
propter † quam etiam privato jus suum 3.
auferri potest. *l. benè. C. de quad. præscript. Jas. num. 3. 4. l. ult. C. si contra Jus vel util. pub.* multò magis debent Vasalli & subditi Domino, & ejus regioni ac populo, utilitatem non invidere, ex feudo nihil sibi nocituram, cum etiam
formulà † fidelitatis ad 4.
commodum Domini procurandum & promovendum teneantur. *c. 1. de nov. for. fidel. cum simil.*

Tertiò

Tertiò Dominus † habet directum dominium & proprietatem, Vasallus utile tantum, & velut usumfructum. §. *ult. verb. usufructus. ubi Feudistæ. per quos fiat Invest.*
6. Sed proprietarius † potest cogere Usufructuarium, ut rectè colat. *l. item. 9. in princ. de Usufruc.* quoniam, ut *ibi* inquit Bal-
7. dus, res † inculta deterioratur, *l. si merces. §. conductor. Locat. l. si cujus. §. deniq. de Usu-*
8. *fruc.* & quod † non acquiri potest ex usu rei Usufructuario, id ad proprietarium meritò redit. *l. sed si quis. §. quæstionis. §. ult. de Usufruc.* Ergò idem in Domino & Vasallo dicendum.

9. Quartò, si † potest Dominus novas fodinas quærere, *Henn. Goden. cons. 2. de aurifod. quæst. 4.* sine usufructuarii ac Vasalli damno, in feudo, in quo proprietatem habet, sicut & contra Vasallus potest salvâ proprietate. *l. si cujus. §. inde. vers. etiam ipsum. de Usufruc.* certe multò magis jam inventis & partis uti potest, quatenus Vasallus, ut Usufructuarius, non utitur.
10. Nec † quod aliud jus salinarum quam fodinarum. *Jacob. in Invest. verb. & cum argentifodinis & salinis &c.*

Quintò facit jus naturale & pro
11. derelicto. Aqua † enim undecunq; profluens fit jure naturali cujuslibet occupantis, quatenus uti velit. §. *1. verb. aqua profluens Inst. de rer. divis. l. 2. 3. cum seq. de acq.*
12. *rer. dom.* & similiter, quæ † pro derelicto habentur, eadem ratione occupanti acquiruntur. *l. 1. & tot. tit. ff. pro derelict.*

Dagegen aber ist wol vermuetlich/ das die Grafen vnd jhre gewercken allerley auch möchten vffbringen/

13. Alß anfenglich/ das alle † nutzbarkeit des Lehens jhr sey/ vnd billich bleibe/ vnd sie deren jhres gefallens zunützen befüget/ *l. in re. C. mandat.* vnd derwegen darinnen dem Lehensherrn etwas folgen zulassen nicht schuldig/ *Schurff. consil. 32. pro fundanda. num. 1. 2. centur. 1. cum ibi allegat. c. 1. §. similiter. si de invest. §. è contrario. de Invest. de re alie. fac.*
14. & quod nemo † cogatur de suo alteri benefacere & commodare, etiamsi sua non intersit. *l. 2. §. item Varus. de aq. plu. l. Proculus. de dam. infec. l. pen. ad exhiben.* Nam regu-
15. la, † quod tibi non nocet, mihi prodest, de qua superius, tantum obtinet in jam factis restituendis, non autem in de novo facien-
16. dis, *ut ibidem Dd.* Nam juste † petunt subditi, ne dominus illis novitatem inducat. *Jacobin. de homag. num. 43. vers. certè nulla*
17. *novitas est inducenda &c.* nec † quisquam cogitur usum rei suæ alteri concedere, etiamsi hoc sibi damno futurum non sit. *l. in commodato. §. sicut. Commod.*

Vors Andere/ das † die Vasallen vnd Vnterthanen solchen jhren nutzbarlichen eigenthumb gegen den Lehensherrn verthedigen mügen / vnd jhn darzu mit einkommen zulassen nicht pflichtig / *Alvar. num. 8. post Isern. & Præpos. §. 1. de Invest. de re alien. Zas. in epitom. feud. p. 6. num. 37. l. 1. §. fin. ff. si ager vectig. l. 3. §. cæterum. ff. uti possid.* 18.

Tertiò quod † Domini contenti esse debeant rebus constitutis, nec novitates quærere *Bal. l. si quibus. C. de fidei com. lib. per l. cum satis. §. caveant. C. de agric. & censit. lib. 11. Specul. de feud. §. quoniam. num. 70. Jacob. de homag. num. 43. per doctrinam Bald. c. 1. qual. Vasall. Jurar. deb.* & quod † dominus turbare videretur eorum jus ac possessionem ante quietam, si in ea quoq; sibi aliquid usurpare vellet. *Ferrar. in for. lib. pro turb. poss. verb. ac præsentialiter num. 1. 2. per l. vim facit. de vi arm. l. vim facit. quod vi aut clam.* quam contra † novitatem ac turbationem se contra Dominum etiam possessoriis interdictis defendere possunt. *§. si verò Vasallus. ubi Alvar. num. 3. 4. Iser. num. 6. 7. Bal. num. 3. Afflic. num. 70. de mil. Vas. qui cont. Jacobin. de feud. verb. & dicti Vasalli pro rebus. num. 7. 8. Molin. in consuet. Paris. rub. 1. de feud. §. 1. gloss. 1. num. 40. 41.* 19. 20. 21.

Quartò, nullus † cogitur invitus remanere in communione, etiamsi nullum aliud interesse habeat, quam quod nolit esse in communione, multò minus cogendus est invitus recipere aliquem in communionem. *gloss. verb. ad communionem, ubi latè Jas. l. si non sortem. de condict. indeb. gloss. fin. verb. communione. C. com. divid.* 22.

Quintò quod magnum † sit interesse non admittere superiorem & potentiorem in usurpatione usuq; sui juris & commoditatis. *Spec. de feud. §. quoniam. num. 3. per l. curiales. l. milites. de locat. c. 2. de feud. l. 1. cum seq. de alie. Jud. mutan. caus. fact. Jas. post Salic. l. final. num. 97. C. de jur. Emph. & l. si ita. §. ea lege. ubi Imol. de verb. oblig.* quia potentioribus † pares esse non possumus. *l. 2. de alien. Jud. mutan. caus.* & quia sunt † onerosi ac latenter ad se omne jus trahunt quasi alluvione, quæ non percipitur, ut dicit Geminianus *c. 1. num. 2. de off. ordina. in 6.* 23. 24. 25.

Sextò quod in † aquis, & consequenter in salinis, est standum solitis, nec aliquid mutandum. *l. si manifestè. ubi Bal. num. 1. l. præses. 1. de servit. l. si prius. §. placuit. ubi gloss. verb. per lapidem. de aq. pluv. arc. l.* 26.

qui luminibus. ubi gloß. verb. formam. de ser. rust. prædior. tex. opt. in c. 1. §. extra. verb. cum aquis, sicut ab antiquo habere consuevistis. de pace Constant. ubi gloß. & Dd. verb. ab antiquo. Bal. c. 1. §. si quis de manso. num. 9. de controv. Invest. Jas. l. quominus. num. 43. de flum. Cepolla de servit. rust. prædior. tit. de aquæduct.
27. *num. 24. & 25.* Unde etiam in † recommuni melior est conditio prohibentis, qui prohibet aliquid novitatis attentari. *l. Sabinus. ubi gloß. ad verb. constat. ff. com. divid. l. parietem. de ser. urb. prædior. §. religiosum. ubi Ang. & Fab. Inst. de rer. divis. l. duo fratres. in fin. de acq. hæred.*

Letzlich/ das es eine grosse newerung allen Unterthanen vnd Vasallen machen wolte/ wann ein Lehenherr vnd Landes-Fürst vnter dem schein/ das einer des seinen nicht aller ding brauchen thete/ sondern darinnen etwas vergeblich hingehen vnd verfliessen lasse/ sich desselbigen vberschuß anmassen wolte/ contra reg. *l. 2. de his qui sunt sui vel alie. jur.* & con-
